Post calamitatem Chaeronensem, Ol. 110, 3. die VII. mensis Metagitnionis, quum victor hostium exercitus ipsi urbi minitaretur perniciem, Hyperide rogante scivit populus Atheniensis, ut liberi et mulieres ex agris in urbem deducerentur, atque imperatores, prout ipsis videretur, ad urbem custodiendam et cives Atticos et omnes omnino homines qui Athenis sedem fortunarum suarum fixissent, instruerent (v. apud nostr. §. 16.), Quingenti viri αὐτοκράτορες de Piraei praesidio statuerent (§. 37.), servi in libertatem vindicarentur, inquilini reciperentur in civium numerum, capite deminuti in integrum restituerentur (§. 41.), denique ii qui militiam detrectarent atque e patria aufugerent, proditionis crimine arcesserentur (§. 53.) [1]). Quo psephismate spreto Leocrates Atheniensis, homo dives et illustris, quippe qui domum possideret Athenis (§. 22.), servosque aleret χαλκοτύπους (§. 58.) atque in publicanorum esset numero, qui πεντηκοστὴν vectigal redemerant, amicitiaeque vinculis cum splendidissimis et ornatissimis suae civitatis viris conjunctus (§. 135. 139. sq.) — patriae is, ut opinor, diffisus, cum servis nonnullis atque concubina, convasatis iis quae auferri poterant, Rhodum navigavit, ibique Athenas in hostium potestate, Piraeum tantum non expugnatum esse narravit. Quae fuit causa ut Rhodii, tamquam fractis Atheniensium opibus, maris imperium affectantes naves frumentarias quae Athenas vehebantur, in portum suum deducerent. Brevi tempore interjecto Megara se contulit, ibique, renditis amicorum ope omnibus quae Athenis reliquerat et

[1]) Conf. de hoc psephismate Blum. de Hyperidis genere atque psephismate in excurs. I. ad Lycurg. 11, 2 sqq.

diis πατρῴοις e patria arcessitis, clientem se gessit civis cujusdam Megarensis atque mercaturam fecit, frumentum, id quod per leges civi Attico haud licebat, Corinthum invehens. Quem reversum Athenas septimo post pugnam Chaeronensem anno vel octavi initio (§. 45.) Lycurgus, vir de patria optime meritus atque acerrimus proditorum inimicus et accusator in judicium vocat et per εἰσαγγελίαν accusat.[2]) Multiplicibus autem et atrocissimis criminibus προδοσίας, δήμου καταλύσεως, ἀσεβείας, λειποταξίου, ἀςρατείας obnoxium (id quod orator contendit §. 147.: nos non item) ad supplicium rapere studet Lycurgus: nec tamen hac oratione effecit ut in reum aliquid gravius statueretur. Qui si recenti adhuc diei Chaeronensis memoria in judicium esset vocatus, dubium non est quin capitis poena esset affectus: septem vel octo annis interjectis ne reus a judicibus extremo supplicio multaretur ipsa accusationis severitas impedimento fuisse verisimile est, quae nonnullis acerbior quam pro re debebat videri: etenim quum utrimque par esset suffragiorum numerus,[3]) judicio Leocrates est absolutus, Nec dubito affirmare, non satis firmis argumentis et testimoniis nonnulla inniti quae ab accusatore proferuntur, velut ea quae de frumento Corinthum exportato narrantur (§. 26 sq.), atque acerbius quam verius δήμου κατάλυσιν, ἀσέβειαν et similia exprobrari reo. Neque arte et via procedit Lycurgus in ea orationis parte quae in confirmatione atque confutatione versatur: ad res antiquas Graecorum enarrandas laudesque majorum celebrandas degreditur: poetarum denique carmina recitat quibus judices edoceantur gravissime in patriae proditorem esse animadvertendum. Itaque ut eloquentiam hic illic, ubi assurgit oratio, non desideres in viro patriae amante, quum recta intelligentia non gubernetur dicendi copia atque definita ea moderatione careat in qua omnis vis orationis posita est, eas virtutes quae maxime decent oratorem a Lycurgo abjudices necesse est.

---

[2]) v. Schoemann. de comitiis Athen. p. 192 sq. Meier. et Schoemann. de Ordine Judicior. p. 264. Nissen de Lycurgi orat. vita et rebus gestis p. 66.

[3]) cf. Aeschin. in Ctes. §. 252. Meier. et Schoem. de ord. jud. p. 722. Hermann gr. Staatsalterthümer §. 134. 4. v. etiam K. O. Müller de calculo Minervae in: Anhang zu Aeschyl. Eumeniden p. 40 sq.

Habita est oratio nostra Ol. 112, 3. 330 a. Chr. n. a ne Lycurgo plus minus LX annos nato,[4]) ante quam Aechinis in Ctesiphontem et Demosthenis de corona orationes uae eidem anno assignantur, in judicio haliastico recitatae int. Etenim ea quae de exitu causae nostrae supra commemorata sunt, Aeschinis in Ctesiphontem orationi debenir: quae quum initio mensis Elaphebolionis sit habita,[5]) du um non est quin Lycurgea initio ejusdem anni dicta sit.

---

[4]) Nissen l. l p. 3 sq.

[5]) Demosthenes als Staatsmann u. Redner v. Becker p. 329.

IN ARGUMENTUM.

Ad inscriptionem orationis κατὰ Λεωκράτους confer virorum doctorum libros, qui de actionibus κατά τινος et πρός τινα egerunt. Ac primum quidem Bunsen in libr. de jure hered. Athen. p. 89. discrimen quod inter has actiones interest, tetigit: post eum Heffter. Athen. Gerichtsverfassung p. 125. Meier. Att. Process. p. 167. Equidem Heffteri rationem amplector, etiam Schoemanno non plane assentiente Meiero suo. v. Schoem. ad Isaeum p. 471. De usu loquendi adeas Wolfium quoque qui in prolegg. ad orat. Leptin. p. 152. particulam πρὸς latine vertendam esse „adversus," non „in," quod est κατά, monuit.

τὰ ἐν Χαιρωνείᾳ δεινὰ i. q. τὰ περὶ Χαιρώνειαν ἀτυχήματα τοῖς Ἕλλησι γενόμενα, ut loquitur Dem. or. in Aristogit. §. 11. Ceterum de praepositionis ἐν usu conf. infr. annot. ad §. 16.

ψήφισμα ποιεῖ. Respicit ad Hyperidis legem, de qua conf. prooem. Activam autem verbi ποιεῖν formam pro usitatiore media posuit quisquis is est qui argumentum conscripsit: haec enim substantivis juncta apud prosae orationis scriptores frequentissimi usus est. Quod circumloquutionis genus adhibetur pro eo verbo activo cujus significatus nominis adjecti notioni est accommodatus, velut ψήφισμα ποιεῖσθαι pro ψηφίζεσθαι ap. nostr. §. 116. 146. Huc pertinent dictiones quibus Lycurgus usus est: ποιεῖσθαι τὴν ἀρχήν §. 1. τὴν κατηγορίαν §. 11. 12. τὴν κρίσιν §. 12. ἀπαγγελίαν §. 14. συνθήκας §. 23. ἐξέτασιν §. 28. τὴν εἰσαγγελίαν §. 30. τοὺς παραλογισμούς §. 31. ἀπολογίαν §. 63. ἀποχώρησιν §. 96. ἐπίδειξιν §. 102 et pass. Exemplorum nubem vel unus Spohni index graec. ad Isocrat. Panegyr. v. ποιεῖν praebet: adde Sluiter. lectt. Andocc. p. 138. ed. Schiller., Benseler ad Isocr. Areopagit. p. 84. Verum quamquam negari non potest, activum ποιεῖν, quotiescumque cum accusativo substantivi abstracti copulatur, proprie esse „efficere, faciendum curare" (compara ταφὰς ποιεῖν sepulturae esse auctorem, efficere ut sepultura instituatur, ταφὰς ποιεῖσθαι i. q. θάπτειν v. Platon. Menex. p. 234. B. Stallbaum. et de similibus Schaefer. appar. Demosth. III. p. 264. sed confer etiam Sinten. ad Plutarch.

Pericl. p. 200.) tamen ab activi vi atque natura non prorsus videtur alienum esse, inservire ei circumloqnutioni ad quam medium pertinet. v. Blum. ad h. l. Bernhardy. Wisschaftl. Syntax. p. 344. *ψήφισμα* autem quid sit docet auctor anonym. Definitt. in Platon. Opp. v. *ψήφισμα· δόγμα πολιτικὸν εἴς τινα χρόνον ἀφωρισμένον*, contra v. *νόμος· δόγμα πλήθους οὐκ εἴς τ. χρ. ἀφωρισμένον*, de qua differentia luculenter egit Schoemann. de comitt. p. 248 sq. conf. vv. dd. in Schaef. appar. ad Demosth. III. p. 193. Ceterum latius nonnumquam patet vocis *ψήφισμα* significatus, velut ap. nostr. §. 7., *νόμου* simul notionem complectens.

ὥστε κτλ. Hujus pleonasmi exempla v. ap. Matth. gr. gr. p. 1037. Ad nostrum locum propius accedunt Thucyd. 5, 17. *ψηφισαμένων — ὥςε καταλύεσθαι* 6, 88. *ψηφισάμενοι — ὥςε πάσῃ προθυμίᾳ ἀμύνειν* Strabon. T. 6. p. 324. *ποιοῦνται συμβάσεις, ὥς' ἐξεῖναι.* De verbi *ψηφίζεσθαι* cui jubendi notio inest, structura v. Lobeck. ad Phrynich. p. 745 sq. Tenendum tamen est, plerumque infinitivum praesentis sequi hoc verbum cf. ap. nostr. §. 16. *ἐψηφίσατο — κατακομίζειν* §. 53. *ἐψηφίσατο ἐνόχους εἶναι.* §. 113. *ψηφίζεται — κρίνειν.* §. 114. *ἐψηφίσαντο ἐνόχους εἶναι* §. 117. *ἐψηφίσαντο — ἀναγράφειν* §. 125. *ἐψηφίσαντο — καθαρὸν εἶναι.* §. 150. *προδιδόναι — ψηφιεῖσθε*: quamquam non eandem horum infinitivorum semper esse rationem, quivis vel non monitus intelligit. — Particulae *μήτε — μήτε μὴν*, quas falso Hauptm. vertit: neque — neque omnino, nihil aliud significant quam Latinorum: neque — neque vero. cf. Suid. v. *ἐπίδικα· εἰ μὴ εἶεν υἱεῖς ἢ υἱωνοὶ τῷ τετελευτηκότι, μήτε μὴν διαθῆκαι.*

καὶ ἀφικόμενος ἐν Ῥόδῳ καὶ πάλιν ἐν Μεγάροις, ἦλθεν ἐν Ἀθήναις, quae verba ingeniose Heinr. trajecit, *καὶ ἐν Μεγάροις, πάλιν ἦλθεν κτλ.*: at neque necessaria est haec mutatio, et falsam esse docent Lycurgi verba, quae prooemiographo obversata esse videntur: §. 21. *ἐκπλεῖ πάλιν ἐκ τῆς Ῥόδου καὶ ἀφικνεῖται εἰς Μέγαρα.* — Praepositionem *ἐν* non recentiores tantum et sequiores prosae orationis scriptores usurpant, ubi de motu in locum agitur, sed in carminibus atque in pedestri oratione veteris quoque Graeciae hic usus deprehenditur: quamquam rarius veteres, illi frequenter hac licentia usi sunt. v. Krüger. ad Dionys. Halic. Historiogr. p. 302. Bernhardy. Synt. p. 208 sq.

παῤῥησιαζομένου αὐτοῦ, κατηγορίαν ποιεῖται — αὐτοῦ. Παῤῥησιάζεσθαι est: libere loqui Xenoph. Agesil. 11, 5. Dem. de cor. §. 177. conf. Valcken. ad Eurip. Phoeniss. v. 394. Leloup ad Isocr. de pace p. 122. Erat autem apud Athenienses cum *ἰσονομίᾳ* arctissimo vinculo conjuncta *παῤ-*

ῥησία et ἰσηγορία: quod jus ad omnes Athenienses qui inter viros recepti erant neque propter ἀτιμίαν comitiis atque suggestu prohibiti, pertinebat. v. Hermann. gr. Staatsalterth. §. 66. n. 6. Itaque prooemiographus h. l. vocabulum παῤῥησιάζεσθαι de eo usurpat qui proditionis crimini obnoxius atque extremo supplicio dignus, in concionem prodire atque in foro et comitiis, ut videtur, verba facere ausus est: quod oratori quoque indignum visum est. cf. §. 5. Falluntur qui vertunt: „in omnium ore versabatur." Negligentiae grammatici tribuendum est repetitum pronomen αὐτοῦ quod in genitivorum παῤῥ. αυτοῦ vicinia non potest non offendere lectorem. De vocabulo κατηγορία quod ad *orationem* potissimum actoris pertinet, adi Meier. in libr. de Ord. Judicior. p. 194.

στάσις vox disciplinae rhetoricae propria: Romanis est status s. constitutio causae: quae vocabula in Ciceronis rhetoricis passim obvia sunt. De causarum constitutionibus Hermogenis Tarsensis exstat libellus περὶ τῶν ςάσεων inscriptus, quem scholiastae ejus Syrianus, Sopater, Marcellinus studuerunt explicare atque exemplorum copia illustrare: quo pertinent et Sopatri διαιρέσεις ζητημάτων et Cyri περὶ διαφορᾶς στάσεων libri. (v. Aldi Rhett.) cf. apud Romanos Cicer. topic. 25. de invent. 1, 8. auct. ad Herenn. 1, 11. Quintilian. 3, 6, 2. Στάσεων tria plerumque genera (sic auct. ad Herenn., at Cicero in libr. de inventione quatuor agnoscit) distinguuntur: ὁρική, ςοχαςική et ποιότητος, quibus multas ςάσεις εἰδικὰς solent subjicere. v. Ernesti lex. technol. rhet. gr. vv. ςάσις p. 314. ὅρος p. 235. στοχασμός p. 318. et ποιότης p. 276. Ὅρος autem tum habet locum, quum facti nomen, ςοχασμὸς, quum ipsum factum negatur, ποιότης, quum de genere facti quaeritur. ὅρος ἀντονομάζων quid sit, ipse prooemiographus explicat cf. eund. Ernest. p. 235.

προδιδόναι: exspectaveris aoristum προδοῦναι: quo tamen minime opus est. Frequens enim praesentis usus in ejusmodi verbis est quae ab actionis notione in habitus atque status cujusdam significatum videntur transire. προδιδόναι est: proditorem esse. cf. §. 112. εὗρε τὸν μὲν Φρύνιχον προδιδόντα τὴν πόλιν. §. 116. τὸν ἐγκαταλιπόντα ὡς οὐδὲν ἀδικοῦντα ἀφήσετε. Heindorf. ad Plat. Protag. §. 4. Jacobitz ad Lucian. Timon. p. 25 sq. et Toxar. p. 65 sq. De infinitivo imperfecti hic non est cogitandum: etsi Blumio non plane displicuit.

στοχασμὸν ἀπὸ γνώμης. Γνώμη in hac loquutione idem valet quod προαίρεσις: rem explicant et grammatici nostri verba et quos excitat Ernest. lex. rh. gr. v. γνώμη p. 64.

ἄλλοι δὲ ἀντίςασιν κτλ. Is qui conscripsit summa-

non satis perspectam habuisse videtur ἀντιστάσεως na-
atque vim: nam neque Hermogenis definitionem γίνεται
ισις, ὅταν ὁμολογῶν ὁ φεύγων πεποιηκέναι τι ὡς ἀδίκημα
χ ἕτερόν τι εὐεργέτημα μεῖζον δι' αὐτοῦ τοῦ ἀδικήματος πε-
ένον, neque Syriani emendationem hujus definitionis
ὁ μὲν κατήγορος ἐπάγῃ τι ὡς ἀδίκημα, ὁ δὲ φεύγων αὐτὸ
ἀρχὴν εὐεργεσίας λέγῃ, καὶ δι' αὐτοῦ τοῦ ἀδικήματος μεῖζον
αχθὲν εὐεργέτημα. v. Ernesti lex. techn. p. 30. agnoscit
naticus. Quibuscum compara Quintiliani quoque defi-
em (7, 4, 121.) „Subjacet utilitati etiam illa defensio,
us aliquid futurum fuit. Nam in comparatione malorum
ocum obtinet levius: ut si Mancinus foedus Numanti-
ic defendat, quod periturus, nisi id factum esset, fue-
ercitus romanus. Hoc genus ἀντίζασις graece nomina-
omparativum nostri vocant." Qua in re differat ἀντίζα-
stri ab illo ζοχασμῷ ἀπὸ γνώμης, equidem non perspi-
isi vero ita explicandam esse putamus eorum senten-
qui constitutionem causae ἀντίζασιν esse perhibuerunt,
ocratem contendisse statuamus, ipsa turpi fuga hoc
m esse, ut majus bonum in rempublicam redundaret,
m quia mercaturum fecerat Leocrates. cf. Schol. ad
ph. Plut. 900. Both. ἀζήμιοι γὰρ οὗτοι (mercatores) —,
πόλιν ὠφελοῦντες πλεῖζα διὰ τῆς αὐτῶν ἐμπορίας. Sed
summarii huc detorqueri nequeunt. Utut est, vv. ἄλλοι
ορίᾳ in optimis codicibus reperta cave ne cum Heinri-
t Coraë ejicias.

ατὰ Αὐτολύκου. Lycurgi oratio in Antolycum, cu-
ucula fragmenta ediderunt Baiterus et Sauppius p. 54.,
erditarum numero est. De re conf. ap. nostr. §. 53.
respicere contendunt Aeschinem quoque in Ctes.
ἐγένετό τις — ἐνταῦθ' ἀνὴρ ἰδιώτης ὃς ἐκπλεῖν μόνον εἰς
ἐπιχειρήσας ὡς προδότης τῆς πατρίδος αὐθημερὸν ὑπὸ
Ἀρείου πάγου βουλῆς θανάτῳ ἐζημιώθη. Quae verba
o ab Autolyci causa aliena sunt, quod ejus, de quo
ρus loquitur, causa in judicio heliastico acta est: ἀλλὰ
τολύκου μὲν ὑμεῖς κατεψηφίσασθε. cf. §. 53. 54. — Nec
idcirco crediderim Lycurgum εἰσαγγελίᾳ persequutum
utolycum, quia persimilem τὴν τοῦ λόγου ὑπόθεσιν, ora-
argumentum, Leocrateae fuisse contendit grammaticus:
d Nissen ex his verbis colligit cf. de Lycurgi vita etc.
: quamquam fieri potuit, ut in simili re eadem uteretur
, de qua h. l. nihil traditur. Ad stabiliendam Nisseni
tiam hoc potissimum afferri poterat, quod non uni cri-
bnoxium Lycurgus videtur in judicium vocasse, sed δει-
mul et ἀσεβείας s. ἱερῶν προδοσίας crimina in Autolycum

collata sunt: v. Nissen. l. l. quod genus ad εἰσαγγελίαν pertinere equidem contenderim. v. Heffter. Ath. Gerichtsverf. p. 218.

IN LYCURGI ORATIONEM.

§. 1. *Δικαίαν.* Veterum editionum scripturam *δίκαιον*, quam Taylorus addubitavit, corrigendam esse MSS consensus docet: quamquam neutra harum formarum ab Atticorum usu abhorret. *δίκαιος* fem. gen. est ap. Eurip. Tro. ad. 972. Seidler. Alciphron. ep. 3, 23. confer Buttm. gr. ampliss. I. p. 247.

ὦ ἄνδρ. Ἀθην. Judicum compellationes *ὦ ἄνδρες, ὦ Ἀθηναῖοι, ὦ ἄνδρες δικασαί*, et omissa interjectione *ἄνδρες δικασαί, Ἀθηναῖοι*, in causis coram Heliaea actis usitatae sunt. Non raro autem factum est, ut oratores judicium heliasticum compellantes ad universum populum dirigirent sermonem, quippe cujus vices gereret Heliaea: cf. Dem. de cor. §. 88. *ὑμεῖς ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι· τὸ δὲ ὑμεῖς ὅταν λέγω, τὴν πόλιν λέγω.* Itaque ipse *δῆμος* s. *πόλις* in judiciis sententiam pronuntiasse dicitur: quo pertinent loquutiones *δημοσίᾳ ἀποθνήσκειν* cf. Wolf. ad Leptin. in Schaef. appar. Demosth. III. p. 262. Schoemann ad Isae. p. 282. et *ὑπὸ τῆς πόλεως ἀποθνήσκειν* §. 93, v. Sluiter. lectt. Andocc. p. 91 ed. Schill. Ceterum Osannus codicum suorum lectionem *ὦ Ἀθηναῖοι*, de qua varietate nihil annotavit Bekkerus, vulgatae praetulit: verum etsi hoc uno loco Lycurgus judices compellat verbis *ὦ ἄνδρ. Ἀθην.*, quae scriptura si non omnium, optimorum certe codicum auctoritate firmatur, haec pro genuinis habenda sunt. v. Schoem. ad Isae. p. 195.

ὑπὲρ ἡμῶν pro quibus temere *ὑπ. ὑμῶν* Taylor conjecerat: loquitur enim de se et judicibus ut recte monuit Morus. „et nostra et deorum causa": sed infra §. 76. *ἀνθ' ὧν δικαίως ἂν αὐτὸν καὶ ὑπὲρ ὑμῶν καὶ ὑπὲρ τῶν θεῶν τιμωρήσεσθε* et §. 146. *ὑμέτερον δέ ἐστι καὶ ὑπὲρ ὑμῶν καὶ ὑπὲρ τῶν θεῶν τιμωρήσασθαι Λεωκράτην* optime habere quivis intelligit.

τὴν ἀρχὴν — ποιήσομαι. Similiter Demosth. prooem, 37. *καὶ βραχεῖαν, ὦ ἄνδρ. Ἀθην., καὶ δικαίαν ποιήσομαι τὴν ἀρχὴν τοῦ λόγου.* — *κρινομένου* Verb. activ. *κρίνειν* et ad judices et ad accusatorem refertur. v. Demosth. in Timocr. §. 151. *τὰ γὰρ κρίνοντα τὰς κρίσεις ἁπάσας τὰ δικαστήριά ἐστιν.* ap. nostr. §. 141. *περὶ προδοσίας κρίνοντας*: ad accusatorem respicit infra *κρίνω τὸν προδόντα* §. 3. *τοὺς κρίνοντας τοὺς παρανομοῦντας* §. 137. *περὶ προδοσίας τοῦτον κρίνων.* Itaque vocabulum *κριτής*, quod ad scenicos potissimum judices pertinet, velut Aristoph. Ran. 738. Avv. 421. Ecclesiaz. 1137.

Both., ad heliastas quoque spectat Isocr. de permut. §. 27. Demad. frgm. §. 3. Aesch. in Ctes. §. 233. ubi schol. ἐνταῦθα καταχρηςικῶς εἶπε κριτὴν τὸν δικαςήν· κριτὴς γὰρ ὁ κρίνων τοὺς τραγωδοὺς καὶ τοὺς ἄλλους ἐπὶ σκηνῆς. et Aristotel. probl. 29, 13. circa med., ut Wyttenbach. errarit, qui in Julian. p. 219. de solo arbitro hoc vocabulum intellexit. cf. Schaef. appar. V. p. 7. Verbum passiv. κρίνεσθαι tam de accusatore quam de reo potest adhiberi v. Aristoph. Equitt. 1158. Both. ἐν τἀγορᾷ γὰρ κρινόμενος ἐβοσκόμην (tamquam litigator, accusator, sycophanta) Lucian. Anachars. c. 19. ἀποδίδοται λόγος ἑκατέρῳ τῶν κρινομένων: sed plerumque reum respicit velut ap. Lycurg. ὁ κρινόμενος §. 13. 20. 138. 139.

εὔχομαι — ἱδρυμένοις. In liberae Graeciae civitatibus heroum quos homerica aetas non agnoscit, honos cum coelestium cultu conjunctus est, saepeque eorum una cum diis habetur mentio. Thucyd. II. 74. θεοὶ ὅσοι γῆν τὴν Πλαταιΐδα ἔχετε καὶ ἥρωες ξυνίςορές ἐστε. Isocrat. Plataic. §. 60. ἄξιον καὶ τῶν θεῶν καὶ τῶν ἡρώων μνησθῆναι τῶν ἐκεῖνον τὸν τόπον κατεχόντων Dinarch. in Demosth. §. 64. μαρτύρομαι τὰς σεμνὰς θεὰς — καὶ τοὺς ἥρωας τοὺς ἐγχωρίους καὶ τὴν Ἀθηνᾶν τὴν πολίτιδα καὶ τοὺς ἄλλους θεοὺς οἵ τὴν χώραν καὶ τὴν πόλιν ἡμῶν εἰλήχασιν. Psephism. ap. Demosth. de cor. §. 184. εὐξαμένους καὶ θύσαντας τοῖς θεοῖς καὶ ἥρωσι τοῖς κατέχουσι τὴν πόλιν καὶ τὴν χώραν τὴν Ἀθηναίων. Demosth. epist. 2. p. 627. Bekk. ὡς ἴςωσαν οἱ θεοὶ καὶ ἥρωες conf. Antiphon. I. §. 27. οὔτε θεοὺς οὔθ' ἥρωας οὔτ' ἀνθρώπους δείσασα. Heroes orator ἐγχωρίους (ἐπιχωρίους Herod. 8, 39.) s. ἐπωνύμους Atheniensium intelligit, de quib. v. Pausan. I, 5. Wolf. prolegg. in Leptin. p. 133. cf. infra §. 88. Vv. ἱδρύσασθαι, ἵδρυσις, ἵδρυμα de statuis et templis positis usurpant v. Dissen. ad Pindar. vol. II. p. 604. et quos citat. De praepositione κατὰ ad locum relata conf. infra §. 25. κατὰ τὴν Μεγαρέων πόλιν §. 40. καθ' ὅλην τὴν πόλιν §. 84. κατὰ τὴν χώραν αὐτῶν Valcken. ad Herod. 6, 39. Aristoph. Lysytr. 934. ταὶ κατὰ Σπάρταν - γυναῖκες Ecclesiaz. 83. ἕως ἂν ἔτ' ἐστὶν ἄςρα κατὰ τὸν οὐρανόν: qui praepositionis usus latius videtur patere apud prosae orationis scriptores, quam Bernhardyus statuit Syntax. p. 239.

εἰσήγγελκα Λεωκράτη. Utitur enim εἰσαγγελίᾳ orator, de qua actione adi Matthiae de jud. Athen. p. 229. Schoem. de comitt. p. 170. Tittmann. gr. Staatsverf. p. 198. Heffter ath. Gerichtsvf. p. 213. Meier et Schoem. att. Procefs p. 260. Platner. d. Procefs v. d. Klag. I. p. 365. Pro Λεωκράτη, quod codd. tuentur, Baiter. et Saupp. hic et infr. §. 150 bis reposuerunt Λεωκράτην: similiter Dindorf. in hujus generis nominibus propriis a Demosthene terminationem η

prorsus abjudicavit (Introduct. p. VII.) quamquam in argumento orat. adv. Leochar. contra morem edidit cum Bekkero *Λεωχάρη*. At vim facere videntur viri docti formis omnium codicum testimonio saepissime comprobatis. v. Buttmann. gr. I. p. 210. Matthiae. I. p. 195. nec ad unum perpendiculum in eodem scriptore omnia dirigenda esse crediderim. Ceterum *Λεωκράτη* exstat ap. Dem. adv. Spud. §. 3. 4.

τὸν προδόντα αὐτῶν. Assentior Bekkero, qui pro vulg. *αὐτὸν* de conjectura dedit *αὐτῶν*: illud enim vereor ut locum hic habeat: nec quae ad firmandam vulgatam allata sunt a duumviris Turicensibus exempla ad defendendum pronomen *αὐτὸν* apta sunt. Sunt autem haec: Lycurg. §. 142. *ὅταν νομίζῃ δεῖν Λεωκράτης ἴσον ἔχειν ὁ φυγὼν ἐν τῇ τῶν μεινάντων πόλει* Isocr. de permut. §. 164. *Λυσίμαχος μὲν ὁ προῃρημένος ζῆν ἐκ τοῦ συκοφάντειν* ib. §. 115. *Τιμόθεος δ' οὔτε - ἔχων - οὔτ' ἐν τοῖς στρατοπέδοις - κατατετριμμένος, ἀλλ' ὁ μεθ' ὑμῶν πολιτευόμενος* (ubi Baiterus cum Orellio delet articulum), quae exempla huc minime faciunt: denique Demosth. de fals. leg. §. 257. *ὁ τὰ τούτου πονηρεύματ' ἀκριβέστατα εἰδὼς ἐγώ.* et ib. §. 221. *ὁ μηδ' ὁτιοῦν ἀδικῶν — ἐγώ*: haec quoque a nostro loco aliena. Demosthenes enim *δεικτικῶς* nec sine vi addit illud *ἐγώ*, ut si Lycurgea ad Demosthenicorum normam essent conformanda, *τὸν προδόντα τοῦτον* scribendum esset. Ceterum confer §. 143. *ὧν τοὺς νεὼς καὶ τὰ ἕδη καὶ τὰ τεμένη προὔδωκεν;* — *ἕδη* autem ut *ἀγάλματα* ipsa deorum simulacra sunt: dubium enim non est quin vera sit Th. Magistri definitio: *ἕδος οὐ μόνον τὸ ἔδαφος ἀλλὰ καὶ ἡ εἰκών.* Vide quae contra Hermannum ad Sophocl. Elect. 1366. afferuntur a Schaefero ad Electr. Brunck. ed. 1374. Schmidt. ad Dinarch. in Philocl. §. 2. Passov. lexic. v. *ἕδος*. Templa et simulacra Isocrates quoque jungit Panegyr. §. 155. *τὰ τῶν θεῶν ἕδη καὶ τοὺς νεὼς συλᾶν*, ubi v. intpp. — *τεμένη.* Saepissime *τέμενος* ipsum templum significat: videtur h. l. ad agros et lucos diis sacros pertinere cf. Ducker ad Thucyd. 4, 90. Vid. de variis hujus vocabuli significationibus Hesych. v. Perizon. ad Ael. V. H. 6, 1. Joh. Degen disp. german. Ueber die Genealogie der Bedeutungen von *τέμενος* in: Auserlesene Bibliothek für kleine Schriften. I. 1795. Nitzsch. ad Odyss. 8, 363. Commentar. II. p. 219.

τὰς ἐν τοῖς νόμοις θυσίας De legibus ad sacra spectantibus egit Lysias in orat. in Nicomach. §. 17 sqq. *ἐν τοῖς νόμοις* quae insunt legibus, legibus continentur i. q. *τοῖς νόμοις προστεταγμένας* cf. Isocr. in Lochit. §. 20. *τῶν ἐν τοῖς νόμοις δικαίων* Dem. in Mid. §. 76. *τὰς ἐν τοῖς νόμοις - βοηθείας.* adv. Leptin. §. 154. *τὰς ἐν τοῖς νόμοις ζημίας.* Similiter saepius etiam ponunt praepositionem *ἐκ*, de qua v. ad §. 4.

§. 2. ἄξιον—κατήγορον ποιῆσαι. Ἄξιος est dignus, conveniens, par. cf. Aesch. in Ctesiph. §. 260. εἰ μὲν καλῶς καὶ ἀξίως τοῦ ἀδικήματος κατηγόρηκα. Genitivus non pendet a nomine substantivo sed ex adjectivo ἄξιος.

καὶ τῷ δήμῳ καὶ τῇ πόλει. Nihil aliud h. l. ἡ πόλις est quam ὁ δῆμος: quae verborum cumulatio amplificandi studio debetur, cui multum tribuisse oratores inter omnes constat. cf. §. 43. οὐδὲ συμβεβλημένον οὐδὲν εἰς τὴν τῆς πόλεως καὶ τοῦ δήμου σωτηρίαν. Quo pertinet formula τῇ τε πόλει καὶ πᾶσιν ὑμῖν qua saepe utuntur oratores v. Bremi. annot. crit. ad Aeschin. in Ctesiph. §. 8. Lycurg. §. 145. τὸν δῆμον καὶ ὑμᾶς κακῶς ποιεῖν. Dem. de fals. leg. §. 132. δημοσίᾳ μὲν ἅπαντας ὑμᾶς καὶ ὅλον τὸν δῆμον. Eodem modo Aristophan. Eccles. 413. Both. inducit Euaeonem in concione dicentem: ὡς τὴν πόλιν καὶ τοὺς πολίτας σώσετε. cf. Thesmophor. 331. τέλεα μὲν πόλει, τέλεα δὲ δήμῳ τάδ' εὔγματα γενέσθαι.

ὑπὲρ πατέρων κτλ. Vigorem addere orationi articuli omissionem in hoc substantivorum nexu jure a Blumio annotatum est: quam omissionem non graeca tantum lingua fert sed et vernacula nostra et gallica, aliae. „pères, mères, enfans, patrie, religion". Quamquam rarius talia apud graecos inveniuntur. Cf. §. 1. καὶ τοὺς νεὼς καὶ τὰ ἕδη καὶ τὰ τεμένη καὶ τὰς θυσίας. §. 35. τῆς πατρίδος καὶ τῶν ἱερῶν καὶ τῶν νόμων. §. 149. τῇ πατρίδι καὶ τοῖς ἱεροῖς καὶ τοῖς νόμοις. §. 150. τὴ πόλιν καὶ τὰ ἱερὰ καὶ τὰς ναῦς. — Alio autem pertinent ea exempla, in quibus primo nomini adjicitur articulus reliquis non additur, qualia contulit Bernhardy. Synt. p. 318. quo referas ap. nostr. §. 30. ἐν τοῖς οἰκέταις καὶ θεραπαίναις §. 90. πάντας καὶ τοὺς κλέπτοντας καὶ ἱεροσυλοῦντας. — Attendendum autem est ad verborum παίδων καὶ γυναικῶν collocationem quam vitae communis consuetudo commendasse videtur scriptoribus. cf. §. 16. 141 bis. (§. 53. τοὺς υἱεῖς καὶ τὴν γυναῖκα) Dem. de cor. §. 215. de fals. leg. §. 86. 125. Dinarch. in Dem. §. 99. in Philocl. §. 2. Raro inversum verborum ordinem deprehendimus, velut ap. Aristoph. Thesmoph. v. 1139. Xenoph. Anab. 7, 8, 9. Aeschin. in Ctes. §. 157.

ἔχοντας ὑπὸ τῇ ψήφῳ i. q. §. 27. ἔχοντες ἐν τῇ ὑμετέρᾳ ψήφῳ, et §. 115. ὑποχείριον ἔχοντες τῇ ψήφῳ, quae ad judices spectant: reus autem dicitur ἔρχεσθαι ὑπὸ τὴν τῶν δικαστηρίων ψῆφον. v. Aeschin. in Ctesiph. §. 19. et accusator ἄγειν ὑπὸ τὴν ὑμετέραν (i. e. judicum) ψῆφον Dem. in Neaer. §. 126. coll. Aeschin. in Ctesiph. §. 20. Huc pertinet etiam insolentior dictio ὑπὸ ψῆφόν ἐστι, de qua conf. Thom. Mag. v. ὑπόψηφος p. 375 ed. Ritschel. Bernhardy. Synt. p. 267.

μὴ παρέχοντες συγγνώμην. Haec verba, tamquam additamentum quod e margine in textum irrepserit, cum Tayloro viri docti ejicienda esse censent: equidem cum Pinzgero et Blumio non dubito suscipere hujus scripturae patrocinium. Oratoria enim verborum abundantia luxuriatur Lycurgus cf. annot. ad §. 7. nec sine vi additur enuntiatio negativa ad amplificandam affirmativam: de quo genere v. annot. ad §. 116. cf. Jacob. Quaestion. Lucian. spec. 1. c. V. §. 7. Loquutionem *παρέχειν συγγνώμην* contra Reiskium tuitus est Pinzger. allatis Homericis: *παρέχειν φιλότητα* Il. 3, 354. Odyss. 15, 55.: addas velim Attica *παρέχειν εὔνοιαν* Sophocl. Trachin. 710 ed. Br. *παρέχεσθαι εὔνοιαν* Andocid. de myster. §. 6. Demosth. de cor. §. 10.: quamquam nemo ignorat frequentissimi usus apud Atticos esse *συγγνώμην ἔχειν.*

τὰ τοιαῦτα καὶ τηλικαῦτα Saepissime v. *τηλικοῦτος* cum vv. *τοιοῦτος* et *τοσοῦτος* copulatur, ita tamen, ut *τοσοῦτος* plerumque praecedat, *τοιοῦτος* sequatur vocem *τηλικοῦτος.* *Τηλικοῦτος καὶ τοιοῦτος* legimus Demosth. de fals. leg. §. 44. 64. 94. 240. 295. in Mid. §. 96. adv. Leptin. §. 51. cf. VV. dd. in Schaefer. appar. ad Demosth. II. p. 516. Quae quamquam plerumque ponuntur ubi de magnis rebus atque modum excedentibus agitur, non desunt contrarii usus exempla, in quibus ad minutas et pusillas res pertinent. v. Isocr. Panathan. §. 70. *νησύδρια τοιαῦτα καὶ τηλικαῦτα τὸ μέγεθος — ἃ πολλοὶ τῶν Ἑλλήνων οὐδ' ἴσασιν,* quibus opponit *τὰς μεγίστας πόλεις.* Articulus autem his verbis additus vim eorum auget insignitioresque reddit et res et personas quas respiciunt. cf. §. 9. 43. 46. 82. 111. 126. 138. Bernhardy. Synt. p. 320.

εἰς — ἀγῶνα καθίστημι. Εἰς ἀγῶνα, κρίσιν, καθιστάναι, καταστῆναι, καθίστασθαι in formulis forensibus sunt: *κίνδυνος* autem et *κινδυνεύειν* quum in universum de eo usurpentur, qui coram judicibus periculum subit, tum ad actorem, tum ad reum possunt referri v. ap. nostr. §. 3. 34. 17. 143. Ad rem et verba confer. Dem. de coron. §. 249. *ἐν τούτοις πᾶσι μάλιστα μὲν διὰ τοὺς θεούς, δεύτερον δὲ δι' ὑμᾶς καὶ τοὺς ἄλλους Ἀθηναίους ἐσωζόμην.* Aeschin. de fals. leg. §. 180. *παρακαλῶ δὲ καὶ ἱκετεύω σῶσαί με πρῶτον μὲν τοὺς θεούς, δεύτερον δὲ ὑμᾶς τοὺς τῆς ψήφου κυρίους.* et Dem. de cor. §. 267. *κακὸν κακῶς σε μάλιστα μὲν οἱ θεοί, ἔπειτα οὗτοι πάντες ἀπολέσειαν.*

§. 3. *Ἐβουλόμην δ' ἄν κτλ.* Isocratis discipulum atque imitatorem haec verba produnt: simillima Lycurgeae structura verborum obvia est ap. Isocr. de pace §. 36. *ἠβουλόμην δ' ἄν, ὥσπερ πρόχειρόν ἐστιν ἐπαινέσαι τὴν ἀρετήν, οὕτω ῥᾴδιον εἶναι τοὺς ἀκούοντας πεῖσαι ἀσκεῖν αὐτήν· νῦν δὲ κτλ.* de

permutat. §. 114. ἠβουλόμην δ' ἄν, ὥσπερ ἐξαριθμῆσαι τὰς πράξεις ῥᾴδιον γέγονεν, οὕτως οἷόντ' εἶναι συντόμως δηλῶσαι — νῦν δὲ κτλ. Ceterum nihil frequentius in oratorum reliquiis est quam „ἐβουλόμην δ' ἄν — νῦν δὲ" illud, quod comicus quoque in feminae illius orationem (Ecclesiaz. 151.) transtulit. — Particularum νῦν δὲ „ut nunc est" vim adversativam exposuit Devarius p. 239. cf. Viger. Herm. p. 426. Bernhardy. Synt. p. 457. not. Schoem. ad Isae. p. 390.

ἐν ταύτῃ. Offendit hoc pronomen interpretes adeo ut de emendanda scriptura cogitarent: lenius Reisk. αὐτῇ, majore audacia Coraës ἐνταῦθα proponens: ἐνταῦθα enim et ἐνθάδε et in judiciis et in concione δεικτικῶς oratores de suggestu et de loco judicii vel concionis adhibere solent. ap. nostr. §. 11. Leloup. ad Isocr. de Pace p. 112. Neutrum necessarium est. Pronomina enim demonstrativa οὗτος et ἐκεῖνος haud raro obvia sunt ubi exspectaveris pronomen αὐτός, quod significantius dicendi genus imprimis oratorum proprium est. Quamquam ibi potissimum vice pronominis αὐτὸς funguntur, ubi de hominibus agitur sive praesentibus in judicio, sive absentibus: rarius ad res inanimatas referuntur. Exempla hujus usus congessit Foertsch. in observatt. critt. in Lysiae oratt. p. 68 sqq. conf. Bernhardy. Synt. p. 277. Schoemann ad Isaeum p. 229. et quos citant. Ad nostr. locum conf. imprimis exemplum e Diodor. Sic. XII. 47. desumtum, quod Sauppius attulit ἐπόρθησε τὴν χώραν καὶ τὰς κατὰ ταύτην κτήσεις ἐλυμήνατο. laud. Carol. Sintenis obss. critt. in Diodor. p. 12 sq. Adde ex ipsa Lycurgea §. 117. καὶ ποιήσαντες στήλην ἐψηφίσαντο εἰς ταύτην ἀναγράφειν τοὺς ἀλιτηρίους — et §. 126. ταῦτα — ἔγραψαν εἰς τὴν στήλην, καὶ ταύτην ἔστησαν εἰς τὸ βουλευτήριον.

φιλάνθρωπον quod explicatur verbis: φιλόπολιν — δοκεῖν εἶναι: utrumque jungit Isocrates ad Nicoclem §. 15. φιλάνθρωπον εἶναι δεῖ καὶ φιλόπολιν: similiter Demosth. in Timocr. §. 24. φιλανθρώπως καὶ δημοτικῶς et Aristoph. Plut. 396. φιλόπολις καὶ χρηστός. Civicae virtutis haec sunt vocabula. Delatorum autem munus quanto fuerit odio non modo apud optimos quosque sed apud populum universum docet idem Aristophanes Plut. 846. ad nostr. locum confer. imprimis 905 sq.

παρὰ τοῖς πολλοῖς ὑπειλῆφθαι v. Demosth. de symmor. §. 1. ἀρετὴν ἐλάττω τῆς ὑπειλημμένης παρὰ τοῖς ἀκούουσι, quae verba leguntur etiam prooem. Demosth. 7. Multa hujus structurae exempla in oratorum potissimum reliquiis reperiuntur, velut: ἀξιοῦσθαι παρά τινι Isaeus de Apoll. her. §. 5. ἀγνοεῖσθαι ib. §. 19. διαβάλλεσθαι Dem. or. amator. §.

18. δοκεῖν Dem. adv. Boeot. de dote §. 10. adv. Aphob. §. 10. Lysias in Evandr. §. 19. ἐθίζεσθαι ap. nostr. §. 80. κρίνεσθαι Dem. or. amator. §. 53. prooem. 47. καταγιγνώσκεσθαι ap. nostr. §. 54. νομίζεσθαι Aristoph. Vesp. 1016. καλεῖσθαι ib. 1054. ὁμολογεῖσθαι Dem. adv. Leochar. §. 56. ap. nostr. §. 12. 54. ἀνομολογεῖσθαι Dem. amator. §. 4. πιςεύεσθαι Dem. in Theocrin. §. 44. adv. Onetor. I. §. 38. ὑπερορᾶσθαι Dem. or. funebr. §. 2. v. Bernhardy. Synt. p. 257. Schoemann. ad Is. de Apollod. her. §. 5.

περιέςηκεν εἰς τοῦτο, ὥςε — Plenius Isocrates de Pace §. 59. νῦν δ' ἐνταῦθα τὰ πράγματα περιέςηκεν, ὥςε — Verbum περιςάναι significat mutare tum in melius (rarius hoc velut Isocr. de permut. §. 120.), tum in pejorem partem: frequentissimi usus sunt περιίςασθαι, περιςῆναι de mutatione in pejus. Demosth. Olynth. 3. §. 9. Isocr. Phil. §. 55. Areopag. §. 81. Aeschin. epist. 11. §. 2. v. Bremi. ad Aeschin. in Ctes. §. 206. (ed. Goth.)

τὸν ἰδίᾳ κινδινεύοντα. In publicis enim actionibus (excepto eo εἰσαγγελίας genere, de quo egit Meier. de bonis damnator. p. 133.) mulcta imponi solebat mille plerumque drachmarum accusatori qui non quintam saltem suffragiorum partem tulisset: quacum nonnumquam capitis deminutio et aliae poenae erant conjunctae. v. Schoemann. de comitt. p. 175. de Ord. Judicior. p. 734. Heffter. Ath. Ger. p. 129 sq.

οὐ φιλόπολιν ἀλλὰ φιλοπράγμονα. Simile σχῆμα πάρισον apud Isocratem. de permutat. §. 48. τοῖς μὲν διὰ φιλοπραγμοσύνην ἐμπείροις τῶν ἀγώνων γεγενημένοις, τοὺς δ' ἐκ φιλοσοφίας τῶν λόγων — τὴν δύναμιν εἰληφότας quod (codice Δ praebente φιλο πολυπραγμοσύνην) Orellius defendit, Bekkerus delevit recepta scriptura πολυπραγμοσύνην, haud scio an restituendum sit. — φιλοπράγμων is est, qui alias πολυπράγμων nuncupatur, litigator et sycophanta. v. Indices Demosth. v. φιλοπραγμοσύνη. Isocrates πολυπράγμονας et συκοφάντας jungit, de permut. §. 230. et apud Arisioph. Plut. 909. εὐεργετεῖν οὖν ἐστι τὸ πολυπραγμονεῖν, verbum πολυπρ. non significat „ardelionem esse" sed idem fere valet quod συκοφαντεῖν.

§. 4. τρία γάρ ἐςι τὰ μέγιςα cf. §. 10. δύο γάρ ἐςι τὰ παιδεύοντα. §. 79. τρία γάρ ἐςιν ἐξ ὧν ἡ πολιτεία συνέςηκεν.

ἡ τῶν νόμων τάξις. De re conferas velim Demosth. in Timocrat. §. 216. in Aristogit. I. §. 20. sq. Est autem ἡ τῶν νόμων τάξις id quod leges praecipiunt, praecepta legum: leges enim τάττουσι, προστάττουσιν. v. Aeschin. in Ctesiph. §. 37. πολιτείαν ἐν ᾗ ταὐτὰ προστάττουσιν οἱ νόμοι ποιεῖν καὶ μὴ ποιεῖν. Pinzgerum, qui intellexit τὸ νόμους τετάχθαι, Blumius

futavit: recte enim monuit, propter sequentia ψῆφος, κρίς, quibus efficacitatis notio inest, a voce τάξις quoque ienam esse affectionis passivae notionem: quod declarare dentur etiam verba: ὁ γὰρ νόμος πέφυκε προλέγειν κτλ. Eo- m modo Demosthenes in Aristogit II. §. 27. usurpat vo- m τάξις: ἐπεί, inquit, καὶ τὸν ὅλον κόσμον νόμος καὶ τάξις, εἰ ἡ τοῖς ὁρωμένοις πιςεύειν, διοικεῖν φαίνεται.

ἡ τῶν δικαςῶν ψῆφος. De judiciorum in rebus publi- veterum, et maxime Atheniensium, momento v. Aristotel. lit. IV. 14. 16. Meier. et Schoemann. de Ord. Judicior. p. 3. effter Ath. Ger. p. 11. Quod agnoscit Demosthenes in Ti- ocr. §. 2.: τὰ δικαςήρια inquit, ἃ δοκεῖ συνέχειν τὴν πολιτείαν: Mid. §. 223. τῷ ποτ' εἰσὶν ὑμῶν οἱ ἀεὶ δικάζοντες ἰσχυροὶ ὶ κύριοι τῶν ἐν τῇ πόλει πάντων. et Dinarchus judices his rbis compellat: ὑμεῖς δὲ οἱ τῆς δημοκρατίας καὶ τῶν νόμων λακες — καὶ τὸ πέρας ἔχοντες τῶν ἐν τῇ πόλει ἁπάντων δι- ίων in Philocl. §. 16.

ἡ τούτοις τἀδικήματα παραδοῦσα κρίσις. Mihi oque displicet aoristus quem Bekkerus cum praesenti tem- re commutandum esse contendit. Quamquam Baiterus et uppius aliter statuunt, quibus ab oratoris manu profecta se videtur scriptura παραδοῦσα, quod accusationem judicio iorem esse oporteat. At satis frigida esset temporum tio inita, ubi notionis tantum definitio requiritur. κρίσις odo accusationem designat, ut h. l., cf. §. 31., modo judi- sententiam §. 7. 12. 124. 146. v. ad §. 1.

ὁ μὲν γὰρ νόμος πέφ. προλέγειν. Lex ita est com- rata, ut praedicat, praecipiat — προλέγειν de legibus ponitur emosth. in Timocr. §. 60. οἷς ἅπασιν οἱ μὲν ὑπάρχοντες νό- ι δεσμὸν προλέγουσιν. Dinarch. in Demosth. §. 71. καὶ τοὺς ν νόμους προλέγειν τῷ ῥήτορι καὶ τῷ ςρατηγῷ κτλ. Aeschin. Tim. §. 3. οἱ μὲν γὰρ νόμοι προεῖπον αὐτῷ — μὴ δημηγορεῖν. nnumquam in verbis cum praepositione πρὸ compositis hu- particulae notio videtur delitescere: id quod saepius factum t in verbo προδιδάσκειν: nam quod Stallbaum. ad Plat. Hipp. j. p. 291. B. contendit προδιδάσκειν esse idem quod πορρῶ ιάσκειν, aliquem ita docere, ut in vero cognoscendo progre- itur et quasi docendo aliquem provehere, vereor ne hoc nus recte statuerit vir humanissimus. Nec apud Sophocl. iloct. 538. ἐγὼ δ' ἀνάγκῃ προὔμαθον στέργειν κακά, verbum ομανθάνειν „praediscere, discere" eum sensum potest ad- scere, quem Stallbaum. ei subesse dicit: „paullatim di- re."

μηνύειν. Latius hic patet hujus vocabuli vis quam de- io ea, quae proprio nomine μήνυσις vocatur, de qua ege-

runt Schoemann. de comitt. p. 219. Heffter. Ath. Ger. p. 234. cf. ap. nostr. §. 146, ubi v. μηνύω pro εἰσαγγέλλω positum est.

τοὺς ἐνόχους τοῖς ἐκ τῶν νόμων ἐπιτιμίοις. Nihil frequentius est in oratorum scriptis vocabulo ἔνοχος: jungitur autem et poenae notioni ut h. l. §. 114. Dem. adv. Boeot. de nom. §. 8. ταῖς — ζημίαις Lys. in Alcibiad. I. §. 9. πάσαις ταῖς κειμέναις ζημίαις Dem. in Theocr. §. 10. ταῖς χιλίαις. et omnium omnino rerum quae in causa sunt ut poenae ab aliquo expetantur: quo pertinent leges Lysias in Alcibiad. I. § 7. δλῳ τῷ νόμῳ Dem. in Theocrin. §. 13. τοῖς νόμοις et similiter ταῖς ἀραῖς ap nostr. §. 31. Dem. de fals. leg. §. 201. accusatio τῇ γραφῇ Dem. in Timocr. §. 39. 61. ταύτῃ τῇ κατηγορίᾳ ib. §. 214. τοῖς ἐγκεκλημένοις Dem. adv. Conon. §. 30. τοῖς εἰσηγγελμένοις ap. nostr. §. 55. — crimen denique s. delictum Lys. in Alcib. I. §. 5. λειποταξίου, δειλίας Demosth. in Timocr. §. 177. ἱεροσυλίᾳ καὶ ἀσεβείᾳ καὶ κλοπῇ καὶ πᾶσι τοῖς δεινοτάτοις. ap. nostr. §. 53. τῇ προδοσίᾳ §. 59. 78. ἁπάσας ἀδικίας §. 97. 147. ἀδικήμασιν. Ubi ad crimen refertur genitivum quoque assumit. Markland. ad Lys. p. 520. Reisk. Matth. gr. gr. p. 684 sq. Schaefer. appar. in Dem. V. p. 323. Erraret si quis cum Bremio ad Lys. in Alcib. I. §. 5. ἔνοχος cum genitivo vel criminis vel poenae construi crederet. Perraro factum est ut absolute poneretur v. ἔνοχος, velut ap. Antiphont. 4. α. §. 1. τοὺς ἐνόχους ἀφιέντας oppos. τοὺς καθαροὺς εἰς ἀγῶνα καθιζάντας. — Usum praepositionis ἐκ, quae in similibus indicat, prodire aliquid ex aliqua re i. e. sequi eam vel ad ejus normam dirigi, sat habeo paucis illustrare exemplis. Dem. adv. Boeot. de nom. §. 8. ταῖς ἐκ τῶν νόμων ζημίαις de cor. §. 13. ταῖς ἐκ τῶν νόμων τιμωρίαις de fals. leg. §. 70. τὴν ἀρὰν — τὴν ἐκ τοῦ νόμου. ib. §. 281. τὴν ἐκ τῶν νόμων δίκην. in Mid. §. 166. τὴν ἐκ τῶν νόμων τάξιν λιπών. ap. nostr. §. 8. ἀναγκαῖον μὲν ἐκ τῶν νόμων ἐπιτίμιον. — ἐπιτίμιον autem, ut ζημία, τιμωρία, ad quodvis poenarum genus spectat v. Meier. et Schoem. de Ord. Judic. p. 739.

κολάζειν cf. quae annotavimus ad §. 45. Attici, etsi plerumque activam hujus verbi formam ponunt, eodem sensu mediam quoque usurpant. cf. Aristoph. Vesp. 393. τοὐξύθυμον, ὦ κολαζόμεσθα, κέντρον: quo referas etiam rariores formas ib. 244. ὡς κολωμένους ὧν ἠδίκησεν et Eqq. 423. χὤπως κολᾷ τὸν ἄνδρα. — Plat. Protag. p. 324. C. τιμωροῦνται δὲ καὶ κολάζονται. Menex. p. 240. D. καὶ κολασάμενοι τὴν ὑπερηφανίαν.

ὑπ' ἀμφοτέρων — ἀποδειχθέντας. Sic rectius Reiskius pro vitiosa librorum scriptura ἐπ' quam Taylorus

qui ἀπ' reponendum esse credidit: raro enim ἀπὸ praepositio verbis passivis adjecta vice legitimae ὑπὸ fungitur, etsi hoc idioma ab Atticis scriptoribus non prorsus abjudicarim. v. Bremi. annot. crit. ad Aesch. in Ctesiph. §. 98. ed. Goth. de qua re cautius judicavit Bernhardy. Synt. p. 223. Ceterum exempla ejusmodi, quale est Demosthenicum de cor. §. 194. πᾶσι κατασκευάσαντα τὸ πλοῖον ἀφ' ὧν ὑπελάμβανε σωθήσεσθαι, ubi ἀφορμὴ quaedam et causa efficiens designatur, huc non pertinere per se patet. — Nec tamen manum emendatricem hujus idiomatis exempla obtrudere scriptoribus decet.

ἄνευ τοῦ παραδώσοντος. Futurum tempus ibi quoque apud Graecos locum habet, ubi significamus rem aut personam aptam, idoneam, propensam esse ad id efficiendum perpetiendumve, quod verbi notione continetur: quae futuri potestas ad participium potissimum pertinet. cf. Aeschyl. Prometh. 27. ὁ λωφήσων γὰρ οὐ πέφυκέ πω i. e. idoneus ad te liberandum, qui possit, velit te liberare. Sophocl. Antig. 260. οὐδ' ὁ κωλύσων παρῆν. Plat. Menex. p. 235. D. ἀγαθοῦ ἄν ῥήτορος δέοι τοῦ πείσοντος καὶ εὐδοκιμήσοντος Isocr. Aeginet. §. 29. δι' ἔνδειαν τοῦ θεραπεύσοντος Dem. adv. Leptin. §. 74. ὁ μὲν γὰρ λαθών, ὁ δὲ νικήσας τοὺς κωλύσοντας αὐτ' ἐποίησεν. Exempla hujus participii cum articulo copulati v. ap. Bernhardy. Synt. p. 318. et Stallbaum. ad Plat. Menex. p. 235. de quo articulo conf. Rostium quoque in gr. gr. §. 98. p. 454. — Verbum παραδιδόναι e forensibus est v. Demosth. Indd. v.

§. 5. φυγόντα — ἐγκαταλιπόντα — προδεδωκότα. Possis suspicari eam vim inesse participio perfecti aoristis juncti, ut, expositis singulis criminis momentis, in universum natura atque indoles criminis (das Resultat) designetur: at nonnumqum horum temporum discrimen prorsus obscuratum esse videtur. Cf. Dem. de fals. leg. §. 177. ἀπέδειξα οὐδὲν ἀληθὲς ἀπηγγελκότα ἀλλὰ φενακίσαντ' ὑμᾶς — ἐπέδειξα αἴτιον γεγενημένον τοῦ —, συμβουλεύσαντα — ἀντείπόντα — συναγορεύσαντα — κατατρίψαντα — εἰργασμένον — προδεδωκότα — πεπρακότα — δῶρα ἔχοντα — οὐδὲν ἐλλελοιπότα —. ib. §. 231. τοὺς μὲν χρήματ' εἰληφότας καὶ δῶρα, καὶ καταισχύναντας ἑαυτούς. de cor. §. 271. τῶν μηδεπώποτ' ἰδόντων ἐμὲ μηδὲ φωνὴν ἀκηκοότων ἐμοῦ. in Mid. §. 192. οὐχ ὁ ἐσκεμμένος οὐδ' ὁ μεριμνήσας. cf. Dem. adv. Aphob. I. §. 16. coll. §. 47. 48. v. Bernhardy. Synt. p. 379. — Particula δὲ post μὲν repetita membris distinguendis et dispescendis inservit: quo fit, ut singula auditorum auribus atque animis magis inculcentur. conf. ap. nostr. §. 8. τὸν ἐκλιπόντα μὲν —, μὴ βοηθήσαντα δὲ —, ἐγκα-

ταλιπόντα δέ —, ἅπασαν δὲ — προδόντα. §. 9. ὅσα δὲ μὴ σφόδρα περιείληφεν — μείζω δὲ — ἠδίκηκεν, ἅπασι δὲ ὁμοίως ἔνοχός ἐςιν —. §. 27. τὸν προδόντα μὲν —, πιτηγήσαντα δὲ —, μὴ φροντίσαντα δὲ — et §. 38. 39. 40. Isocr. de Big. §. 20. ἔπεισε μὲν —, ἔπαυσε δὲ —, διέδωκε δὲ —, ἀπέδωκε δὲ —, διήλαξε δὲ —, ἀπέστρεψε δὲ —. Rem tangit Hartung. in libro de gr. linguae particc. I. p. 168. §. 7.

δύναμιν. Saepe δύναμις ad copias militares et pecuniarias spectat: quo sensu pluralis quoque numerus δυνάμεις occurrit Dem. de cor. §. 233. prooem. 30. Hoc loco latius etiam patet: significat idem quod Latinorum „opes reipublicae" C. Nep. Epaminond. 6. Alcib. 5. Sic ap. nostr. §. 59. μέρος ἄν τι προδοῦναι τῆς ἡμετέρας δυνάμεως.

ἅπασι δὲ τοῖς γεγραμμένοις ἔνοχ. Alii vocem γεγραμμένοις de legibus intelligunt: sic Becker. Thurot in versione gallica, quibuscum sentiunt Baiterus et Sauppius: alii ad accusationis capita referunt, ut Augerus in versione gallica, Pinzger, Blume. Genus dicendi judiciale utrique sententiae favet: nam τὰ γεγραμμένα sunt leges ap. Dem. in Theocrin. §. 24. οἵτινες ἂν — ἄκοντές τι τῶν γεγραμμένων παραβῶσιν: quo vocabulo accusationis capita s. γραφὴ designatur Dem. de cor. §. 56. Qui Beckeri sententiam amplexi sunt, in auxilium vocare poterant §. 78. οὐκ ἀποκτενεῖτε τὸν ἁπάσαις ταῖς ἀδικίαις ἔνοχον ὄντα, quibus probarent hyperbolicum hoc loquendi genus, quod alii quoque oratores frequentant, a Lycurgi ingenio non abhorrere. cf. Dem. in Mid. §. 35. εἴ τις οὖν κἀκείνοις τοῖς προϋπάρχουσι νόμοις καὶ τούτῳ τῷ μετ' ἐκείνους τεθέντι καὶ πᾶσι τοῖς λοιποῖς ἐς' ἔνοχός —: atque ad refellendam contrariam opinionem afferri poterat actionis genus, quod requirere videtur verbum εἰσαγγέλλεσθαι, non γράφεσθαι cf. §. 56. ἔνοχός ἐςι τοῖς εἰσηγγελμένοις ἅπασιν. Attamen comparanti mihi similem Lycurgeo locum ap. Aesch. in Timarch. §. 2. εἰδὼς δ' αὐτὸν ἔνοχον ὄντα οἷς ὀλίγῳ πρότερον ἠκούσατε ἀναγινώσκοντος τοῦ γραμματέως, ἐπήγγειλα αὐτῷ τὴν δοκιμασίαν ταυτηνί κ. τ. λ. (cf. Schoemann. de Ord. Judicior. p. 706.) Augeri explicatio ab omni parte satisfacit: neque enim dubitandum est, quin vocabula γραφή, γράφεσθαι etiam de εἰσαγγελίᾳ usurparint oratores. cf. Isaeus de Hagn. her. §. 31. Schoemann. ad h. l. et de comitt. p. 179. Optime sic omnia procedunt a minoribus oratore ascendente ad majora: nam in ipso libello accusatorio non modo fuga turpis et proditio inerat, sed etiam δήμου κατάλυσις, ἀσέβεια, τοκέων κάκωσις, λειποτάξιον, ἀςρατεία. v. §. 147.

τὴν εἰσαγγελίαν ἐποιησάμην. Εἰσαγγελία et actionem et ipsum libellum accusationis significat: quod probant §. 34.

τὰ ἐν τῇ εἰσαγγελίᾳ §. 137. ἐνέγραψα εἰς τὴν εἰσαγγελίαν et ἐπιγράψαι πρὸς τὴς εἰσαγγελίαν. Idem cadit in vv. φάσις, ἔνδειξις alia. v. Meier. et Schoem. de Ord. Judicior. p. 239. 248. Ceterum ad sententiam hujus §. confer. Dem. in Aristocr. §. 1. Lys. in Philon. §. 2.

προελόμεμος. Male Pinzger. „diesen Rechtstreit hervorsuchend" recte Thurotus „j'ai entrepris cette poursuite." cf. Dem. de cor. §. 280. τοῦτον προελέσθαι τὸν ἀγῶνα. Verbum προαιρεῖσθαι non de delectu tantum sed de quovis proposito ponitur v. §. 100. 111.

τοῦτον περιορᾶν εἰς τὴν ἀγορὰν ἐμβάλλοντα. cf. Aeschin. in Timarch. §. 164. ἔπειτα ἐμβάλλεις εἰς τὴν ἀγορὰν ἢ στεφανοῦ ἢ πράττεις τι τῶν αὐτῶν ἡμῖν; id. de fals. leg. §. 148. καὶ οὐ καθαρὸς τὰς χεῖρας εἰς τὴν ἀγορὰν ἐμβάλλεις Dem. in Timocr. §. 103. ἐάν τις ἁλοὺς τῆς κακώσεως τῶν γονέων εἰς τὴν ἀγορὰν ἐμβάλλῃ ib. §. 165. τί οἴεσθε, ὁπότ' ἄνθρωπος-μὴ μόνον εἰς τὴν ἀγορὰν φοβοῖτ' ἐμβαλεῖν, ἀλλὰ μηδ' οἴκοι μένειν ἀσφαλὲς ἡγοῖτο. Eos postissimum haec loquutio spectat, qui in forum prodibant μὴ ἐξὸν αὐτοῖς: v. Dem. in Timocr. §. 126. coll. §. 60. quod in eos cadit, qui non integra sunt civitate, ἄτιμοι, v. de Ord. Judicior. p. 563 et in reos homicidii, quibus ab archonte vel ab accusatore denunntiatur, ut foro Attico abstineant (προαγορεύειν, προειπεῖν, πρόῤῥησις v. Heffter. p. 362.). Orator his verbis indicat, se indignum putare Leocratem qui aequo et pari cum reliquis civibus jure fruatur. Rem explicat Aeschines in Ctesiph. §. 176. ὁ μὲν τοίνυν νομοθέτης τὸν ἀςράτευτον καὶ τὸν δειλὸν καὶ τὸν λιπόντα τὴν τάξιν ἔξω τῶν περιῤῥαντηρίων τῆς ἀγορᾶς ἐξείργει, καὶ οὐκ ἐᾷ στεφανοῦσθαι οὐδ' εἰσιέναι εἰς τὰ ἱερὰ τὰ δημοτελῆ, quae ap. Lycurgum sunt τὰ κοινὰ ἱερά: vide de his publicis sacris Boeckh. Staatsh. der Athen. I. p. 228.

τῆς τε πατρίδος ὄνειδος κτλ. Eodem modo Aeschin. in Ctesiph. §. 241. ἄνθρωπος αἰσχύνη τῆς πόλεως γεγονώς: exempla congessit Valckenaer. ad Eurip. Phoeniss. 828. Saepe tertius quoque casus huic substantivo jungitur Dem. in Mid. §. 132. φάσκων ὄνειδος ἐξελθεῖν τὴν ςρατιὰν ταύτην τῇ πόλει. ib. §. 133. πότερ' εἰσὶν ὄνειδος — τῇ πόλει. At Dem. epist. 3. p. 644. Bekk. κοινὸν ὄνειδος τῶν ἀδικησάντων ἐπὶ ξένης περιιὼν ὁρῶμαι. De verbis τῆς τε πατρίδος — καὶ πάντων vide quae annotavimus ad §. 2.

§. 6. εἰς τὰς κοινὰς κρίσεις καθιςάναι. (Codicum scripturam καθεςάναι loci sententia damnat.) Alias εἰς τοὺς δημοσίους ἀγῶνας s. εἰς τὰς δημοσίας δίκας καθιςάναι. cf. §. 46. ubi utrumque adjectivum conjungitur: ἐν τοῖς δημοσίοις καὶ κοινοῖς ἀγῶσι τῆς πόλεως. Agitur enim non de privatis causis

sed de publicis: quarum discrimen exposuerunt Heffter. Ath. Ger. p. 111 sq. Meier et Schoemann Att. Proc. p. 162 sq.

εἰς τὴν πατρίδα τι παρανουμοῦντας. Παρανομεῖν εἴς τινα cf. §. 52. 124. Solent et res et personae, in quas peccatur, adjecta nomini praepositione *εἰς* (*πρός, περὶ*) designari, quum verba *ἀδικεῖν, παρανομεῖν, ἀσεβεῖν, ὑβρίζειν* et similia adhibentur. Bast. epist. crit. p. 15. v. annot. ad §. 76.— *Παρανομεῖν τι* dictum est ut §. 6. *μηδὲν ἀδικοῦντας* et §. 2. *τὰ τοιαῦτα καὶ τηλικαῦτα παρανομοῦσιν.* §. 52. *τοιοῦτόν τι παρανομῆσαι* §. 78. *τοὺς ἕν τι τούτων ἡμαρτηκότας* §. 26. *τοσαῦτα καὶ τηλικαῦτα τὴν πόλιν ἀδικῆσαι:* quo pertinent *ἀδικεῖν, βλάπτειν, κακουργεῖν τι, μηδέν, μεγάλα, τὰ μέγιστα,* alia. Bernhardy. Syntax. p. 122.

τὰ κοινὰ τῶν ἀδικημάτων — διαφορᾶς. Τὰ κοινὰ τῶν ἀδικημάτων. Nomina adjectiva et participia adjecto articulo substantivorum instar secundum illius nominis casum adsciscunt, ad quod ipsa cogitatione referenda sunt: quod idioma et poëtae et inter prosae orationis scriptores maxime oratores frequentant. Confer. Lycurgea: §. 18. *τῶν ἐμπόρων οἱ παρεσκευασμένοι.* §. 48. *τοὺς φύσει γεννήσαντας καὶ τοὺς ποιητοὺς τῶν πατέρων.* §. 102. bis et 108. *τὰ κάλλιστα τῶν ἔργων.* §. 111. *τὰ καλὰ τῶν ἔργων.* §. 104. et 110. *τὰ τοιαῦτα τῶν ἔργων.* §. 133. *οἱ τοιοῦτοι τῶν ἀνθρώπων.* cf. Bernhardy. Synt. p. 154 sq. — Pinzger ejecto vocabulo *κοινὰς* ante *καὶ τάς,* oratoris verba sic reddit: „und ihr Unrecht gegen den Staat auch als den Grund der Feindschaft gegen sie anzusehen:" arbitratus enim est, infinitivos omnes pendere e verbis *πολίτου γάρ ἐστι δικαίου:* at cave morem geras interpreti haud bene agenti: aptus est infinit. *ἔχειν,* sicut is qui praecedit, *εἶναι,* e verbo *νομίζειν.* Quod vidit Blumius qui ita explicat oratoris verba: *καὶ νομίζειν, καὶ τὰς προφάσεις τῆς πρὸς αὐτοὺς διαφορᾶς εἶναι κοινάς, ἃς τὰ κοινὰ τῶν ἀδικημάτων ἔχει. Ἔχει* autem est „in se habet, continet," quod Blumium fugit *προφάσεις ἔχειν* pro *προφάσεις παρέχειν* accipientem: verum vidit Krueger. ad h. l. Jam nemo non intelligit Pinzgerum expunxisse verbum quo in hac enuntiatione minime possumus carere, adeo ut cum summa repetito adjectivo vis insit, etiam pronuntiatione adjuvandum sit. Delatoris enim munus contra iniquos hujus officii aestimatores defendens atque collaudans orator in hoc potessimam laborat, ut ad omnes omnino cives malorum odium atque persecutionem pertinere evincat.— *τῆς πρὸς αὐτοὺς διαφορᾶς* cf. Dem. de symmor. §. 12. *τῶν πρὸς ὑμᾶς καὶ πρὸς ἀλλήλους — διαφορῶν:* sic *ἔχθρα, πόλεμος* et *φιλία πρός τινα.*

§. 7. *τοὺς δημοσίους ἀγῶνας.* Hanc scripturam etsi

unius codicis testimonio firmatam, alteri δημίους utique praeferenda est: vocabulum δήμιος pro δημόσιος poëtarum (Homer.) proprium est, Atticis δήμιος est ὁ ἀπάγων τὴν ἐπὶ θανάτῳ Phrynich. Lobeck. p. 474 sq. carnifex.

ὑπὲρ οὗ—τὴν ψῆφον φέρειν sic §. 147. 149. at §. 11. περὶ οὗ μέλλετε την ψῆφον φέρειν. Apud recentiores Atticos latissime patuisse praepositionis ὑπὲρ significatum dubio caret: tenendum autem est, scriptores ὑπὲρ saepissime ponere ubi περὶ exspectaveris, non item περὶ ubique pro ὑπὲρ inferentes. v. ap. nostr. §. 28. ὑπὲρ ἀδικημάτων ψηφίζεσθαι ib. πρόκλησιν ὑπὲρ τούτων ἁπάντων γράψας. §. 40. πυνθάνεσθαι ὑπέρ τινος. Cf. Bremi. ad Demosth. Olynth. I. (III.) §. 5. ad Olynth. I. (III.) 19. ed. Goth. Schaefer. appar. ad Demosth. I. p. 189 sq. Bene se habent, quae Valckenaer corrigebat verba Xenophontis Memor. 4, 3, 12. ἀδυνατοῦμεν τὰ συμφέροντα προνοεῖσθαι ὑπὲρ τῶν μελλόντων (Valck. susp. περὶ τῶν μελλόντων). — τὴν ψῆφον φέρειν (cf. §. 11. 12. 13.) idem valet quod τὴν ψῆφον θέσθαι §. 13. 128. et διαφέρειν (viritim suffragia ferre) Aesch. in Ctesiph. §. 198. Minus usitatum est λαμβάνειν τὴν ψῆφον περί τινος Dem. in Neaer. §. 6. Haec ad judices respiciunt: ad praetorem spectat formula διδόναι τὴν ψῆφον: quamquam διδόναι τινὶ τὴν ψῆφον etiam de judicibus ponitur sententiam pro aliquo ferentibus, quem significatum capit Demosthenica formula adv. Eubulid. §. 69. προσθέσθαι τινὶ τὴν ψῆφον. v. Schoemann de comitt. p. 122 n. 22. Buttm. ad Demosth. Mid. p. 189. Bremi ad Demosth. adv. Aphob. I. §. 2. Articulus ab his loquutionibus nusquam abest.

τὰς τῶν παρανόμων γραφὰς i. e. actiones legum male rogatarum, de quibus exposuerunt Schoemann. de comitt. p. 159 sq. 272 sq. Meier et Schoemann de Ord. Judicior. p. 283. 637. Heffter Ath. Ger. p. 157 sq. — Eodem modo dicunt δικάζειν ἀγῶνα Dinarch. in Demosth. §. 46. et δίκην δικάζειν. v. Schaefer. appar. ad Demosth. I. p. 580. Articulus criminis nomini additus omitti poterat, quod saepe factum est ubi in universum genus designant, non ad certam quandam et definitam causam respiciunt. cf. Schoemann ad Isac. p. 231. Aesch. in Ctesiph. §. 191. εἴ τις εἰσίοι γραφὴν παρανόμων §. 194. γραφὰς παρανόμων πέφευγεν ἑβδομήκοντα καὶ πέντε et οὐδεμίαν πώποτε γραφὴν παρανόμων §. 197. ὅταν εἰσίῃ γραφὴ παρανόμων §. 199. ἐπὶ ταῖς γραφαῖς μόνον ταῖς παρανόμων. contra ap. eund. Aesch. in Ctesiph. articulo adjecto genus universum designatur §. 191. τὰς γραφὰς τῶν παρανόμων ἀνεῖλον. §. 196. ἐξαιτοῦνται τὰς γραφὰς τῶν παρανόμων §. 200. ἐν ταῖς γραφαῖς ταῖς τῶν παρανόμων. Ceterum longe aliter de actionis παρανόμων momento statuit Aeschines in Ctesiph.

§. 181 sq., rectius, mea quidem sententia, hoc actionum genus ad reprimendos malorum civium conatus maxime idoneum esse atque ipsi populi libertati et saluti reipublicae maximo esse praesidio contendens: quamquam corruptis civitatis moribus his quoque actionibus ut cum maxime abuti poterat perditorum civium malitia.

τοῦτο μόνον — κωλύετε. Sententia oratoris perspicua est: in judiciis *παρανόμων*, inquit, illud tantummodo detrimentum amovendum est quod psephisma aut lex male rogata afferret reipublicae, si valeret; at quum nulla lex totius reipublicae commoda et majestatem complectatur, judicia illa reipublicae partem aliquam non universae civitatis salutem respiciunt: Leocratis causa non item. Agitur enim de atrocissimo crimine quod ipsam patriae salutem et incolumitatem in periculum atque discrimen vocat. Sensum hujus loci non verba reddiderunt Augerus et Thurotus Galli. Schulzio verba *καὶ ταύτην τὴν πρᾶξιν κωλύετε* e glossa videbantur orta esse: Gurlittus in praegressis pro *τοῦτο μόνον* rescribendum censuit *τὸν νόμον μόνον*: Coraës ad *τοῦτο μόνον* cogitatione refert *τὸ παράνομον* atque ad verba *ταύτην τὴν πρᾶξιν* annotat intelligendum esse *τὴν τοῦ καινοῦ νόμου ψήφισιν*: quocum sentit Blumius qui *ταύτην τὴν πρᾶξιν* idem esse monet quod *τὸ παρανομεῖν* vel potius *τὸ παράνομα ψηφίζεσθαι*. Equidem nego opus esse vocabulo extrinsecus assumto aut ejecto: verba *καθ' ὅσον* — referas ad *τοῦτο μόνον* (cf. §. 27. *περὶ τούτων — ὁρίζουσιν, ἐάν τις Ἀθηναίων ἄλλοσέ ποι σιτηγήσῃ ἢ ὡς ὑμᾶς.*) Illa autem: *καὶ ταύτην τὴν πρᾶξιν κωλύετε*, oratori amplificanti praegressa *τοῦτο μόνον ἐπανορθοῦτε* condonanda esse crediderim. cf. infra §. 8. *οὕτω γάρ ἐστι δεινὸν τὸ γεγενημένον ἀδίκημα καὶ τηλικοῦτον ἔχει τὸ μέγεθος. Πρᾶξιν* autem nuncupari posse *τὸ βλάπτειν* (credo eum fore qui *πρᾶγμα* h. l. requirant), quippe cui *effectionis* notio insit, non dubito affirmare. cf. Aeschin. Ctesiph. §. 37. *ὡς ἀκύρους νόμους ἐν τοῖς κυρίοις ἀναγεγράφθαι καὶ δύο περὶ μιᾶς πράξεως.* ib. §. 38. *νόμοι πλείους ἑνὸς ἀναγεγραμμένοι περὶ ἑκάστης πράξεως.* ib. §. 39. *ὅπως ἂν εἷς ᾖ νόμος καὶ μὴ πλείους περὶ ἑκάστης πράξεως.* — Mirum autem quantum de verbo *ἐπανορθῶσαι* Atticistarum praecepta repugnant Graecorum usui. cf. Herodian v. *κατορθῶσαι· κατορθῶσαι ἐπὶ πολέμου καὶ τῶν τοιούτων, τὸ δὲ κατόρθωμα οὐκέτι· ἐπανορθῶσαι δὲ λόγῳ τῶν ἡμαρτημένων* (Lob. susp. *τῶν λόγῳ ἡμαρτημένων*) Thomas M. v. *κατορθῶσαι* similia tradit, addens *ἐπανορθῶσαι δὲ ἐπὶ λόγων*: quae verba leguntur apud eundem etiam v. *διορθοῦν*: sic Ammonius quoque. Quibus adde Thomae praeceptum v. *ἐπανορθοῦμαι· ἐπανορθοῦμαι κάλλιον ἢ ἐπανορθῶ· Πλάτων*

ἐν τῇ πρώτῃ τῶν πολιτειῶν· καὶ δεῦρο ἰὼν ἐπηνωρθούμην (Theaetet. ed Bekk. p. 176.) Mutationis in melius his verbis notionem inesse, spretis arctioribus illis grammaticorum finibus, docuerunt Nunnes. ad Herodian. Lobeck. ad Phryn. p. 250. Nec vitio potest verti scriptoribus forma activa, quippe quae apud optimos quosque obvia sit: nonnumquam utramque formam codices praebent, velut ap. Aeschin. in Timarch. §. 3. pro ἐπανορθοῦνται in codd. d. f. g. est ἐπανορθοῦσι.

καθ' ὅσον ἄν — μέλλῃ βλάπτειν. Veterum editionum scripturam μέλλει cur ferendam putarint Beckerus et Heinrichius nescio: hoc scio, in eo genere a librariis saepissime erratum esse. Adi Bast. ad Gregor. Cor. p. 115. Matthiae. gr. gr. p. 1007 sq. Μέλλῃ βλάπτειν vernacule est: im Begriff ist zu schaden, schaden muss. Vide de verbi μέλλειν notione quae ab Hermanno ad Vigerum p. 754. subtiliter disputata sunt. Ceterum et praesentis et aoristi et futuri infinitivum huic verbo recte subjungi, docent Lobeck. in parerg. ad Phrynich. p. 745 sq. Schaefer. ad Gregor. Cor. p. 620.

ὁ δὲ νῦν ἐνεστηκὼς ἀγών. cf. Din. in Philocl. §. 17. τῆς τότε ἐνεστώσης κρίσεως. Νῦν hoc loco ex abundati additur, ut nonnumquam adverbia temporis ponuntur, cf. ap. nostr. §. 48. τὰς — ὕστερον ἐπικτήτους. — Ceterum negligentia oratoris hic notanda est: negari enim nequit, neque verbum συνέχει cum vv. ἐπ' ὀλίγον χρόνον, neque verbum καταλείψει cum praecedentibus ὑπὲρ ὅλης τῆς πατρίδος bene coire. Perspicuum est binas utriusque membri partes inter se oppositas oratoris animo obversatas esse: „non partem rei publicae sed universam civitatem complecti hoc judicium: nec in breve tempus duraturam hujus judicii memoriam sed exempli instar ad omnium seculorum posteritatem transmissum iri." Huc pertinet ingeniosi pueri Hermogenis (περὶ ἰδεῶν II. p. 500 ed. Laurent.) de Lycurgo oratore judicium: πολὺ δὲ τὸ τραχὺ καὶ σκληρὸν ἔχει χωρὶς ἐπιμελείας.

τοῖς ἐπιγινομένοις. ἐπιγιγνομένοις cum aliis Heinrichius edidit, qui formam ἀναγίγνωσκε quoque Lycurgo pro ἀναγίνωσκε restituit §. 36. 118. 120. ἐπιγιγνομένοις idem Heinr. dedit §. 81. 118. pro libror. scriptura ἐπιγιν. Contra Baiter. et Saupp. §. 9. ἐπιγιγνομένοις deleto, ἐπιγινομένοις ediderunt, nimirum quia varias ejusdem verbi formas ab eodem scriptore abesse voluerunt. Quam ob causam §. 44. vocem ναοὶ cum Augero et Thorlacio duumviri Turicenses praetulerunt Piersoni conjecturae νεῷ (quod Heinr. §. 37. reposuit pro ναοί). Equidem cum aequabilitatem in his rebus necessariam non esse puto, tum violentam manum optimorum codicum scripturae non ausim admovere. Ceterum Atticistarum de for-

mis γίγνεσθαι, γιγνώσκειν praecepta cave ne temere amplectaris. v. Buttm. gr. gr. II. p. 96.

κατὰ παντὸς τοῦ αἰῶνος i. q. εἰς ἅπαντα τὸν χρόνον. Rariorem praepositionis κατὰ usum hic deprehendimus: quo pertinent verba κατὰ παντὸς τοῦ χρόνου apud Demosth. in Androt. §. 72. in Timocr. §. 180.: quamquam Reiskius alio detorquet haec verba. Nos H. Wolfii interpretationem unice veram esse putamus. v. Schaefer. appar. ad Demosth. III. p. 550.

§. 8. Οὕτω γάρ ἐςι δεινόν. Οὕτω primum locum obtinet, quo vis ejus augeatur: similiter saepe apud oratores, velut Demosth. in Mid. §. 114. οὕτω τοίνυν οὗτός ἐςιν ἀσεβής. de cor. §. 220. οὕτως ἐπεπείσμην μέγαν εἶναι τὸν — κίνδυνον. Quo fit nonnumquam, ut longius absit adverbium ab eo verbo ad quod pertinet. v. Schaefer. appar. ad Dem. II. p. 234. 297. Krueger. ad Dionys. Hal. Historiograph. p. 253.

ὥςε — τῶν ἁμαρτημάτων. Haud assentior viris doctis qui variis modis hunc locum tentarunt: v. annot. critic. Nam duas res easque longe sejunctas orator his verbis indicat: non *excogitari* posse (ἐνδέχεσθαι εὑρεῖν) accusationem et poenam his delictis dignam, neque *legibus definitam* esse (ὡρίσθαι) poenam dignam pro factis ejus. εὑρεῖν, de cujus vocis significatu conf. Indd. Demosth. ap. nostr. §. 11. 20. 80. recte refertur ad κατηγορίαν et τιμωρίαν: consentaneum autem non est in legibus definitam esse κατηγορίαν. Quamobrem in altero membro τιμωρίαν tantum legimus.

Τί γὰρ χρὴ παθεῖν. Leges enim et judex definiunt ὅτι χρὴ παθεῖν ἢ ἀποτῖσαι conf. Aeschin. in Timarch. §. 15., qui de legislatore τίμημα, inquit, ἐπέθηκεν ὅτι χρὴ παθεῖν ἢ ἀποτῖσαι et Demosth. in Timocr. §. 105. in legis formula: τιμάτω ἡ ἡλιαία ὅτι χρὴ παθεῖν αὐτὸν ἢ ἀποτῖσαι. Παθεῖν Lycurgus dicit, quia de extremo supplicio cogitat: altera enim illius formulae pars ad poenam corpore tolerandam, altera ad mulctam aere luendam spectat. Legibus autem cautum erat apud Athenienses ne unius delicti plures a judicibus poenae reo irrogarentur v. Dem. adv. Leptin. §. 155.: quamquam προστίμησιν nonnumquam commemorant scriptores, de qua vide Meier et Schoem. de Ordin. Judicior. p. 162. 789.

τοῖς πατρῴοις ἱεροῖς i. e. sacris quae a parentibus ad liberos propagabantur atque intra gentium et familiarum fines continebantur. v. Schoem. ad Isae. de Menecl. hered. §. 36.

τὰς τῶν προγόνων θήκας. Θήκη ut σορός, λάρναξ nonnumquam mortuorum receptaculum significat e ligno, marmore, aliis fictum: v. Mueller Archaeologie der Kunst p. 361. sed plerumque latius patet, cameras, cellas, sepulcra desi-

gnans, quibus mortui conduntur, i. e. τάφους, μνήματα, σήματα Demosth. adv. Macartat. §. 62. 63. v. Herodot. II. 67. Schweighaeus. Sepulcra s. monumenta gentilium in agris privatorum erant πατρῷα μμνήματα ὧν ὅσοι πέρ εἰσι τοῦ γένους κοινωνοῦσιν. Dem. adv. Eubulid. §. 28. 70. adv. Callicl. §. 13. 14. Diversa ab his sunt publica sepulcra cf. Demosth. adv. Eubulid. §. 37. τῶν ἐν Σικελίᾳ στρατευσαμένων καὶ τελευτησάντων ἐστί, καὶ τέθαπται ἐν τοῖς δημοσίοις μνήμασιν. v. annot. ad. §. 142. Quanta religione fuerint majorum sepulcra apud Graecos atque barbaros, notum est: cf. Aeschyl. Pers. 401. ed. Schütz.

ἐλευθεροῦτε δὲ
παῖδας, γυναῖκας, θεῶν τε πατρῴων ἕδη,
θήκας τε προγόνων, νῦν ὑπὲρ πάντων ἀγών.

Dem. de symmor. §. 32. γονέας τάφους πατρίδα — προέσθαι. Psephism. Byzant. ap. Dem. de eor. §. 90. ἀποκατέστασε τὰν πάτριον πολιτείαν καὶ τὼς νόμως καὶ τὼς τάφως. Apud Herodot. IV. 127. Scythae Darii nuntio haec respondent: τυγχάνουσι ἡμῖν ἐόντες τάφοι πατρῴοι· φέρετε τούτους ἀνευρόντες συγχέειν πειρᾶσθε αὐτούς· καὶ γνώσεσθε τότε εἴτε ὑμῖν μαχησόμεθα περὶ τῶν τάφων εἴτε καὶ οὐ μαχησόμεθα. v. Spanhemius in Osanni libello: Ueber des Sophocles Ajas. p. 117.

τὸ — μέγιστον καὶ ἔσχατον τῶν τιμημάτων vocabula de poena capitis in foro usitata: sic ἐσχάτην δίκην — λαβεῖν Lys. in Eratosth. §. 37. δίκην τὴν μεγίστην ἐλάβετε Lys. in dardanar. §. 16. in Ergoclem §. 15. 17. τῶν ἐσχάτων τιμήσατε Lys. in Epicrat. §. 16. ὧν ἐνίων μεγάλας καὶ τὰς ἐσχάτας οἱ νόμοι τάττουσι τιμωρίας Dem. de cor. §. 12. Conf. ap. nostr. §. 27. 51. 53. 116. 134. — Τίμημα interdum ut ἐπιτίμιον et τιμωρία generalem poenae significatum capit: quamquam proprie hoc vocabulo illud poenae genus indicatur quod judicum τιμήσει constituitur, imprimis mulcta. Cf. Dem. adv. Lept. §. 155. 156. adv. Aphob. de fals. testim. §. 2. Bremi. Meier et Schoem. de Ord. Jud. p. 175 sq.

§. 9. τὴν ὑπὲρ τῶν τοιούτων τιμωρίαν i. e. ὑπὲρ τῶν τοιούτων ἀδικημάτων. conf. Dem. in Aristocr. §. 54. διὸ τιμωρίαν οὐκ ἔδωκεν ὑπὲρ αὐτοῦ, ubi αὐτοῦ ad caesi personam redit. in Neaeram §. 86. καὶ ἔδωκεν ὁ νόμος τὴν τιμωρίαν ὑπὲρ αὐτῶν τῷ ἐντυχόντι: quod recte Reiskius interpretatus est ὑπὲρ αὐτῶν explicans τῶν γιγνομένων ὑπὸ τῶν τοιούτων γυναικῶν, etsi Schaefer. malit referre ad ἱερὰ. v. Schaef. app. ad Dem. V. p. 575.

διὰ ῥᾳθυμίαν i. q. δι' ἀμέλειαν, ὀλιγωρίαν quae vocabula nonnumquam copulantur: τῆς ὑμετέρας ῥᾳθυμίας καὶ ἀμελείας κεκράτηκεν ὁ Φίλιππος Dem. in Phil. 3. §. 5. cf. μὴ ῥᾳ-

θυμεῖν μηδ' ἀμελεῖν Isocr. ad Nicocl. §. 10. ὀλιγώρως καὶ ῥαθύμως φέρειν. Dem. in Neaer. §. 111.

τῶν τότε νομοθετούντων. Τότε passim ponitur a scriptoribus ubi nulla temporis mentio in praecedentibus inchoata est: cf. §. 62. τὴν Τροίαν ὅτι μεγίζη γεγενημένη τῶν τότε πόλεων, quod plerumque fit, ubi verbo moniti lectores vel auditores temporum rationes non possunt non in animum revocare. — Eandem quam hic Lycurgus profert sententiam in simili causa expresserat Lysias in Philonem §. 27. διὰ τὸ μέγεθος τοῦ ἀδικήματος οὐδεὶς περὶ αὐτοῦ ἐγράφη νόμος. τίς γὰρ ἄν ποτε ῥήτωρ ἐνεθυμήθη ἢ νομοθέτης ἤλπισεν ἁμαρτήσεσθαί τινα τῶν πολιτῶν τοσαύτην ἁμαρτίαν; κτλ. Conditae autem sunt leges, ut Aeschines quidem testatur in Timarch. §. 13. ἐκ — τοῦ πράττεσθαί τινα ὧν οὐ προσῆκεν.

ἀλλὰ διὰ τὸ μὴ — γενήσεσθαι. Pro μὴ — μήτε, quod codices tuentur, Bekkeri conjecturam μήτ' in textum susceperunt Baiterus et Sauppius: Baiterus μὴ — μήτε dici non posse contendens, contrarios Herodoti et Lysiae locos correxit. Herod. 8, 86. τῶν βαρβάρων οὐ τεταγμένων ἔτι, οὔτε σὺν νόῳ ποιεόντων οὐδέν. Lys. pro Mantith. §. 3. οὐχ' ἵππευον οὔτ' ἐπεδήμουν. Nulla, ut mihi quidem videtur, idonea causa: nam quum sanae rationi formulae: nicht — noch, οὐ — οὔτε, μὴ — μήτε pro: weder — noch, οὔτε — οὔτε, μήτε — μήτε contrariae non sint, ad usum et consuetudinem scriptorum omnia revocentur necesse est. Scriptorum locos, in quibus hic usus deprehenditur, attulit post Hermann. annott. ad Med. Elmslej. p. 333 ed. Lips. Hartung. in libro de gr. linguae particulis I. p. 199 sq. quibus adde Pindar. Pyth. 5, 50. πόνων δ' οὔ τις ἀπόκλαρός ἐστιν οὔτ' ἔσεται. Aristid. or. in Jov. p. 2. οὐκ ἐκινδύνευσε οὔτε μή ποτε κινδυνεύσει. ib. p. 6. οὐκ ἐκώλυσε οὔτε μὴ κωλύσει. — Quae sequitur forma τοιοῦτον, ea semper usus est Lycurgus in similibus vocabulis: τοιοῦτον exstat etiam §. 52. 71. 117. τοσοῦτον §. 12. 30. 38. 132. 148. τηλικοῦτον §. 8. quamquam dubitari nequit quin Attici omnes omnino alteram quoque neutrius gneneris formam in ο desinentem adhibuerint, quam Bekkerus merito multis oratorum locis restituit. v. Bremi. annot. crit. ad Dem. adv. Aphob. de f. test. §. 17. ad Lys. adv. Simon. §. 1. Jacobitz ad Lucian. Toxar. p. 112. Cf. Buttm. gr. gr. II. p. 414. — Porro γενήσεσθαι edidi pro vitiosa scriptura γεγενῆσθαι: reponendum autem esse aut γίγνεσθαι, aut γενέσθαι aut γενήσεσθαι patet, quum voci ἐπίδοξος et infinitiv. praes. (v. Antiph. Tetralog. 1, α. §. 5. δ. §. 9.) et infinit. aor. (v. Lobeck. ad Phryn. p. 133. Valcken. ad Herod. 4, 11. Osann ad h. l.) et infinit. fut. (v. eosdem vv. dd., adde Isocr. Areopag. §. 47. Lochit. §. 12.

ist. 4, §. 6.) recte adjiciatur: nam ut cum Schaubio et Bai-
ro verbum delendum atque cogitatione e praecedentibus
pplendum esse statuerem, quum hujus omissionis post v.
ίδοξος exempla non exstarent, ab animo non potui impe-
ıre. Futurum cum Valckenario reposui, quia Isocrates hanc
ructuram amat (semel hic orator aoristum posuit Archi-
m. §. 8. v. Bremi ad l. l.), quem magistrum nonnumquam
itatus est Lycurgus. Nam γεγενῆσθαι et γενέσθαι saepis-
ne confusa esse equidem non negaverim: velut Dem. de
r. §. 245. Isocrat. adv. Callim. §. 32. v. var. lect.

ὡς — ἀξίαν. Haec tamquam spuria cum Tayloro eji-
enda esse duxi: e §. 8. huc videntur irrepsisse. Nec ta-
en desunt qui illa spuria, haec pro genuinis habeant. Qui-
is quo minus assentiar multa sunt impedimento: etenim si
nuina essent haec verba, sententia inde a §. 8. sic esset
nstituenda: Leges in tot tantorumque criminum reos di-
ıam haud constituisse poenam: namque tam atrocibus cri-
inibus neminem neque ante legislatorum tempora exstitisse
noxium, neque metuendum fuisse ne homo adeo nefarius
nquam esset exstiturus: nullam igitur neque accusationem
que poenam his delictis dignam (in legibus) inveniri. Quae
nclusio satis lepida esset: quia non est in legibus, non pot-
t reperiri in legibus. Sin εὑρεῖν mavis intelligere de men-
i acie: „excogitari posse," quidni legibus tacentibus poena
ssit excogitari? equidem non video. Huc accedit ut par-
ula ὡς contra leges grammatices posita sit: jure enim
iterus contra Hermannum ad Sophocl. Antig. 292. videtur
ntendere, nusquam apud veteres Graecos confundi ὡς et
ς: quae confusio sequioris demum Graecitatis propria est.
namquam hanc ipsam conjunctionem argumento esse dicit
lumius, haec non profecta esse ab interpolatoris manu,
ippe quae ὥςε scriptura fuisset. v. Blum. commentar. p. 63.
quidem quo fato huc translata sint ista verba nescio: in-
ta esse certissimum est.

Διὸ καὶ μάλιςα. De καὶ particula comparativis et su-
erlativis addita v. Hartung. de linguae gr. particc. I. p. 134.
- Sententiam satis tritam hoc loco profert Lycurgus: v.
ys. in Alcib. I. §. 4. εἰκὸς τοίνυν ἐςὶν - πρῶτον περὶ τούτων
νὶ δικάζοντας μὴ μόνον δικαςὰς ἀλλὰ καὶ νομοθέτας αὐτοὺς
νέσθαι, εὖ εἰδότας ὅτι ὅπως ἂν ὑμεῖς νυνὶ περὶ αὐτῶν γνῶτε
ὕτω καὶ τὸν ἄλλον χρόνον ἡ πόλις αὐτοῖς χρήσεται. Dem. de
ls. leg. §. 232. ὥςε οὐ μόνον κρίνετε τούτους τήμερον, οὔ,
λλὰ καὶ νόμον τίθεσθε εἰς ἅπαντα τὸν μετὰ ταῦτα χρόνον. id.
dv. Dionysodor. §. 48. νυνὶ δίκην δικάζοντες νομοθετεῖτε.
ys. fragment. 55. τὴν αὐτὴν γνώμην ἔχειν δικάζοντες ἄξιον ἥν-
ερ νομοθετοῦντας.

μὴ μόνον — ἀλλὰ καί. De hac formula sic fere statuunt, ut *οὐ (μὴ) μόνον-ἀλλὰ καὶ* usurpari contendant, ubi diversa diversis addantur, *καὶ* omitti, ubi gradatio sit. v. Hermann. ad Viger. p. 837. Bremi excurs. IX. ad Isocr. part. I. De omissa *καὶ* particula infra ad §. 106. disputatum est: nunc alteram formulam explicare animus est. Triplex enim vis inest additae *καὶ*: nam et copulativa est ut in Latinorum formula: „sed-quoque", ubi diversa diversis adduntur, quae res in vulgus nota est: et intendendi vim habet, quae tum conspicitur, quum minoribus majora, parti totum addunt: quo pertinet apud nostr. §. 104. *οὐ μόνον ὑπὲρ τῆς αὐτῶν πατρίδος ἀλλὰ καὶ πάσης Ἑλλάδος — ἤθελον ἀποθνήσκειν* Dem. de fals. leg. §. 273. *οὐ καθ' ἕν τι μόνον — ἀλλὰ καὶ κατὰ πάντα* cf. Isocr. de pace §. 136. Phil. §. 23. Areopag. §. 84.: denique ut Latinorum „vel" adjicitur, ubi gravioribus ea adduntur quae minoris momenti sunt, ut apud nostrum §. 39. *οὐ μόνον πολίτης ἀλλὰ καὶ ξένος*, non modo civis sed vel hospes, sondern selbst ein Fremder.

Ὅσα — παρανομοῦντας. Ad sententiam confer Aeschinea in Ctesiph. §. 199. *οὐ γὰρ ἀόριςόν ἐςι τὸ δίκαιον, ἀλλ' ὡρισμένον τοῖς νόμοις τοῖς ὑμετέροις· ὥσπερ γὰρ ἐν τεκτονικῇ, ὅταν εἰδέναι βουλώμεθα τὸ ὀρθὸν καὶ τὸ μή, τὸν κανόνα προσφέρομεν ᾧ διαγινώσκεται, οὕτω καὶ ἐν ταῖς γραφαῖς ταῖς τῶν παρανόμων παράκειται κανὼν τοῦ δικαίου τουτὶ τὸ σανίδιον καὶ τὸ ψήφισμα καὶ οἱ παραγεγραμμένοι νόμοι.* — Pronomen relativum h. l. ita positum est, ut in protasi pro *εἴ τι* dictum esse videatur: sed cave ne *ὅςις* pro *εἴ τις* dici posse credas. Absolute similia enuntiata accipianda sunt: „quod attinet ad ea delicta, quae —": nam quae in Euripidis fragmento leguntur §. 100. v. 1. non ejusdem generis sunt cf. Bernhardy. Syntax p. 291. etsi Blumius ad eandem regulam illud quoque genus recovat. — Liberius autem ingreditur oratio, annexis ad enuntiationem quae sequitur relativam aliis membris licenter errantibus: quod genus non abhorret a communi Graecorum usu. v. Krueger ad h. l. et ad Xenoph. Anab. 1, 1, 2. conf. Demosth. de symmor. §. 15. *ὁρᾶτε γὰρ-ὅτι, ὅσα μὲν πώποθ' ἅπαντες ὑμεῖς ἠβουλήθητε καὶ μετὰ ταῦτα τὸ πράττειν αὐτὸς ἕκαςος ἑαυτῷ προσήκειν ἡγήσατο, οὐδὲν πώποθ' ὑμᾶς ἐξέφυγεν, ὅσα δ' ἠβουλήθητε μέν, μετὰ ταῦτα δ' ἀπεβλέψατε πρὸς ἀλλήλους-οὐδὲν πώποτε ὑμῖν ἐγένετο.* — *τούτῳ κανόνι χρωμένους.* Similiter infra §. 79. *ταύτην πίςιν δίδωσιν* et §. 80. *ταύτην πίςιν ἔδοσαν* Plato Phileb. p. 16. D. *ταύτην φήμην παρέδοσαν.* Ceterum addi poterat articulus sed sensu non plane eodem: *τούτῳ τῷ κανόνι* esset: „hac regula utentes" *τούτῳ κανόνι* „hac (lege) tamquam regula utentes". Plura dabunt

.efer. in appar. ad Demosth. V. p. 289. Bernhardy. in ax. p. 280. et 319. Verba ὅσα δὲ — ἔνοχός ἐςιν vehe- ter exercuerunt interpretes atque criticos qui de corri- .o hoc loco cogitarunt. At bene omnia habent: quam- n negari nequit Lycurgum ad rem potius animo obver- em quam ad verba attendisse. Omnis autem difficultas tur vocabuli τούτων sensu probe perspecto. Etenim ora- haud respiciens negativam particulam quae verbis ὅσα — ;αγορεύσας inest, delictorum tantum quae lex uno com- enderet nomine notionem servavit, ut τούτων nihil aliud quam τῶν ἑνὶ ὀνόματι προσαγορευθέντων: id quod Pinzge- vidit. Hoc dicit orator: sin lex delicta quaedam (intel- ea quae quamvis sint diversi generis, tamen in uno ma- io simul possunt inesse) non uno comprehendat nomine, ›ra autem et atrociora quis commiserit iis quae leges uno bulo designant, atque omnibus sit criminibus obnoxius, :um sententiam, legum hiatum explentem, exempli et nor- instar ad posteros debere transmitti. Confer. Schoem. :omitt. p. 184. Jam de singulis videamus: ac primum em περιλαμβάνειν eodem quo h. l. sensu occurrit ap. Iso- . ad Nicocl. §. 9. ἐὰν γὰρ ἐν κεφαλαίοις τὴν δύναμιν ὅλου πράγματος καλῶς περιλάβωμεν. de permut. §. 217. ἢν γὰρ :α καλῶς περιλάβωμεν. Aeschin. in Ctesiph. §. 14. τὰς χει- ›ητάς, φησιν, ἀρχὰς ἁπάσας ἑνὶ περιλαβὼν ὀνόματι ὁ νο- ἑτης, καὶ προσειπὼν ἀρχὰς ἁπάσας εἶναι. Dein σφόδρα cur potuerit copulari cum verbo περιλαμβάνειν equidem non o: temere enim de inserendo post σφόδρα vocabulo (v. κριβῶς v. annot. crit.) cogitarunt viri docti. conf. §. 18. ›ρα ταῦτ' ἐπίςευσαν §. 82. σφόδρα ἐνέμειναν ἐν τούτῳ. §. 88. ›ρα ἐσπούδαζον coll. §. 107. Etiam ἑνὶ quod Taylorus ıse jusserat, necessarium esse per se patet. Denique ὡς cujus vocabuli loco Heinrichius ὁμοίοις (i. e. omnibus ilibus legibus? delictis?) reposuit, in eorum adverbiorum ıero est quae vocabulo πᾶς adjiciuntur ad vim ejus inten- lam: ut nos dicimus alle zusammen, zumal, mit einan- alia. Quod genus sunt apud Graecos: ὁμοίως, ἑξῆς, ἐφε- κοινῇ, ὁμοῦ, ἅμα. Satis habeo ad hoc laudare Dem. in . II. §. 6. in Mid. §. 15. de cor. §. 65. or. funebr. §. 23. in Androtion. §. 61. — adv. Aphob. II. §. 10. de fals. §. 273. Prooem. §. 38. — or. funebr. §. 27. — in Mid. 27. — Prooem. §. 12. extr. v. Krueger. commentt. post nys. Hal. Historiogr. p. 259. Bremi ad Dem. Phil. II. §. Schaef. in appar. ad Dem. V. p. 619. Obiter hic licebit ıere ap. Xenoph. de rep. Athen. 1, 6. recte dici: ὡς ἐχρῆν ›ὺς μὴ ἐᾶν λέγειν πάντας ἑξῆς μηδὲ βουλεύειν, ἀλλὰ τοὺς δε-

ξιωτάτους καὶ ἄνδρας ἀρίςους: ubi Schoemann. de comitt. p. 103. n. 2. pro ἑξῆς proposuit ἐξ ἴσου, quod haud necessarium est, quia utrumque eodem redit.

§. 10. *Εὖ δ' ἴςε κτλ.* Poenam sceleratis hominibus irrogatam ad alios deterreudos ab iisdem criminibus valere consentaneum est: itaque jam apud Graecos opinio invaluit etiam ἀποτροπῆς ἕνεκα poena afficiendos esse scelestos. Quod Wachsmuthii causa moneo, qui apud Platonem atque Lysiam hujus opinionis vestigia sese deprehendisse profert Hellen. Alterthumskunde II. 1, p. 183. Nihil autem frequentius est in oratorum reliquiis ejusmodi sententiis qualis est haec Lycurgea. conf. ap. nostr. §. 67. et frgm. Lycurgi ap. Rutil. Lupum 2. §. 18. Isocrat. in Lochit. §. 18. Demosth. de fals. leg. §. 285. in Midiam §. 37. Aeschin. in Ctesiph. §. 144. 246. Dinarch. in Demosth. §. 27. 106. in Aristogit. §. 22.

κατεψηφισμένοι. Nulla idonea causa Morus proposuit κατεψηφισμένον: quotus enim quisque hodie invenitur qui nesciat, perfectum κατεψηφίσθαι significatum mediae formae καταψηφίζεσθαι saepissime adsciscere? quamquam passivae quoque formae significatum capit, velut ap. nostr. §. 54.

ἐπ' ἀρετὴν προτρέψετε conf. de hac loquutione, quae Isocrati imprimis est familiaris Spohn. ed. Isocr. Panegyric. p. 56. n. g.

πρὸς — ἀποβλέποντες. Lycurgus verbo ἀποβλέπειν „respicere" semper jungit praepositionem πρὸς, ubi εἰς quoque locum habet. V. Indd. Demosth. v. ἀποβλέπειν. — Ad sententiam confer. Demosth. adv. Leptin. §. 154. et quod de Solone traditur apud Stobaeum Serm. XLI. p. 247, 24. Σόλων ἐκείνην εἶπεν ἄριςα τὴν πόλιν οἰκεῖσθαι, ἐν ᾗ τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας συμβαίνει τιμᾶσθαι καὶ τὸ ἐναντίον, ἐν ᾗ τοὺς κακοὺς ἀμύνεσθαι.

περὶ πλείονος ποιήσασθαι. Nihil frequentius loquutione περὶ πλείονος ποιεῖσθαι: rarior, quae idem valet dictio περὶ πλείονος ἡγεῖσθαι. Isocr. de pace §. 135. Aeginet. §. 10.: mira, quae obvia est apud Dinarch. in Philocl. §. 10. περὶ πλείονος — αἱρεῖται, ubi ἡγεῖται reponendum esse videtur.

§. 11. *ἔξω τοῦ πράγματος λέγων.* Eodem modo ἔξω τοῦ πράγματος λέγειν. Lys. adv. Simon. §. 46. λέγειν ἔξω τῆς γραφῆς Isocr. de permutat. §. 104. τὰς πράξεις τὰς ἔξω λεγομένας τῶν ὑποθέσεων. conf. exempla a Schaefero congesta e Demosth. oratt. in appar. ad Dem. V. p. 448. Opponuntur οἱ τοῦ πράγματος λόγοι Aesch. in Ctesiph. §. 206. εἰς τὸ πρᾶγμα λέγειν, πρὸς τὸ πρᾶγμα. v. ap. Schaef. l. l. Quid sit ἔξω τοῦ πρ. λέγειν, satis declarat Lycurgus in sequentibus: adi etiam Schoemann. in libro de Ord. Judic. p. 718 sq.

τῶν εἰς ὑμᾶς εἰσιόντων „eorum, qui coram vobis s. judicio se sistunt": loquutiones *εἰς ὑμᾶς εἰσιέναι, εἰσέρχεσθαι* et *εἰς ὑμᾶς ἔρχεσθαι* in hac re usitatae sunt. v. Bastii not. ad Gregor. Cor. ed. Schaefer. p. 46. coll. Orell. ad Isocr. de permutat. p. 208 sq. Addunt etiam accusativum causae: conf. Dem. adv. Aphob. II. §. 17. *τὰς δίκας ταύτας ἔμελλον εἰσιέναι* et infra *βουλόμενος εἰς ὑμᾶς εἰσελθεῖν τὰς πρὸς τουτουσί δίκας.* Aeschin. in Ctesiph. §. 191. *εἴ τις εἰσίοι γραφὴν παρανόμων εἰς τὸ δικαστήριον* Dem. de cor. §. 103. *τὸν ἀγῶνα τοῦτον εἰς ὑμᾶς εἰσῆλθον* ib. §. 105. *εἰσῆλθον τὴν γραφήν.* v. Bremi ad Aesch. in Ctes. §. 191. ed. Goth. Ceterum verba *εἰσιέναι εἰσέρχεσθαι* in foro Attico de reo et de accusatore, de causa denique atque de judice usurpantur V. Meier et Schoemann de Ord. Judic. p. 30. 706. not. 7. Ad causam atque litigantes verbum *εἰσάγεσθαι* quoque pertinet, quo sensu apud Antiphontem Tetralag. A. *γ.* §. 6. dictum est *παράγεσθαι: μὴ παραχθῆναι δὲ τὴν γραφήν* (conf. eundem 4. *α.* §. 5. ubi accusator dicitur *εἰς ὑμᾶς παράγειν τὸν ἀσεβήσαντα*)

πάντων ἀτοπώτατον ποιοῦσιν cf. 56. *ὃ καὶ πάντων γένοιτ' ἂν ἀτοπώτατον* §. 82. *ὃ καὶ πάντων ἂν εἴη δεινότατον.* et in Tyrtaei frgm. §. 104. vf. *πάντων ἐς' ἀνιηρότατον.* Articulum in talibus ne desideres: etenim quum superlativi potestas proxime accedat ad comparativi vim atque indolem (v. Bernhardy. Synt. p. 434. coll. p. 438.), genitivi qui pendet ex utroque comparationis gradu eadem est ratio atque natura. Itaque ubi substantivi instar est in his formulis adjectivum (neutr. gen.) vel pronomen *τὶ* cogitatione potest referri ad hanc orationis partem, velut ap. nostr. *πάντων ἀτοπώτατον ποιοῦσεν* i. q. *πάντων ἀτοπώτερόν τι ποιοῦσιν*: ubi substantivo adjicitur adjectivum aut praedicati locum obtinet, illi supplemento locus non est. Cf. Isae. de Philoct. her. §. 35. *πάντων δεινότατον πρᾶγμα κατεσκεύασαν*: idem fere valet quod *πάντων δεινότερον κτλ.* ap. nostr. §. 56. *ὃ καὶ πάντων γένοιτ' ἂν ἀτοπώτατον* i. q. *ἀτοπώτερον.* Huc pertinent etiam exempla qualia sunt ap. nostr. §. 27. *πάντων ἄρα ἀνθρώπων ῥᾳθυμότατοι ἔσεσθε* et §. 54.

καὶ διαβάλλουσι πάντα μᾶλλον ἢ κτλ. De re confer, si tanti est, Isocrat. de permut. §. 5. de Bigis §. 2. Ad verba compares Dem. in Mid. §. 40. *πάντα μᾶλλον ἢ ταῦτα λεκτέον* „alles eher, alles lieber" de fals. leg. §. 335. *ἂν τοίνυν ταῦτα μὲν φεύγῃ πλανᾷ δὲ καὶ πάντα μᾶλλον λέγῃ.* Ceterum vv. *πάντα μᾶλλον* quae subjecta sunt verbo *διαβάλλουσι* ad praecedens quoque (*κατηγοροῦσι*) cogitatione sunt referenda.

βουλέυεσθε. Blumius, servata vulgata *βούλεσθε* cum Reiskio mente supplet *γνώμην ἀποφήνασθαί τινα*: quae etsi

grammatices legibus non regupnant tamen ingeniosam Taylori conjecturam unice veram esse persuasum habeo: optime enim sic et ad judicis munus respicitur et rei causam suam defendentis ratio habetur. Ceterum confer Isocratem adv. Callim. §. 40. *ἀξιοῦτε αὐτὸν μὴ ἐκείνων κατηγορεῖν ὑπὲρ ὧν μηδεὶς ἀπολογήσεται, ἀλλ' ὡς ἐγὼ τὰ χρήματα εἴληφα διδάσκειν, περὶ οὗπερ ὑμᾶς δεῖ ψηφίζεσθαι.* — *γνώμην ἀποφήνασθαι*, non *τὴν γνώμην ἀποφήνασθαι* dicunt, quod est in codd. ZB°: qua in re usus dominatur: nihil enim obstat quominus *τὴν γνώμην. ἀποφ.* (ut *τὴν ψῆφον τίθεσθαι*) dicatur. Exempla hujus loquutionis v. apud Sluiter. Lectt. Andocc. p. 119. ed. Schiller. Vitium quod inest Sluiteri libro: *τὴν γνώμην ἀποφαίνεται* (Dem. de cor. §. 189.) e Reiskii Indicibus fluxisse videtur. (p. 78. ed. Schaef.) — Similiter *γνώμην τίθεσθαι* usurpant. Aristoph. Eccles. 658. de qua dictione conf. Buttmann. in annot. ad Sophocl. Philoctet. v. 1448.

§. 12. *ἀξιοῦν.* Subtiliter de hujus verbi quo nihil frequentius est in oratorum reliquiis notione exposuit Buttmannus in ind. orat. in Midiam: frequentissima autem est hujus verbi cum infinitivo constructio, velut ap. nostr. §. 20. 25. 28. 35. et passim, rarius adjiciuntur conjunctiones *ἵνα*, Dem. de cor. §. 155. *ὅπως ἄν* Dem. in Mid. §. 121. extr. Confer. Schaef. Melet. crit. p. 121. appar. ad. Dem. II. p. 222. III. p. 416.

τὸ ἐν Ἀρείῳ πάγῳ συνέδριον. Idem hoc sanctissimum Areopagitarum collegium appellatur *ἡ ἐν Ἀρείῳ πάγῳ βουλή* Dem. in Neaer. §. 80. 81. aut omisso substantivo *ἡ ἐν Ἀρείῳ πάγῳ*, ut in lege excitata a Demosthene in Aristocrat. §. 22. et *ἡ (τὸ) ἐξ Ἀρείου πάγου βουλὴ (συνέδριον)* Dinarch. in Dem. §. 1. 3. 11. Aeschin. in Timarch. §. 82. 84. Dem. de cor. §. 133. de quo confer. Meier et Schoemann de Ord. Judic. p. 9 sq. Heffter Ath. Ger. p. 33 sq. Wachsmuth. Hell. Alterth. I. 1, p. 246. 264. Hermann gr. Staatsalterth. §. 109. Loquitur autem hic de Areopago tamquam judicio, non de eodem collegio tamquam senatu. Quamquam nomen *συνέδριον*, quo imprimis Dinarchus utitur ad designandum Areopagum, in genere de quovis magistratuum collegio solet adhiberi. M. et Sch. de Ord. Jud. p. 130. n.

δικαστηρίων. Hoc vocabulum tum judicum collegium tum judicii locum significat: ubi ad Areopagitas et ad Quingentos viros refertur judicum munere utrique fungantur necesse est. v. Thomas Mag. v. M. et Schoem. de Ord. Judic. p. 205. n.

τοῖς ἁλισκομένοις. Verba *ἁλίσκεσθαι, αἱρεῖσθαι, λαμβάνεσθαι, ἡττᾶσθαι* in foro Attico usitata sunt de iis qui

convincuntur in peccato vel scelere. Conf. §. 114. J. Polluc. VIII. 73.—Quousque processerint Graeci in praesentis temporis usu grammaticorum studiis in hac re positis nondum est ad liquidum perductum: quamquam certum est nonnumquam codicum consensu firmari praesens tempus ubi nonnullis vix ferendum esse videatur. Quod cadit maxime in participium: cf. Thucyd. I, 23. *εἰσὶ δὲ (πόλεις) αἳ καὶ οἰκήτορας μετέβαλον ἁλισκόμεναι.* Herodot. 5, 124. *ἁλισκομενέων δὲ τῶν πολίων* — quae Krueger. ad h. l. conferri jussit. Isocr. de permut. §. 169. *χρόνων ἐγγιγνομένων εἰσέπεσον κτλ.* et articulo addito: Dem. de cor. §. 223. *τὸν ταῦτα γράφοντα.* adv. Aphob. de fals. test. §. 17. *τὸν γράφοντα τὰς μαρτυρίας.* §. 21. *τὸν γράφοντα τὴν μαρτυρίαν.* passim ap. nostr. *ὁ φεύγων.* §. 30. *τῶν λεγομένωντι.* §. 53. *τὸ γινόμενον* Aesch. in Ctesiph. §. 107. *ἀγανακτήσαντες ἐπὶ τοῖς γινομένοις.* ap. nostr. §. 150. *τῶν κατηγορουμένων* ubi vide annot. nostr. Isae. de Nicostr. hered. §. 21. *τῶν – ἀποθνησκόντων* Dem. adv. Macart. §. 57. *τοὺς δ' ἀπογιγνομένους.* Quamquam non eadem omnium horum est ratio. Adi Bernhardy. Synt. p. 370. Bremi. ad Dem. adv. Aphob. de fals. test. §. 17. Schoemann ad Isae. p. 279.

§. 13. *πρὸς ὃ κτλ.* Verborum ordinem cum Blumio sic instituas: *πρὸς ὃ ἀποβλέποντας δεῖ καὶ ὑμᾶς μὴ ἐπιτρέπειν* i. e. ut Areopagitarum collegium ita vos quoque —.

οὕτω γὰρ ἔσται. Non eadem ratione e verbo *ἔςαι* pendent omnia quae sequuntur: ut duplex sit ejusdem verbi significatus. Ad infinitivos enim *ἔσται* ita refertur ut verbi *ἐξέςαι* ei notio attribuatur necesse sit: ad quod zeugmatis genus confer Lys. de caede Eratosth. §. 21. *ἐγὼ γὰρ οὐδὲν δέομαι λόγων, ἀλλὰ τὸ ἔργον φανερὸν γενέσθαι, εἴπερ οὕτως ἔχει.* v. Bremi. in excurs. III. ad Lys. orationes. p. 437.

εὐορκοτάτην τὴν ψῆφον ἐνεγκεῖν conf. infr. *δικαίαν θέσθαι τὴν ψῆφον* Dem. in Mid. §. 24. *δικαίαν καὶ εὔορκον θέσθαι τὴν ψῆφον* adv. Aphob. de fals. test. §. 4. *τοσούτῳ δικαιοτέραν καὶ εὐορκοτέραν θήσεσθε τὴν ψῆφον.* Articulo carere nequit haec loquutio. cf. annot. ad §. 7. Vocabulum *εὐορκοτάτην* respicit jusjurandum quo sese obstringebant judices. Dem. in Aristocr. §. 101. *ὀμωμοκότες κατὰ τοὺς νόμους δικάσειν — εἴπερ τὸ εὐορκεῖν περὶ πλείςου πᾶσίν ἐςι ποιητέον.* v. Hermann. gr. Staatsalterth. §. 131. Wachsmuth. Hell. Alterthumsk. I. 1, p. 260.

Ἀδύνατον γὰρ κτλ. Hunc locum variis modis viri docti tentarunt: nam neque recisis verbis *ἀδύνατον — ψῆφον* hiare videbatur oratio, neque ea, quam referebant exemplaria, scriptura *ἄνευ τοῦ λόγου* aptum praebebat sensum. v. annot. crit. Mihi quidem expendenti loci naturam in uno vocabulo

ἄνευ, quod scribae ad verba praegressa oculis aberranti poterat excidere, vitium latere visum est: quamobrem in loco conclamato non dubitavi reponere praepositionem ἀπὸ pro ἄνευ: qua recepta jam omnia plana esse contenderim. ἀπὸ τοῦ λόγου θέσθαι τὴν ψῆφον dictum est ut Dem. de fals. leg. §. 216. ἀφ' ὧν ἴςε αὐτοὶ τὰ πράγματα κρῖναι: i. q. ἀφορμῇ χρωμένους τῷ λόγῳ, ut ab oratione proficiscatur judicum sententia atque ea nitatur: quam praepositionis ἀπὸ notionem illustravit Bernhardy. Synt. p. 224 sq. — Pinzger vulgatam servans, germanice verba sic reddidit: ohne eine solche Rede, quod in annot. ad h. l. explicat: ohne eine Rede, die das zur Sache Gehörige enthält. Cujus ratio etsi non magnopere est laudanda, a Blumio suscepta est. Hic enim vir doctissimus λόγον dicit esse naturam rationesve causae earumque expositionem, adhibito Demosthenis loco in Leochar. §. 31. ὁ — τοῦ πράγματος λόγος — οὕτως ἔχει. et Plat. Phaedr. §. 245. E. ψυχῆς οὐσίαν τε καὶ λόγον. At quid sit ὁ τοῦ πράγματος λόγος v. in annot. ad §. 11. (die Darstellung der Sache): nec philosophi λόγος huc pertinet. Non attendisse videtur Blumius ad genitivum nomini λόγος in his exemplis adjectum. Eam autem, quam Baiterus et Sauppius admiserunt, conjecturam ἄνευ τοῦ ἀλόγου „ne commemorem absurdum esse" totius loci ratio videtur refellere: nam ἄνευ illud, (ut χωρὶς et similia), quod non excludit sed una complectitur, ibi tantum locum habet, ubi diversa adjiciuntur diversis. conf. Plat. Apolog. Socr. p. 35. B. χωρὶς δὲ τῆς δόξης οὐδὲ δίκαιόν μοι δοκεῖ εἶναι. Dem. de cor. §. 89. ὁ γὰρ τότε ἑνςὰς πόλεμος ἄνευ τοῦ καλὴν δόξαν ἐνεγκεῖν — διήγαγεν ὑμᾶς κτλ. Stallb. ad Platon. l. l. At qui ἀδύνατον esse aliquid contendit non potest sejungere ab eo τὸ ἄλογον: ἄλογα γάρ ἐςι τὰ ἀδύνατα. — Ceterum articulum participio nemo cum Reiskio adjiciet: adi Matth. gr. gr. §. 271. n. p. 556 sq. Bernhardy. Synt. p. 317. conjecturam viri optime de oratoribus Atticis meriti τοὺς ἐκ τοῦ λόγου μὴ δικαίως δεδιδαγμένους jure recentiores editores videntur respuisse.

§. 14. ὁ ἀγὼν περὶ τούτου καὶ τῶν ἄλλων ἰδιωτῶν. Περὶ apud recentiores Atticos in similibus circumloquutionibus adhibetur. Conf. Isac. de Cleonym. her. §. 36. τὸ περὶ ἡμῶν δίκαιον. de Hagn. her. §. 17. τὸ περὶ αὐτῆς γένος. v. Bernhardy. Synt. p. 262. Brachylogiae genus quod hic deprehendimus (pro καὶ ὁ περὶ τῶν ἄλλων ἰδ.) minime durum est. De praepositione post particulas καὶ, ἢ et alias non iterata vide annot. ad §. 104.

ἐν ὑμῖν αὐτοῖς. Opponuntur Atheniensibus universi Graeci, παρὰ πᾶσι τοῖς Ἕλλησιν: nec tamen αὐτοῖς pro μόνοις

dictum est. Ὑμεῖς αὐτοὶ semper est „vos ipsi:" etsi nonnumquam commutari possunt haec verba cum ὑμεῖς μόνοι. Conf. Dem. adv. Leptin. §. 69. τοῦτο τὸ γράμμα - ἐκείνῳ μὲν φιλοτιμία πρὸς ὑμᾶς αὐτούς, ὑμῖν δὲ πρὸς πάντας τοὺς Ἕλληνας: ubi „vos solos" (id quod Wolfio placuit) minime locum habet. Confer Schaef. appar. in Dem. III. p. 162.

ἢ καλῶς ἢ καὶ φαύλως. Particulam καὶ in similibus enuntiatis adjiciunt iterato ἢ vel εἴτε, quum hoc indicant, nihil referre utrum hoc an illud statuas. Praeivit Homerus Il. 1, 394. εἴποτε δή τι

ἢ ἔπει ὤνησας κραδίην Διὸς ἠὲ καὶ ἔργῳ.

Dem. in Leptin. §. 123. ἢ ξένος ἢ καί τις πολίτης. Isocr. Phil. §. 7. εἰ μὲν οὖν ἀφρόνως ἢ καὶ νουνεχόντως ταῦτ' ἐδόξαζον. Dem. de Rhodior. libert. §. 11. εἴτ' ὀρθῶς ἐγὼ λογίζομαι ταῦτ' εἴτε καὶ μὴ. de cor. §. 57. εἴτε ἀληθῆ - γέγραφε, εἴτε καὶ ψευδῆ. ib. §. 58. εἴτε ἄξιός εἰμι τοῦ —, εἴτε καὶ μή.

παρὰ πᾶσι τοῖς Ἕλλησιν ἔσται λόγος. Λόγος est id de quo loquuntur homines, ein Gerede: cave ne cum Blumio subaudias ante παρὰ κτλ. verba περὶ τούτου, quamquam interdum eam constructionem reperimus apud oratores. Dem. de fals. leg. §. 229. τίς ἔςαι λόγος περὶ ὑμῶν εἰ τοῦτον ἀφήσετε; Pinzger. p. 179. et Schaefer. in appar. ad Dem. III. p. 145. a nomine λόγος notionem rei de qua loquimur prorsus abjudicant: finibus hi quidem angustioribus circumscribentes substantivi notionem. Quorum rationem equidem non probo: vereor enim ne idioma ex finibus linguae graecae conati sint exterminare, quod ingenium Graecorum magnopere deceat. Rectius de similibus statuisse videtur Bernhardy. Synt. p. 56.

Ἐπιφανής τε γάρ κτλ. Codicum scripturam τε γάρ praetulimus alteri γάρ: trajecta enim particula ad καὶ τὴν ἀπαγγελίαν referenda est: cujus trajectionis ubique exempla obvia sunt. Commode Sauppius ipsius Lycurgi verba conferri jussit, quae leguntur §. 56. εἰ μὴ κατεγνώκει τε αὐτοῦ προδεδωκέναι τὴν πατρίδα καὶ μεγάλα πάντας ἠδικηκέναι. v. Schoemann. ad Isae. p. 325 sq. et Hartungium in libro de graecae linguae particulis I. p. 116—119. Alii τε γὰρ „namque" esse volunt: quem significatum usquam his particulis inesse cum Sauppio et Hartungio equidem negaverim. Quamquam summos viros atque in hoc litterarum genere habitantes in ea opinione esse haud nescius sum. v. Schaefer. ad Dionys. de C. V. p. 408. Soph. 2. p. 341. in appar. ad Dem. II. p. 579. V. p. 555. Plut. 4. p. 423. Matth. gr. gr. p. 1279. et quos citat. In exemplis enim quae ad hunc usum probandum in medium afferuntur, aut verba trajecta, aut anacoluthia

quadam hoc ipsum, cui respondet particula τε omissum, aut mutata verborum structura obscuratum esse crediderim. Ceterum ipse Hartungius perperam Lycurgi locum accepit: negligentia enim oratoris factum esse contendit ut post enuntiationes relativas ἣν ἐποιήσατο — οἳ πᾶσαν — οἳ ἴσασι —, alterum membrum, ad quod prius illud ἐπιφανής τε γάρ ἐς referendum esset, omitteretur. v. p. 115. — Ad sententiam cf. Aesch. in Timarch. §. 186. τίνα δ' ἔχων ἕκαστος ὑμῶν γνώμην ἐπάνεισιν οἴκαδε ἐκ τοῦ δικαστηρίου; οὔτε γὰρ ὁ κρινόμενος ἀφανὴς ἀλλὰ γνώριμος —.

ἀπαγγελίαν. Amplexus sum Taylori correctionem: nam vocabulum ἐπαγγελίαν ab hoc loco alienum est. Utrumque non raro confusum est in codicibus, velut ap. Demosth. de fals. leg. §. 26. 31. 53. et pass. v. Schaefer. appar. ad Dem. II. p. 442. Aeschini quoque in orat. de fals. leg. §. 133. restituendum esse videtur verb. ἀπαγγέλλουσι pro ἐπαγγέλλουσι quod praebent eodd. e g i k l m et pr. a: conf. ib. §. 134. οἱ τὰ μυστήρια ἀπαγγέλλοντες.

τῶν ἐμπόρων τοῖς ἐπιδημοῦσιν ἐκεῖ. De ἐμπόρων et καπήλων differentia exposuit Plato in Civit. p. 371. ἢ οὐ καπήλους καλοῦμεν τοὺς πρὸς ὠνήν τε καὶ πρᾶσιν διακονοῦντας ἱδρυμένους ἐν ἀγορᾷ, τοὺς δὲ πλανήτας ἐπὶ τὰς πόλεις ἐμπόρους; conf. Boeckh. Staatshaush. der Athen. I. p. 336. Vigentibus reipublicae opibus peregrini potissimum et inquilini merces Athenas videntur importasse atque ex emporio Attico exportasse. conf. Isocrat. de pace §. 21. Apud Rhodios quoque, qui gloria navali florebant, magnum peregrinorum mercatorum numerum confluxisse consentaneum est. — De verbi ἐπιδημεῖν structura v. annot. ad §. 55.

§. 15. τὴν οἰκουμένην. Haec vox proprie terram cultam atque habitatam, loca culta significans Xen. Cyrop. 3, 3, 2. 4, 4, 2. apud recentiores Graecos tum universam Graeciam et terram a Graecis habitatam, cf. Dem. de Halonnes. §. 35. Schaefer. appar. ad Dem. I. p. 477., tum universum orbem terrarum designat. Aeschin. in Ctesiph. §. 165. ὁ δ' Ἀλέξανδρος ἐξω τῆς ἄρκτου καὶ τῆς οἰκουμένης ὀλίγου δεῖν πάσης μεθεστήκει. Xenoph. de vectig. 1, 6. τῆς Ἑλλάδος καὶ πάσης δὲ τῆς οἰκουμένης ἀμφὶ τὰ μέσα ᾠκῆσθαι τὴν πόλιν.

δι' ἐργασίαν v. annot. ad §. 55.

οἳ ἴσασι. Ad idem subjectum referentes verbum ἴσασι ad quod respicit v. ἀπήγγελλον Reiskius et Heinrichius emendatricem manum huic loco admovere conati sunt: ille εἰδόσι proposuit, quod arctius conjungeretur cum τοῖς ἐπιδημοῦσιν, hic, deleto οἵ, particula καὶ quam illius loco substituit verbum ἴσασι tamquam praedicatum copulat cum pronomine οἳ

quod praecedit. Equidem, si verbum ἴσασι rediret ad mercatores, non dubitarem amplecti Heinrichii rationem: etenim pronomen relativum in sedatiore oratione non solent ἀσυνδέτως iterare prosae orationis scriptores. Quod genus grandiori convenit dicendi generi atque inter oratores maxime Dinarchum latrantem delectavit. cf. Dinarch. in Dem. §. 9. 46. 108. in Aristogit. §. 4. in Philocl. §. 18. Lesbonact. p. 652. ed Bekker. vol. V. Alio pertinent loci nonnulli in quibus inter utrumque pronomen relativum collocatum est substantivum ad quod respiciunt, aut alia quaedam interjecta sunt ad substantivum illud spectantia, ita ut pronomen quod sequitur ad proxime praecedentia videatur pertinere. Cf. Dem. in Steph. I. §. 49. οὓς μὲν ἀφείλοντό με ἐλέγχους περὶ τῶν ἐγκλημάτων, οὓς προσῆκον ἦν ῥηθῆναι, μὴ ζητεῖν αὐτοὺς νῦν ubi temere Seager. conjecit οὐ προσῆκ. v. Schaefer. appar. ad Dem. V. p. 185. in Theocrin. §. 37. τὸ ψήφισμα — ὃ Χαρῖνος πρότερον ἐγράψατο, τοῦτο τὸ περὶ τῆς συντάξεως, ὃ Θουκυδίδης εἶπε. Dinarch. in Dem. §. 52. τὴν μαρτυρίαν, ἣν καὶ πρότερον παρεσχόμην μαρτυρουμένην τοῖς δικαζαῖς καὶ οὐδεὶς ἐπεσκήψατο ὡς ψευδεῖ οὔσῃ, ἣν καὶ νῦν παρέξομαι. — Alias pronomen ἀσυνδέτως iteratum ad diversas res v. personas cogitatione referendum est: cf. Demosth. adv. Nausimach. §. 28. τετάρτην οὐσίαν ἔτι δοῦναι τρεῖς ἑτέρας κακῶς διωκηκόσιν, ἣν — ἔλαβον, ἣν — εἰςεπράξαντο, ἣν ἀφείλοντο. In universum autem tenendum est, quando idem pronominis relativi casus ad plures spectat enuntiationes, pronomen in primo membro positum in reliquis omitti, conjunctione καὶ similibusve singula membra copulantibus: rarius in talibus a relativo ad demonstrativam orationem deflectere prosae orationis scriptores, velut Demosth. in Euerg. et Mnesibul. §. 53. οἷς οὐδεμίαν δίκην ὠφλήκειν οὐδὲ προσῆκεν αὐτοῖς ἅπτεσθαι τῶν ἐμῶν οὐδενός. Aeschin. in Ctesiph. §. 128. ἧς ἐγὼ οὔτ' ἂν τοὔνομα εἴποιμι, μήθ' αἱ συμφοραί παραπλήσιοι γένοιντο αὐτῆς. Dem. adv. Boeot. de dote §. 56. Contra ubi sequentia membra alium pronominis relativi casum requirunt plerumque in his ad pronomen demonstrativum transeunt: cf. Dem. de Rhodior. libert. §. 26. ἢ βασιλέως μέν ἐςιν, εὔχετε δ' αὐτὴν ὑμεῖς, ἐκείνοις δ' οὐδαμόθεν προσήκει de fals. leg. §. 309. ἃς οὐκ ἐλέησεν Αἰσχίνης οὐδ' ἐδάκρυσεν ἐπὶ ταύταις in Timocr. §. 63. ὁπόσοι Ἀθηναίων — κατατεθῶσι καὶ μὴ παραδοθῇ ἡ κατάγνωσις αὐτῶν τοῖς θεσμοθέταις Isocr. Panath. §. 152. νόμους, οὓς Λυκοῦργος μὲν ἔθηκε, Σπαρτιᾶται δ' αὐτοῖς χρώμενοι τυγχάνουσιν. Lys. de evers. republ. §. 11. ὅσοι — εἰργασμένοι εἰσὶ — ὀφείλεται δὲ αὐτοῖς χάριν κομίσασθαι. v. Antiphont. de caede Herod. §. 47. Dem. Olynth. III. §. 24. Aeschin. in Ctesiph. §. 180. Platon. Hipp. maj. p. 289.

E. Xenoph. Cyrop. 3, 1, 38. Multa hoc genus a viris doctis congesta sunt: v. Schaefer. appar. ad Dem. I. p. 299. Stallbaum ad Platon. Phaedr. p. 113. C. ad Hipp. major. p. 289. E. et quos citat. Foertsch obss. critt. in Lys. oratt. p. 67. et qui ibi excitantur. — Nonnumquam in altero membro neque relativum neque demonstrativum pronomen infertur: cf. Dem. Phil. IV. §. 31. *οἷς βασιλεὺς πιςεύει καὶ εὐεργέτας ὑπείληφεν αὐτοῦ* de cor. §. 82. *οὓς ἡ μὲν πόλις — ἀπήλασε, σοὶ δ' ἦσαν φίλοι.* de fals. leg. §. 135. adv. Leptin. §. 149. pro Phorm. §. 21. ita tamen, ut ad demonstrativam constructionem delapsi esse videantur scriptores. — De toto hoc genere v. Bernhardy. Synt. p. 304. de Homeri usu Naegelsbach. in annot. ad Iliad. I. 3. et I. 79. — Ceterum Lycurgi verba *οἳ ἴσασι* per synesin ad *τὴν οἰκουμένην* referenda esse Sauppius vidit: quo nihil certius est. Illustrabunt hoc schema quae a Bremio congesta sunt exempla in excurs. X. post Isocrat. oratt. part. I. p. 213 sq.

τοῖς τούτῳ διαπεπραγμένοις. §. 90. et 134. legimus *τοιοῦτόν τι διαπεπραγμένῳ* et *διαπεπραγμένος ὅπερ ἐπεχείρησε,* forma e passivo genere petita mediam adsciscente significationem: quod genus tangit Spohn. in annot. Isocr. Panegyr. p. 103. et qui ibi citantur. Raro autem, ut h. l., perfect. passiv. hujus verbi affectionis passivae significatum capit: quae res Bekkerum videtur induxisse, ut pro *διαπεπραγμένοις* proponeret *πεπραγμένοις.* Conf. Eurip. Helen. 1177. *πάντα διαπεπραγμένα εὕρηκα.* Lucian. Toxar. c. 44. *τὰ περὶ τῶν φόρων διεπέπρακτο ἤδη.* Ceterum turpitudinis notio, quam Blumius (citato Reisk. in Indd. v. *διαπράττεσθαι* „perficere praesertim de turpibus clandestinis et malitiosis machinationibus") inesse contendit h. l. verbo *διαπράττεσθαι,* mihi quidem ab hac voce aliena esse videtur: nihil aliud est quam „perficere." cf. Dem. epitaph. §. 7. *πολλὰ καὶ λαμπρὰ διαπράξαντα.*

ᾧ πλεῖςον διαφέρετε —, τῷ — ἔχειν, τούτων πλεῖςον ἀμελεῖν. Similes verborum conformationes apud oratores frequentis sunt usus, conf. Demosth. in Aristocr. §. 90. *ὃ δὲ δεινότατον πάντων ἐςί, τὸ — ποιῆσαι —, τοῦτ' ὑφαιρεῖσθαι πειράσεται.* in Timocr. §. 2. *ὃ δοκεῖ συνέχειν τὴν πολιτείαν, τὰ δικαςήρια, ταῦτα ἄκυρα ποιεῖ.* Non raro infinitivum sine articulo inter utramque enuntiationem intersertum reperimus: velut ap. Isocr. Plataic. §. 18. *ὁ δοκεῖ πάντων δεινότατον εἶναι, δοριαλώτους γενέσθαι, τοῦτο κρεῖττον ἦν ἡμῖν παθεῖν.* Evagor. §. 72. *ὃ δοκεῖ σπανιώτατον εἶναι καὶ χαλεπώτατον, εὐπαιδίας τυχεῖν ἅμα καὶ πολυπαιδίας, οὐδὲ τούτου διήμαρτεν, ἀλλὰ καὶ τοῦτ' αὐτῷ συνέπεσεν.* — Amplexus sum, Schoemanno et Sauppio praeeuntibus, Reiskii conjecturam *τούτων* pro *τούτῳ*

quod libri MSS et plurimi editi referunt: quae scriptura nullum sensum praebet. Quamquam Pinzgero arrisit vulgata scriptura quam ita accepit ut ὦ πλεῖζον — τούτῳ πλεῖζον, pro ὅσῳ πλεῖζον — τόσῳ πλεῖζον dictum esse opinaretur: quae a Graecae linguae indole plane sunt aliena. Quo accedit ut, relato pronomine demonstrativo ad superlativum, verbum ἀμελεῖν libere vagetur. Terminationem ῳ in libris nonnumquam cum ων confusam esse constat. v. Koen. ad Gregor. Cor. p. 266.: itaque altera Reiskii conjectura (τούτου, quod responderet relativo ᾧ) spreta, τούτων edidi: nam Strangii emendationem, τοῦτο, ne in textum reciperem, structurae insolentia fuit impedimento. Τούτων autem non ad infinitivum τῷ — ἔχειν referas, sed ad substantiva θεούς et γονεῖς. Eodem modo Dem. de fals. leg. §. 252. ὃ δὲ τοῦ σχήματος ἦν τούτου πολλῷ τῇ πόλει λυσιτελέστερον, τὸ τὴν ψυχὴν τὴν Σόλωνος ἰδεῖν καὶ τὴν διάνοιαν, ταύτην οὐκ ἐμιμήσατο: ubi temere Markland. post ταύτην distinguebat. — τοὺς γονεῖς, ut §. 96. 97. at §. 94. τοὺς γονέας. Atticistarum praeceptis haec forma repugnat: v. Buttm. gr. gr. I. p. 196.

δόξοιτ' ἄν. Futurum non est mutandum: quamquam optativus futuri perraro cum particula ἄν copulatur: confer. Sauppium ad h. l. et Hartung. in libro de gr. linguae particulis II. p. 319.

τὴν παρ' ὑμῶν — τιμωρίαν. Frequentat hoc genus orator: conf. §. 126. τῆς παρὰ τῶν ἀδικουμένων τιμωρίας. §. 148. τῇ παρὰ τῶν θεῶν τιμωρίᾳ. §. 26. τὴν παρὰ τῶν θεῶν βοήθειαν. §. 82. τὴν παρὰ τῶν θεῶν εὔνοιαν. §. 97. τὴν παρὰ τῶν θεῶν μαρτυρίαν. §. 123. τῆς παρὰ τοῦ δήμου σωτηρίας. §. 129. αἱ παρὰ τῶν θεῶν ἐπικουρίαι. Similia vide ap. Dem. de cor. §. 2. 6. 11. 109. de fals. leg. §. 49. 55. Lys. in Eratosthen. §. 88. 96. Aeschin. in Timarch. §. 116. in Ctesiph. §. 40. Isae. de Hagn. hered. §. 38. Demad. frgm. §. 2. Bernhardy. Synt. p. 256. Schoemann. ad Isae. p. 472.

§. 16. διὰ τέλους Blumius annotat non esse „usque ad finem" sed „constanter, continenter:" at eodem videtur redire res: etenim is qui ab initio usque ad finem auscultat oratorem, is constanter, continenter audit. Germanice: ich bitte euch meine Rede auszuhören. cf. Isocr. de pace §. 17. Ἣν μὲν οὖν ἐνταῦθα καταλίπω τὸν λόγον — ἢν δὲ διὰ τέλους ἀκούσητέ μου —. Haec dixit orator, tum ut attentos faceret auditores, tum ad benevolentiam eorum captandam, qui obstrepere solebant oratoribus rerum minus populo gratarum memoriam recolentibus. conf. §. 52. Quod addi jussit Reiskius εὐμενῶς opus non est: erat in heliastarum jurejurando:

ἀκροάσομαι τοῦ τε κατηγόρου καὶ τοῦ ἀπολογουμένου ὁμοίως ἀμφοῖν. ap. Dem. in Timocr. §. 151.

τοῖς αἰτίοις ὀργίζεσθαι καὶ δι' οὓς ἀναγκάζομαι κτλ. Infinitivum quem optimus A commendavit non dubitavi in textum recipere: soloecismus qui inest codd. LB° et vett. edd. scripturae ὀργίζησθε, nostris temporibus unum Pinzgerum nactus est defensorem: constat enim inter omnes, in affirmativa enuntiatione primam tantum personam conjunctivi modi vicem gerere imperativi, qui hac persona caret. Adi Bernhardy. Synt. p. 397. Hartung de partt. p. 145. Falso autem Thurotus in versione gallica τοῖς αἰτίοις vertit „aux auteurs de ces maux: ad αἰτίοις cogitatione refer τοῖς περὶ Δεωκράτην. Αἴτιος de eo qui scelere se contaminavit ponitur etiam §. 93. 123. Neque enim alludit orator ad eos qui apud Chaeroneam dimicarunt, sed ad adversarios quos plurali numero solent designare oratores: reum enim comitantur cognati, amici, defensores (συνήγοροι). Ὀργίζεσθαι saepissime adhibetur de judicibus cf. ap. nostr. §. 27. 58. 78. 111. 138. ἐσχάτη ὀργή i. q. ἐσχάτη τιμωρία, ubi v. annot. Quo pertinet comici jocus Vesp. 242.

χθὲς οὖν Κλέων ὁ κηδεμὼν ἡμῖν ἐφεῖτ' ἐν ὥρᾳ
ἥκειν ἔχοντας ἡμερῶν ὀργὴν τριῶν πονηρὰν
ἐπ' αὐτόν, ὡς κολωμένους ὧν ἠδίκησεν.

Conf. Bergmann ad Isocr. Areopag. in ed. Benseler. p. 228. — καὶ δι' οὓς. Particulam καὶ seclusit Coraës: quod temere factum est. Namque ubi novum argumentum infert enuntiatio relativa neque explicandi tantum gratia additur adjectivis et participiis, particulam καὶ potest assumere. Conf. Demosth. de cor. §. 35. οἱ παρὰ τούτου λόγοι τότε ῥηθέντες καὶ δι' οὓς ἅπαντ' ἀπώλετο. Dem. adv. Lept. §. 121. μεγάλων μὲν οὖν εὐεργεσιῶν — μετρίων δὲ καὶ ὧν ἐν εἰρήνῃ τις καὶ πολιτείᾳ δύναιτ' ἂν ἐγκέσθαι. v. Halm. in Act. Monac. IV. p. 130.

μεμνῆσθαι περὶ αὐτῶν. Construunt hoc verbum cum secundo et quarto casu, v. §. 93. copulant etiam cum praepositione περί, quam structuram, praeeunte Homero, frequentant oratores Isocr. Panegyr. §. 5. 74. Panath. §. 8. 41. Helen. encom. §. 14. Dem. adv. Apatur. §. 6. or. amator. §. 47. Bernhardy. Synt. p. 177.

τῆς ἐν Χαιρωνείᾳ μάχης i. e. pugnae *ad* Chaeroneam commissae. Praepositio ἐν hic ut saepissime in similibus vicinam denotat. Vide Spohn. ad Niceph. Blemm. p. 29 sq. Bernhardy. Synt. p. 207. cf. Isocrat. Phil. §. 147. ἡ ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχία. Dinarch. in Dem. §. 14. τὴν ἐν Κερκύρᾳ ναυμαχίαν. Aesch. in Ctes. §. 222. ἡ ἐν Νάξῳ ναυμαχία. Adverbiis quoque utuntur ad locum spectantibus, velut τὴν Μεγα-

ν μάχην Platon. de rep. II. p. 368. τὴν Πλαταιᾶσι μάχην m. or. in Neaer. §. 97. et similiter τὴν Μαραθῶνι μάχην m. in Aristocrat. §. 198. Quamquam aliis haud semel repositionibus utuntur ad viciniam designandam: cf. Aesch. fals. leg. §. 75. τὴν μὲν ἐν Πλαταιαῖς πρὸς τοὺς Πέρσας πειαχίαν καὶ τοὺς ἀγῶνας τοὺς περὶ Σαλαμῖνα καὶ τὴν ἐν Μαθῶνι μάχην καὶ τὴν ἐπ' Ἀρτεμισίῳ ναυμαχίαν. in Ctesiph. §. 1. ἐν τῇ περὶ Σαλαμῖνα ναυμαχίᾳ. ib. §. 243. διὰ τὴν περὶ ξον ναυμαχίαν. Aeschin. ep. XI. §. 8. ἐν τῇ περὶ Χαιρώνειαν χῃ. Demad. frgm. §. 12. ο περὶ Λεῦκτρα κίνδυνος, alia.

ἐκ τῶν ἀγρῶν — κατακομίζειν. κατακομίζειν in hac usitatum. V. Psephism. ap. Dem. de cor. §. 38. κατακομίζειν — τὰ ἐκ τῶν ἀγρῶν κτλ. de fals. leg. §. 125. ἐξεπέπλη- ε καὶ παῖδας καὶ γυναῖκας ἐκ τῶν ἀγρῶν κατακομίζειν ἐψηφί- θε. Huc pertinet etiam loquutio καταβαίνειν εἰς ἄστυ, rure urbem proficisci, ap. Isocr. Areopag. §. 52. et κατακαλεῖν agris in urbem evocare: unde conventus, ad quos missis r agros nuntiis convocabantur rustici, κατακλησίαι, ipsa concatio κατάκλησις dicebantur. v. Schoem. de comitt. p. 28 sq. t. Mos autem fuisse videtur divitibus in agris degere retandi animi causa, ut rusticis ad colendum agrum. Conf. rgmann ad Isocr. Areopag. ap. Benseler. p. 301 sq.

τοὺς δὲ στρατηγοὺς intelligit decem illos duces χειτονητούς, quotannis electos, de quibus v. Meier et Schoeann de Ord. Judicior. p. 103 sq.

τῶν Ἀθηναίων. Morus hunc genitivum e verbis ὅτι pendere statuit: „quicquid Atheniensium vel peregrinom." At est genitivus, quem partitivi nomine insigniunt centiores grammatici, v. Matthiae. gr. gr. §. 323. b. Bernrdy. Synt. p. 145 sq., ad verbum τάττειν referendus. — erba et dictiones, quae jubendi notionem continent, infinivum assumere notum est: latissime autem patet hoc genus a ut nonnumquam obscurata sit jubendi notio, quam mente ppleri necesse est. Frequus est verbi ψηφίζεσθαι cum initivo conjuncti usus: cf. ap. nostr. §. 41. 53. 113. 117. 21. 125. Aliae loquutiones sunt ap. Antiphont. de chor. . 9. τοῦ νόμου οὕτως ἔχοντος, εἰς αὐτὸ τὸ πρᾶγμα κατηγορεῖν. ». §. 36. ὁ γὰρ νόμος οὕτως ἔχει — εἴργεσθαι τῶν νομίμων. p. nostr. §. 73. συνθήκας ἐποιήσαντο — μὴ πλεῖν, τοὺς δ' — ὑτονόμους εἶναι. Dem. in Androt. §. 11. εἰ πρῶτον μὲν — ψήισμα ὑμέτερον γένοιτο ἀγώγιμον εἶναι. — Quando a scriptorius leges et psephismata excitantur, in oratione obliqua plenumque ipsorum legis verborum ratione habita, haud respiiunt tempus historicum quod praecedit, velut hoc loco: ἐψηφίσατο — καθ' ὅτι ἂν αὐτοῖς δοκῇ. §. 113. ψηφίζεται (praesens

historicum pro ἐψηφίσατο) — κρίνειν· κἂν δόξῃ —, ὅπως ἂν μὴ κέηται —. §. 114. ἐψηφίσαντο — ἐὰν ἀπολογῶνται —, ἐὰν ἁλῷ —, ἐνόχους εἶναι κτλ. §. 121. ἐψηφίσαντο, ἐάν τις — ἁλίσκηται, ἀπαγαγεῖν. §. 125. ἐψηφίσαντο —, ἐάν τις ἐπιθῆται, ἢ — προδιδῷ, ἢ — καταλύῃ, — εἶναι κτλ. Conf. Saupp. ad h. l.

§. 17. μετὰ τῶν οἰκετῶν ἐπὶ τὸν λέμβον κατεκόμισε i. e. ipse dominus et servi navi imponebant supellectilem, vasa, utensilia, pecuniam, non ut Thurotus interpretatus est: Léocrate — fit transporter ses meubles et ses esclaves: quamquam ex iis quae postea §. 55. commemorantur patet reum non unam Irenidem sed ancillas quoque et servos nonnullos in navem imposuisse: servos autem quos Athenis reliquerat una cum domo Amyntae vendidit. §. 22. — Οἰκέτης plerumque in genere cujusque conditionis servos, nonnumquam universam familiam designat. v. Thom. Mag. v. οἰκέται: p. 270. ed. Ritschel. οἰκέται οὐ μόνον οἱ δοῦλοι ἀλλὰ καὶ πάντες οἱ ἐν τῷ οἴκῳ, γυνὴ καὶ τέκνα. id. v. θεράπων ed. Ritsch. p. 180. θεράπων καὶ θεραπαινίς καὶ θεραπαινίδιον καὶ οἰκέτης καὶ παῖς καὶ παιδάριον λέγε. Interdum vernae opponitur cf. Ammon. v. οἰκότριψ. Οἰκότριψ, inquit, ὁ ἐν τῇ οἰκίᾳ διατρεφόμενος, ὃν ἡμεῖς θρεπτὸν καλοῦμεν· οἰκέτης δὲ ὁ δοῦλος ὁ ὠνητός. παρὰ δὲ Σόλωνι ἐν ἄξοσιν οἰκεὺς κέκληται ὁ οἰκότριψ. v. Lobeck. ad Phrynich. p. 201 sq. Quamquam de voce οἰκεὺς est quod dubites: nam in lege Solonis servata a Lysia adv. Theomnest. I. §. 19. hujus vocabuli significatus est generalis. v. Bremi. ad Lys. l. l. — De voce λέμβος conf. Hesych. v. Demosth. adv. Zenothem. §. 6. 7. adv. Phormion. §. 10. ex quibus locis patet, omnibus λέμβον fuisse navibus, quod etiam articulus huic vocabulo additus prodit; eodem modo utebantur λέμβῳ quo nautae nostri naviculis ad navem alligatis.

περὶ τὴν ἀκτὴν ἐξορμούσης. Nimis angustis finibus v. ἀκτὴ circumscribere videntur Bekk. Anecdd. vol. III. p. 1313. ὅπερ ἐστὶν ἐπὶ θαλάσσης ἀκτή, ὁ κρεμνώδης δηλαδὴ τόπος, τοῦτο ἐπὶ ποταμοῦ ὄχθη· ὅπερ δὲ ἐπὶ θαλάσσης αἰγιαλός, ὁ ἐπίπεδος δηλαδὴ καὶ ὁμαλός, τοῦτο ἐπὶ τῶν ποταμῶν πλαταμών: nam ἀκτὴ generatim littus solet significare. conf. Sophocl. Philoct. 1. ubi schol. ἀκτὴ διὰ τὸ εἶναι αὐτὴν νῆσον. Trachin. 754. Opponuntur ap. Dinarch. in Philocl. §. 13. ἡ ἀκτὴ καὶ οἱ λιμένες cf. ap. nostr. §. 55. Itaque totus ille tractus littoralis, qua in parte sitae sunt Athenae, ἀκτὴ solet vocari, quod nomen antiquitus universam Atticam designaverat, quia maximam partem erat littoralis. v. Harpocrat. et Suid. v. Sickler Geogr. II. p. 109. Quo nomine aliae quoque terrae maritimae erant insignitae, velut Acte Peloponnesi, Ἀργολὶς ἀκτή, Valcken. ad Herod. 5, 68. et Acte circa montem Athenem.

Thucyd. 4, 109. — Lycurgus eam littoris partem designat, quae est extra portum. — Taylori conjecturam ἐξορμούσης ejus scripturae quam praebent MSS et vett. edd., ἐξορμώσης, loco restituendum esse dubio caret: ἐξορμᾶν est: navem in altum deducere, ἐξορμεῖν aut de nave extra portum in alto commorante athibetur: auf der Rhede liegen, aut est: in altum provehi. v. Aeschin. in Ctesiph. §. 299. Vulgatae cum Schulzio et Beckero Bremius, ad l. l. Aeschin., patrocinium suscepit: qui ne nimium quantum codicum auctoritati tribuat vereor: nonnumquam enim in codicibus erratum est in his verbis, velut ap. Thucydid. 7, 14. ἐξορμῶντές τε ναῦν ubi Reg. Cass. Aug. tenent ἐξορμοῦντες et ap. Dem. de cor. §. 281. pro ἐπὶ τῆς αὐτῆς ὁρμεῖ Reiskio- teste Guelph. et Vindob. ὁρμᾷ quod in eum locum haud convenit.

περὶ δείλην ὀψίαν v. Buttmannum lexilog. II. p. 182. qui egregie disputat de voc. δείλη significationibus: locis ibi allatis addi poterant ex incerti auct. Definitionibus in Platon. Opp. Bekker. P. III. v. III. δείλη ἡμέρας τελευτή, et ἥλιος πῦρ οὐράνιον, ὃ μόνον ἀπ' ἠοῦς μέχρι δείλης τοῖς αὐτοῖς ἔστιν ὁρᾶθῆναι κτλ. Δείλην πρωΐαν et δείλην ὀψίαν distinguunt Attici: quid sit δ. ὀψίᾳ docet Dem. adv. Eubul. §. 9. δείλης ὀψίας, ὥςε συνέβη ἡνίκα τοὐμὸν ὄνομ' ἐκαλεῖτο, σκότος εἶναι ἤδη: coll. schol. ad Thucyd. 3, 74. περὶ δείλην ὀψίαν ἤγουν τοῦ ἡλίου περὶ δυσμὰς ὄντος.

μετὰ τῆς ἑταίρας Εἰρηνίδος. v. Athenaei Deipnosoph. XIII. 586. Καὶ Λυκοῦργος ἐν τῷ κατὰ Λεωκράτους Εἰρηνίδος ἑταίρας μέμνηται, ὡς ἑταιρούσης τῷ Λεωκράτει. Uxor legitima (γυνή, δάμαρ), quae ἐγγυητὴ et ἀςὴ debebat esse, cf. Hermann. gr. Staatshaush. §. 118. 119., distinguitur a παλλακῇ et ἑταίρᾳ. Dem. in Neaer. §. 122. τὰς μὲν γὰρ ἑταίρας ἡδονῆς ἕνεκ' ἔχομεν, τὰς δὲ παλλακὰς τῆς καθ' ἡμέραν θεραπείας τοῦ σώματος, τὰς δὲ γυναῖκας τοῦ παιδοποιεῖσθαι γνησίως καὶ τῶν ἔνδον φύλακα πιςὴν ἔχειν: quibus adde legem ap. Dem. in Aristocr. §. 53. obviam, ubi loquitur legislator de παλλακῇ ἣν ἂν ἐπ' ἐλευθέροις παισὶν ἔχῃ. Πόρνη autem nomine non re differt ab ἑταίρᾳ, quae vox rem inhonestam honesto nomine praetexit: plebeculae autem assignanda sunt nomina λαικάς, λαικάςρια, κασαλβάς, κασάλβη, κασαυρᾶς, κασαύρα, κάσσα, κασωρίς, κασωρῖτις, quae in comicorum reliquiis passim obvia sunt.

διὰ τῆς πυλίδος. Plures Athenis fuisse portulas, per se patet: conf. Dem. adv. Euerg. et Mnesibul. §. 26. coll. Harpocr. v. Ἑρμῆς ὁ πρὸς τῇ πυλίδι. Isae. de Philoctem. her. §. 20. Platon. Lysid. p. 203 A. Xenoph. Hellen. 2, 4, 8. v. Stallb. ad Plat. Lys. l. l. Schoemann ad Isae. p. 334. Versus mare sitam fuisse eam quam Lycurgus commemorat, certum

est: quo nomine insignita fuerit in occulto latet. Nam proprium portulae cujusdam „ἡ πυλίς" fuisse nomen e nostro certe loco colligi nequit, ubi verba κατὰ μέσην τὴν ἀκτὴν auditoribus procul dubio indigitant portam de qua agitur.

τὴν φυλακὴν ἔρημον — κατέλιπεν. Quod Bekkerus proposuit κατέλειπεν, si codices praeberent, libenter in textum reciperem, ut verba ὧν τὴν φυλακὴν κατέλειπεν responderent verbis ἐξ ὧν ἀνήγετο: nec tamen mutatione opus est: κατέλιπεν urbe jam relicta in profugum cadit, ἀνήγετο ad eundem pertinet, qui quum in altum veheretur, non miseritus est urbis. De voce ἔρημος conf. Bremium ad Isocrat. de pace §. 21. „Vulgo, inquit, ἔρημος: quod vide, num usquam in feminino a graeco scriptore usurpatum fuerit." Fallitur. Aliter Thom. Magister ἔρημος χώρα, ἐρήμη δὲ δίκη· ἐρήμη δὲ χώρα παρὰ ποιηταῖς: quamquam hic quoque verum non vidit. Recte enim utraque forma Atticis conceditur pedestris orationis scriptoribus et poëtis: quod testatur Eustathius in Odyss. μ. p. 1725. τὸ ἐρήμη σύνηθες τοῖς ῥήτορσιν, οἳ οὐ μόνον ἔρημον ἀλλὰ καὶ ἐρήμην φασίν. et in Odyss. γ. p. 1467. τὸ δὲ ἐρήμη οὐ μόνον ποιητικόν ἐςιν ἀλλὰ καὶ ἄλλως Ἀττικόν. conf. Thucyd. 4, 26. ἐν νήσῳ τε ἐρήμῃ. Isocr. de pace §. 21. ὧν νῦν ἐρήμη (ἡ πόλις) καθέςηκεν. Vocis ἐρήμη usus in foro Attico notissimus est cf. Indd. Demosth. Contra ἔρημος est ap. Xenoph. Cyrop. 3, 2, 2. πολλὴν τῆς χώρας — ἔρημον. Aeschin. in Tim. §. 182. εἰς ἔρημον οἰκίαν. conf. Sophocl. Oed. Tyr. 1509. Antigon. 919. Br. — Demosth. in Mid. §. 85. τὴν ἔρημον δεδωκότα ib. §. 92. παρὰ τῶν ἔρημον καταδιαιτησάντων αὐτοῦ, (ubi Bekk. Anecdot. 150, 7. ἐρήμην), §. 93. γενομένης δὲ ἐρήμου κατὰ Μειδίου, ubi unus cod. ἐρήμης. adv. Callicl. §. 2. δύο δίκας ἐρήμους μου κατεδιητήσατο. Ἔρημοι φυλακαὶ ap. nostr. §. 38. — De accentu v. ἔρημος v. viros doctos ad Gregor. Cor. p. 21 sq. Goettling. de accentu p. 78. Bekk. praefat. ad Thucyd. ed. oxon.

οὔτε — ἐφοβήθη. Offendit viros doctos transitus a participio ad verbum finitum quem hic deprehendimus: οὔτε — ἐλεῶν, — οὔτε — αἰσχυνόμενος, — οὔτε — ἐφοβήθη: quamobrem de corrigendo loco cogitarunt. v. annot. critic. At vulgata sanissima sunt: etenim et poëtae et pedestris orationis scriptores hoc idioma admittunt. Conf. Homer. Il. 5, 145. Od. 1, 162. ὀστέα πύθεται ὄμβρῳ, κείμεν' ἐπ' ἠπείρου ἢ εἰν ἁλὶ κῦμα κυλίνδει. Herod. 9, 104. ἄλλας τε κατηγεόμενοί σφι ὁδοὺς —, καὶ τέλος αὐτοί σφι ἐγένοντο κτείνοντες πολεμιώτατοι. Thucyd. 4, 100. ἄλλῳ τε τρόπῳ πειράσαντες καὶ μηχανὴν προσήγαγον. Xenoph. Cyrop. 1, 3, 1. ἔρχεται δὲ αὐτή τε ἡ Μανδάνη πρὸς τὸν πατέρα καὶ τὸν Κῦρον — ἔχουσα. ap. nostr. §. 100. ὅτι τά

τε ἄλλ' ὢν ἀγαθὸς ποιητής, καὶ τοῦτον τὸν μῦθον προείλετο ποιῆσαι. Exposuit de hoc genere Bernhardy. Synt. p. 473. — τὸ ἱερὸν τοῦ Διὸς τοῦ Σωτῆρος. Jupiter Sospitator Mantineae, Megalopoli, Argis, Aegii et in aliis Graeciae civitatibus magna colebatur religione, summa caerimonia Athenis. v. Hederich. lex. myth. v. Soter. Etenim quotannis extremo Scirrophorionis die (XXIX.) Athenis huic deo publice sacra fiebant (Lys. in Evandr. §. 6.) quae et aliis statis temporibus a prytanibus ei oblata esse videntur. (Demosth. prooem. 54. ap. Bekker. V. p. 630. Schoemann. de comitt. p. 305.) Harpocrationis, Hesychii et scholiastae ad Aristoph. Plut. 176. testimoniis usi viri docti cum Jove Eleutherio confuderunt Sospitatorem, velut Schneider. ad Xenoph. Oecon. 7, 1. et nuper Wachsmuth. Hellen. Alterth. II. 2. p. 139., quod haud scio an minus recte factum sit. Conf. Boeckh. Staatshaush. d. Ath. II. p. 255. Sospitatoris Jovis et Minervae Sospitatricis templa in arce fuisse hic Lycurgi locus docet cf. §. 136. 137. Meurs. Cecropia c. 27. p. 76 sq. quorum illud Διοσωτήριον dictum esse patet e Bekk. Anecd. p. 91. lex. Sangerm. Διοσωτήριον καλοῦσιν Ἀθήνησιν ἀντὶ τοῦ τὸν ναὸν σωτῆρος Διός. Rarius τῆς Ἀθηνᾶς τῆς Σωτείρας; nomen occurrit: conf. Antipatr. epigr. ap. Kuster. ad Suid. v. φυγοδέμνιος. Hesych. Σώτειρα ἡ Ἀθηνᾶ παρὰ τοῖς Ἕλλησιν. — Pausan. in Arcadicis 44, 4. ab Ulysse post reditum e Troja templum Ἀθηνᾷ τε Σωτείρᾳ καὶ Ποσειδῶνι fuisse exstructum narrat: et Aristophan. Ran. 363. Minervam nuncupat τὴν Σώτειραν — ἣ τὴν χώραν σώσειν φήσ' ἐς τὰς ὥρας. Ceterum aliarum quoque dearum hoc fuisse epitheton constat. v. Dissen. ad Pindar. Olymp. 8, 21. — Articuli autem nomini proprio praemissi, quando adjicitur appositio, exempla apud Graecos multa obvia sunt. conf. ap. nostr. §. 136. τοῦ Διὸς τοῦ Σωτῆρος et ead. verba §. 137. τῷ Κλεομάντει τῷ Δελφῷ. §. 87. τοῦ Ἱππάρχου τοῦ προδότου. Nihil frequentius est deorum nominibus cum articulo appositioni praemissis: νὴ τὸν Δία τὸν Σωτῆρα Aristoph. Plut. 873. Ran. 691. Eccles. 79. 761. 1040. 1098. ed Both. Dinarch. in Philocl. §. 15. τῷ Διὶ τῷ Νεμείῳ Dem. in Mid. §. 115. μὰ τὸν Δία τὸν ἄνακτα adv. Lacrit. §. 40. τὸν Δία τὸν Δωδωναῖον — καὶ τὸν Ἀπόλλω τὸν Πύθιον. de cor. §. 253. μὰ τὸν Δία τὸν Ὀλύμπιον Aesch. in Timarch. §. 55. in Ctesiph. §. 255. τῷ Ἀπόλλωνι τῷ Πυθίῳ in Ctesiph. §. 108. νὴ τὴν Ἑκάτην τὴν φωσφόρον Aristoph. Thesmoph. 816. ὁ Ζεὺς ὁ φίλιος Lucian. Toxar. c. 12. v. Schoem. ad Isae. p. 417 sq. et quem cit. Krueger. de authent. p. 61. et ad Anab. p. 339. — ἀφορῶν καὶ προδιδοὺς κτλ. non timore perculsus est spectans arcem et deorum templa quae prodebat. Minus

Schoemannum ad Isae. p. 39. — Tu confer Sauppium ad Lycurg. §. 85. Bernhardy. Synt. p. 373.

τὸ ἄστυ τῆς πόλεως. Duo postrema vocabula G. Beckero suspecta sunt, sed quamvis alibi haec non legantur, nihil tamen mutandum est: τὸ ἄστυ enim pars est urbis (τῆς πόλεως) et plerumque Piraeo opponitur, velut ap. Thucyd. 2, 94. 8, 92. et passim. Dem. de cor. §. 37. 300. adv. Phormion. §. 37. Similiter Isocrates adv. Callim. §. 45. οἱ μὲν τὸν κύκλον ἔχοντες, οἱ δὲ τὸν Πειραιᾶ κατειληφότες et qui accuratius etiam definit urbis partes Andocid. de myster. §. 45. Ἀθηναίων τοὺς μὲν ἐν ἄστει οἰκοῦντας —, τοὺς δ' ἐν μακρῷ τείχει —, τοὺς δ' ἐν Πειραιεῖ —. Itaque ἄστυ non solum τὴν ἄνω πόλιν s. Ἀκρόπολιν, quae et Κεκροπία dicta erat, sed etiam τὴν κάτω πόλιν continet. Cave autem putes, vocis πόλις latius patente notione quam nominis ἄστυ, etiam vocabula ἀστὸς et πολίτης inter se differre: quae eundem significatum capere e multis scriptorum locis patet, in quibus ἀστὸς aeque ac πολίτης opponitur ξένῳ. Conf. Thucyd. II. 36. Gottleb. Schaef. appar. ad Dem. V. p. 454. Ceterum recte Thomas Mag. πόλις μὲν καὶ ὁ τόπος καὶ οἱ κατοικοῦντες — ἄστυ δὲ μόνον ὁ τόπος.

τὸν δὲ Πειραιέα. Hanc formam, quam reprobant Atticistae, codicum consensus firmat (v. Moerid. Thom. Mag. v. Gregor. Cor. p. 163. ed. Schaef. — Buttmann. gr. gr. I. p. 198.) quamquam exemplum hujus accusativi a Πειραιεὺς descendentis nondum inveni. Quod non cadit in formam Πειραιέως, eorundem grammaticorum praeceptis repugnantem, quam legimus ap. Lycurg. §. 37. Lys. in Eratosth. §. 54. Andocid. de myster. §. 81. Isocrat. adv. Callim. §. 2. 7. 38. 50., de qua vide Bremium in annot. crit. ad Lys. adv. Simon. §. 12. — Articulum autem, qui hoc loco obvius est, modo adjiciunt nomini Πειραιεύς, modo omittunt. Omissi exempla v. ap. Lys. adv. Simon. §. 12. in Eratosth. §. 54. 55. 56. 59. Andocid. de myst. §. 45. et alios: conf. Bremium in excurs. IV. ad Isocrat. part. I. p. 207.

τριήρεις πληρώσαντες v. Boeckh. Staatsh. d. Athen. I. p. 301. Duobus triremium generibus quae saepe a scriptoribus nominantur (ταχεῖαι τριήρεις s. ταχυναυτοῦσαι et στρατιώτιδες s. ὁπλιταγωγοί) adde tertium e Demosth. in Phil. §. 16. 22. ἱππαγωγοὶ τριήρεις.

τὰ πλοῖα κατῆγον i. e. vi adhibita in portum suum deduxerunt: quod est eorum, qui maris imperium affectant. De re vide Demosth. adv. Polyclem §. 5. 17. Harpocrat. v. κατάγειν τ. πλ. qui nostri quoque loci memor est. Bekker. Anecdot. p. 269. 20. Nimirum Rhodii, quasi fractis Athenien-

sium opibus, principatum quem mari tenuissent Athenienses ad se pertinere crediderunt, haud spernendis illi copiis navalibus freti.

αὐτοῦ τὸν σῖτον ἐξείλοντο. *Αὐτοῦ* intellige: Rhodi. Quae sequitur dictio *τὸν σῖτον ἐξαιρεῖσθαι* in nauticarum loquutionum numero est: ap. nostrates *löschen:* conf. Demosth. adv. Phorm. §. 8. adv. Lacrit. §. 29. 30. in Dionysodor. §. 3. 10. 20. 21. 24. Opponitur huic verbo *ἐντίθεσθαι*, imponere merces, ap. nostrates *laden:* conf. Dem. adv. Phorm. §. 40. adv. Lacrit. §. 19. 21. Quo pertinent etiam vv. *μετεντίθεσθαι* et *μετεξαιρεῖσθαι*, ap. nostrates: umladen, transferre, onera e navibus alteris egesta in alteras imponere conf. Dem. in Dionysodor. §. 24. 25. Onera autem navibus imposita designant vocabulis generalibus *γόμος* Dem. in Dionysod. §. 3. *φορτία* adv. Phormion. §. 40. *χρήματα* in Dionysodor. §. 8. *ἐμπορεῖαι* ib. v. Schaefer. appar. ad Demosth. V. p. 411.

διὰ τοῦτον. Scripturam *τούτων* quae est in nonnullis codicibus, Osannus adscivit, interpretari supersedit. „Nempe, inquit, scripsisset, credo, Lycurgus *διὰ τουτονί:*" quo nihil minus necessarium erat. Dicit Lycurgus, Leocratis culpa effectum esse, ut in portum Rhodiorum deductae naves exonerarentur.

§. 19. *ἀναγνώσεται ὑμῖν τὰς μαρτυρίας* sc. *ὁ γραμματεύς*, quod nomen modo omittitur, modo additur ab oratoribus, velut Aesch. in Ctesiph. §. 190. *ἀναγνώσεται ὑμῖν ὁ γραμματεύς:* conf. ap. nostr. §. 36. 77. 114. 118. 120. Hic enim ab oratore jussus testimonia, litteras, tabulas, syngraphas, alia in judicio recitabat. v. Meier. et Schoemann. de Ord. Jud. p. 717. et de testimoniis ib. p. 674 sq. Compendiaria autem loquutio: *ὅτι — λέγω, ἀναγνώσεται κτλ.* in hac re frequentissimi usus est: quo pertinent similes formulae: *ὡς δ' ἀληθῆ λέγω, κάλει μοι τοὺς μάρτυρας* vel *μάρτυρας κάλει.* Lys. in Agorat. §. 66. 81. Andocid. de myster. §. 123. Intellige: *ἵνα δ' εἰδῆτε ὅτι* vel simile quid. V. Schaefer. appar. ad Dem. II. p. 71. V. p. 111. Schoemann. ad Isae. p. 185. Quamquam plenius interdum loquuntur oratores, velut Demosth. adv. Boeot. de dote §. 44. *ὅτι ταῦτ' ἀληθῆ λέγω, ἐκ τῆς μαρτυρίας καὶ τῆς προκλήσεως εἴσεσθε.* ib. §. 52. *ὡς δ' ἀληθῆ καὶ ταῦτα λέγω, ἐκ τούτων τῶν μαρτυριῶν εἴσεσθε.*

πρῶτον μὲν — ἔπειτα. Particula *δὲ* post *ἔπειτα* non est necessaria, praecedente *πρῶτον μέν:* quae res nonnumquam fefellit viros doctos. Conf. ap. nostr. §. 55. 118. Heindorf. et Stallbaum ad Platon. Phaedon. p. 86. E. Schaefer. app. ad Dem. II. p. 348. Hartung. de gr. linguae particulis II. p. 404.

οἱ τοῦτον ἴσασιν ἐν τῷ πολέμῳ φεύγοντα καὶ ἐκπλεύσαντα Ἀθήνηθεν. Tentarunt viri docti participium φεύγοντα atque cum participio aoristi commutarunt: cf. supra §. 5. εἰδὼς Λεωκράτην φυγόντα μὲν τοὺς ὑπὲρ τῆς πατρίδος κινδύνους, ἐγκαταλιπόντα δὲ τοὺς αὐτοῦ πολίτας κτλ. Nec ii qui conati sunt defendere praesens tempus, ita in hac re versati sunt ut omnia plana reddiderint. Ac primum quidem, quod Pinzgero placuit participium h. l. substantivi naturam induisse, quod genus sunt participia articulo juncta, quae congessimus ad §. 12., hoc minus recte statuisse interpretem patet: quamquam Bernhardyum quoque in ea sententia esse video. Synt. p. 370. Blumius autem in annotatis ad Lycurgi orationem p. 94 sq. de hoc genere disputans diversa videtur miscuisse: alia enim est ratio participiorum quae substantivorum instar posita non respiciunt tempus primarium, cf. Bremi. ad Dem. advers. Aphob. de fals. test. §. 17. alia eorum in quibus temporis ratio habetur, alia denique ejus generis quod hoc loco obvium est. Etenim attendendum est ad verbum οἶδα, quod nonnumquam participium praesentis assumit ubi de re praeterita agitur, et maxime quum res non uno ictu peracta designatur. Quo pertinet etiam verbum ἐπίσταμαι. Compares Latinorum: memini eum dicere, de quo genere accurate disputavit Ramshorn. in gramm. lat. p. 399. Lips. 1824. Conf. infra ὃν καὶ ὑμῶν ἴσασιν οἱ πολλοὶ κατηγοροῦντα τούτου ἐν τῷ δήμῳ. Demosth. in Mid. §. 64. πάλιν Φιλόστρατον πάντες ἴσμεν — κατηγοροῦντα, ὅτ' ἐκρίνετο —, καὶ πάντων τῶν κατηγόρων πικρότατον γενόμενον, καὶ μετὰ ταῦτα χορηγοῦντα παισὶ Διονύσια καὶ νικῶντα καὶ Χαβρίαν οὔτε τύπτοντα οὔτε ἀφαρπάζοντα τὸν στέφανον οὐθ' ὅλως προσιόντα, ὅποι μὴ προσῆκεν αὐτῷ. ib. §. 93. γενομένης δὲ ἐρήμου κατὰ Μειδίου, ἐπιστάμεθα Μειδίαν πείθοντα τόν τε Στράτωνα τὸν διαιτητὴν καὶ ἡμᾶς ὄντας ἐκείνοις τοῖς χρόνοις ἄρχοντας, ὅπως τὴν δίαιταν αὐτῷ ἀποδιαιτήσομεν, καὶ διδόντα δραχμὰς πεντήκοντα. καὶ ἐπειδὴ οὐχ ὑπεμείναμεν, προσαπειλήσαντα ἡμῖν καὶ οὕτως ἀπαλλαγέντα. Demosth. adv. Lacrit. §. 20. Ἐρασικλῆς μαρτυρεῖ — εἰδέναι Ἀπολλόδωρον ἀγόμενον ἐν τῷ πλοίῳ οἴνου Μενδαίου κεράμια τετρακόσια πεντήκοντα. — Recte autem adjecit καὶ ἐκπλεύσαντα, quae res uno temporis momento continetur.

τῶν παραγενομένων εἰς Ῥόδον ὅτε Λεωκράτης ταῦτ' ἀπήγγελλε. Structurae παραγίγνεσθαι, παρεῖναι εἴς τινα τόπον exempla permulta reperiuntur. Conf. Aristoph. Eqq. 700. χρὴ παρεῖν' ἐς τὴν Πνύκα. Xenoph. Cyrop. 1, 2, 4. εἰς τὰς ἑαυτῶν χώρας — πάρεισιν. Anab. 1, 2, 3. παρεγένετο εἰς Σάρδεις. v. Pinzg. ad h. l. Ceterum imperfectum ἀπήγ-

γελλε, quod optimi codices tuentur, conjunctioni ὅτε subjectum, optime convenit in hunc locum, ubi in universum tempus designatur, quo Rhodum vecti sunt mercatores illi. Male Galli interpretes, Augerus: „qui *se sont trouvés* à Rhodes lorsqu'il *y a répandu* ses nouvelles," et Thurotus: „qui se *trouvaient* à Rhodes, lorsque Léocrate y *annonça* cette nouvelle." Neque tamen de nuntiationis repetitione hic cogitandum. Vide de ὅτε conjunctione imperfecto juncta Bernhardy. Synt. p. 373.

ὃν καὶ ὑμῶν [ἴσασιν] οἱ πολλοὶ κατηγορροῦντα ἐν τῷ δήμῳ. Verbum ἴσασιν quum a Bekkeri codicibus abesset seclusimus: quod per se spectatum optime habet. Quantum e verbis sequentibus, valde iis corruptis, potest colligi, non de justa hic agitur accusatione coram heliastico judicio (ἐν τῷ δήμῳ conf. §. 117.), sed de criminationibus, quibus in concione Phyrcinus usus est in absentem Leocratem. Notum est, in concione eos qui verba faciebant, reprehensionem et criminationes, interdum etiam convicia et in praesentes et in absentes cives quibuscum privatas exercebant inimicitias, congessisse. Conf. Dem. in Mid. §. 197. in Androtion. §. 61. Aeschin. in Ctesiph. §. 224. — Ceterum Osannus verbis οἱ πολλοὶ offensus est, quorum loco aut πολλοὶ sine articulo, aut οἱ πλεῖστοι ponendum fuisse opinatus est. Conf. Dionys. Hal. de Thucyd. jud. 28, 4. οἱ δὲ πολλοὶ τῶν ἱκετῶν. Schaefer. Meletem. critt. p. 3.

ὡς καὶ μεγάλα καὶ βλάβους εἴη κτλ. Hic locus ita affectus est, ut sine codicum ope sanari non posse videatur: virorum doctorum conjecturas dedi in annotatione critica, quas neque defendere neque refutare animus est. Etenim ad ludendum potius quam ad pugnandum arma sumsisse critici sunt credendi. — Apertum est Phyrcini testimonio usum esse oratorem, quo probaret mercatores illos quos commemoravit §. 18., in Rhodiorum portum deductos esse. Damni autem et rei frumentariae Atheniensium dati et maxime sociis πεντηκοστολόγοις (conf. §. 58.) allati causa fuit tum ipsa viri absentia, tum retentio mercatorum: qua re effectum est ut vectigal publicanis pendendum minueretur. — De quinquagesima vide Sluiter. lectt. Andocc. p. 106 sq. ed. Schiller. et Boeckh. Staatsh. d. Athen. I. p. 337. Locabantur haec vectigalia publicanis, quorum princeps, ἀρχώνης, socios in partem quaestus et jacturae vocabat, ipse conductoris seu mancipis partes agebat. Intendi autem legibus Atticis poterat actio βλάβης in publicanum qui sociorum fidem fefellisset: de quo genere exposuerunt Meier. et Schoemann. de Ord. Jud. p. 537. — In transcursu hic moneo, militia immunes

fuisse quinquagesimae redemtores: conf. Demosth. in Neaer. §. 27. Ulpian. ad Dem. in Mid. §. 166. Quamobrem mirum visum est Boeckhio viro celeberrimo (Staatsh. d. Athen. I. p. 362.), Leocratem in causae suae defensione hoc muneris praetextu non esse usum: quo videtur abstinuisse reus, quia vacatio a militia publicanis data erat ne urbe abesse cogerentur, id quod per muneris negotia non licebat. Qui quum peregre profectus esset, leges quae πεντηκοςῆς redemtoribus vacationem a militia dabant ad eum non pertinebant. Ceterum tot tantisque periculis patriae imminentibus ipsae publicanorum immunitates Hyperidis psephismati cessisse consentaneum est.

βλάβους. Moeris βλάβος Ἀττικόν· βλάβη κοινόν. Thom. Mag. βλάβος ἐπὶ οὐδετέρου δοκιμώτερον ἢ βλάβη: similiter alii. At raro forma Atticistis probata apud scriptores Atticos obvia est, velut Aristoph. Ran. 1086. Both. Antiph. de caede Herod. §. 91. Demosth. in Mid. §. 43. adv. Leptin. §. 9. Βλάβος veteribus Atticis, recentioribus βλάβη tribuitur: vid. Meier. et Schoem. de Ord. Jud. p. 475. Quod haud scio an minus recte statuerint viri docti. Etenim in lege quadam Solonis, prisci sermonis vestigia servante, βλάβη reperitur. Lys. adv. Theomnest. I. §. 19. ὅσαι δὲ πεφασμένως πωλοῦνται καὶ οἰκῆος καὶ βλάβης τὴν δούλην εἶναι ὀφείλειν: quae verba etsi cum Heraldo in hunc ordinem redigenda esse videntur: καὶ δούλης τὴν βλάβην κτλ., ipsa tamen nominis βλάβη forma pro genuina habenda est. Quod vel librarii lapsus testatur, quem verba καὶ δούλης τὸ βλάβος non inducere poterant, ut ad illam transpositionem delaberetur. cf. annot. ad §. 46. Ceterum non nescius sum veterum legum formam atque orationem haud semel post legislatorum tempora immutatas esse, atque prisci sermonis in publicis litteris vestigia a recentioribus esse oblitterata.

τὴν πεντηκοςὴν μετέχων αὐτοῖς. De hac structura vid. Matth. gr. gr. §. 325. not. Bernhardy. Synt. p. 149. Interpp. ad h. l. Nec tamen omnes loci a viris doctis allati huc pertinent, velut is qui depromtus est e Lexico ab Osann. ad Philemon. Gramm. p. 253. edito, ubi Demosthenica haec citantur: μετέχοντες τὴν αὐτὴν δόξαν τοῖς Λακεδαιμονίοις et Aristoph. Plut. 1144. οὐ γὰρ μετεῖχες τὰς ἴσας πληγὰς ἐμοί. Nam in similibus non participandi sensum capit verbum μετέχειν, sed ad totum refertur: dativi autem pendent e vv. τὴν αὐτήν, ἴσας, quae brachylogia est notissima.

§. 20. τοῦ ἀναβαίνειν τοὺς μάρτυρας. Testimonia litteris consignata una cum reliquis tabulis, litteris, syngraphis in ἐχίνῳ seu capsula asservatis, quae ad causam in judicio agendam pertinebant, coram judicibus depromebantur:

ıae quum scriba (γραμματεὺς) ab oratore jussus recitabat, stes qui in judicio praesto esse debebant, in suggestum cendebant, atque recitata aut ipso silentio aut viva voce ınfirmabant. Vid. Meier. et Schoem. de Ord. Jud. p. 674. inc ἀναβιβάβειν, καλεῖν, παρέχεσθαι μάρτυρας, — ἀνάβητε, δεῦρ' : μάρτυρες, — καί μοι μάρτυρας τούτων κάλει, similiaque alta.

βραχέα βούλομαι διαλεχθῆναι ὑμῖν. Conf. §. 146. αχέα πρὸς ὑμᾶς εἰπών. Lys. in Nicomach. §. 31. βραχέα ὸς ὑμᾶς εἰπεῖν βούλομαι. Βραχέα idem valet quod ὀλίγα: v. ıann. ad h. l. Schoemann. ad Isae. p. 185. et quos citat: ıemadmodum μικρὰ in ejusmodi loquutionibus ponunt. cf. emosth. de cor. §. 270. βούλομαι — ἔτι μικρὰ πρὸς ὑμᾶς τεῖν. in Mid. §. 108. βούλομαι μικρὰ πρὸς ὑμᾶς εἰπεῖν.

τὰς παρασκευὰς τῶν κρινομένων. Παρασκευαὶ ad ınis generis machinationes et universum apparatum respicit em accusati comparant ad effugienda judicii pericula. Vid. dd. Demosth. v. παρασκευή. Aeschin. in Ctesiph. §. 1. emi ad h. l.

τὰς δεήσεις τῶν ἐξαιτουμένων, intellige preces eorum i reorum patrocinium suscipientes omnibus modis student ctere judices atque nonnumquam ipsos testes gratia vel etio corrumpere. De verbo ἐξαιτεῖσθαι conf. annot. ad §. 5. Demosth. in Theocrin. §. 7. οὐδὲν ὅτι οὐ πεποιήκασι προστες τοῖς μάρτυσι, καὶ τὰ μὲν ἀπειλοῦντες αὐτοῖς τὰ δὲ πείντες μὴ μαρτυρεῖν.

χρημάτων ἕνεκα. De formis ἕνεκα, ἕνεκεν, εἵνεκα, εἵνεκεν οὕνεκα, οὕνεκεν, quae in Atticorum prosae orationis scriptom reliquiis obviae sunt, vide, si tanti est, interpretes ad Thucyd. . 56. Schaefer. appar. ad Demosth. II. p. 364. Bremi. in curs. VI. ad Lys. oratt. p. 443 sq. Benseler. ad Isocrat. eopagit. p. 351 sq. Quae praepositio ubi casui suo postnitur, nonnumquam interjectis verbis quibusdam ab eo ijuncta reperitur. conf. Dem. adv. Leptin. §. 88. Lys. in cib. I. 32. Schaefer. appar. ad Dem. III. p. 187. Foertsch. ss. critt. in Lys. oratt. p. 37.

ἀμνημονεῖν i. e. λέγειν ὅτι οὐ μέμνηνται τῶν γενομένων, ι λέληθεν αὐτοὺς τὰ συμβάντα, ut recte interpretatus est Coıs. Negatio μὴ quae in nonnullis codicibus atque in veteıus editionibus exstat, festinanti librario et sequentia verba μὴ ἐλθεῖν occupanti excidisse videtur. Conf. Dem. in Mid. 112. ἐμοὶ δὲ οὐδὲ τἀληθῆ μαρτυρεῖν ἐθέλοντας ὁρᾶτ' ἐνίους.

Ἀξιοῦτε jubete. Subtiliter et accurate de hujus verbi ınificatu exposuit Buttmann. in Indd. orat. Dem. in Mid.

ἀποδιδόναι reddere §. 87. praesertim debitum, conf.

§. 22. τὰ ὀφειλόμενα §. 53. τὰ τροφεῖα, in genere de iis ponitur, qui praestant ea quae ratio, officium, jus et aequum postulant atque praescribunt: conf. §. 149. ἀποδέδωκα τὸν ἀγῶνα ὀρθῶς καὶ δικαίως, ubi vide annotata.

μηδὲ λείπειν τὴν τάξιν ταύτην καὶ μιμεῖσθαι Λεωκράτην. Confer. Aesch. in Ctesiph. §. 7. ἀλλ' ὥσπερ ἂν ὑμῶν ἕκασος αἰσχυνθείη τὴν τάξιν λιπεῖν, ἣν ἂν ταχθῇ ἐν τῷ πολέμῳ, οὕτω καὶ νῦν αἰσχύνθητε ἐκλιπεῖν τὴν τάξιν, ἣν τέταχθε ὑπὸ τῶν νόμων: quibus verbis eodem modo Aeschines acerbe perstringit Demosthenem tamquam λιποτάκτην, quo Lycurgus Leocratem. Saepissime autem figurate ponunt nomen τάξις, velut Demosth. in Mid. §. 120. λελοιπέναι — τὴν τοῦ δικαίου τάξιν. — Quod infertur καὶ ante μιμεῖσθαι, ita positum est, ut negatio quae praecedit afficiat etiam verbum μιμεῖσθαι: quamobrem facile caremus negatione quam post καὶ infert cod. A, correctus is quidem, ut Bekkero videtur. Conf. Dem. de fals. leg. §. 49. ἐὰν δὲ μὴ ποιῶσι Φωκεῖς ἃ δεῖ καὶ παραδιδῶσι τοῖς Ἀμφικτύοσι τὸ ἱερόν.

λαβόντας τὰ ἱερά. Conf. Aeschin. in Timarch. §. 114. καὶ λαβὼν εἰς τὴν ἑαυτοῦ χεῖρα τὰ ἱερὰ καὶ ὀμόσας. Antiphont. de caede Herod. §. 12. τὸν αὐτὸν ὅρκον σοι διομοσαμένους καὶ ἁπτομένους τῶν σφαγίων καταμαρτυρεῖν ἐμοῦ. Andocid. de myster. § 126. 127. λαβόμενος τοῦ βωμοῦ ὤμοσεν. Dem. in Androt. §. 68. ὅρκον — ποιήσει — στὰς ἐπὶ τῶν τομίων κάπρου καὶ κριοῦ καὶ ταύρου κτλ. Etenim in Graeciae civitatibus inde ab antiquissimis temporibus erat hoc in more positum, ut aras, victimarum prosicia, alias res sacras manibus tangerent quum jurejurando sese obstringebant. Itaque septem illi duces (Aeschyl. Sept. 44.) inducuntur jurantes, θιγγάνοντες χερσὶ ταυρείου φόνου: atque apud comicum (Lysistr. 209.) in foedere sanciendo mulieres, quibus vinum Thasium pro victima est, urceo manum admovere jubet Lysistrata: λάζυσθε πᾶσαι τῆς κύλικος. Vid. Wesseling. ad Herod. 6, 68.

ἐξομόσασθαι. Iis qui testes excitati erant non licebat recusare quin testimonium dicerent, sed ἐξομόσασθαι coacti erant i. e. jurejurando interposito affirmare sese rem de qua quaereretur non habere compertam. Conf. Meier. et Schoem. de Ord. Jud. p. 671 sq. ib. 388. Demosth. in Theocrin. §. 7.

κλητεύσωμεν αὐτούς. Excitanti praeconi atque jubenti eos quibus testimonium esset denunciatum aut dicere testimonium aut ejurare, si qui morem non gessisset, mille drachmarum mulctam ei irrogari per leges licebat, quo pertinet verbum κλητεύειν vel ἐκκλητεύειν. Vid. Meier. et Schoem. de Ord. Jud. p. 388 sq. 677 sq. Ceterum et praeco et ora-

tor dicuntur κλητεύειν. Conf. Dem. in Neaer. §. 28. καὶ ἀναγκάσω μαρτυρεῖν ἢ ἐξόμνυσθαι κατὰ τὸν νόμον, ἢ κλητεύσω αὐτόν. Aeschin. de fals. leg. §. 68. καὶ ἐκκλήτευε, ἐὰν μὴ θέλῃ δευρὶ παρεῖναι. Conjunctivum κλητεύσωμεν, quem Lycurgus adhibuit, cur posthabuerint viri docti Hauptmannus, Beckerus, alii, conjecturae Taylori, κλητεύσομεν, haud facile perspexeris. Subdistinctionem post δημοκρατίας positam, qua deleta Baiterus verba ὑπὲρ ὑμῶν κ. τ. νόμων καὶ τ. δημοκρατίας cum verbo κλητεύσωμεν junxit, loco suo non esse movendam, praecedentia μηδὲ περὶ πλ. ποιεῖσθαι — τὰ δίκαια videntur docere: ut haec ἐὰν δὲ — δημοκρατίας in eandem sententiam dicta sint. Conf. Aesch. in Timarch. §. 50. ἵνα καὶ τοὺς θεοὺς δεδιὼς καὶ τοὺς συνειδότας αἰσχυνόμενος καὶ τοὺς ἄλλους πολίτας καὶ ὑμᾶς τοὺς δικαστὰς ἐθελήσῃ τἀληθῆ μαρτυρεῖν.

λέγε (i. q. ἀναγίγνωσκε, recita) quo verbo nihil in hac re frequentius. conf. ap. nostr. §. 28. 77. 146. Interdum pleonestice verbum ἀναγιγνώσκειν huic λέγειν adjiciunt: de quo genere vid. Schaefer. app. ad Dem. II. p. 378.

§. 21. ἐπειδὴ χρόνος ἐγένετο. Bekkerus propter imperfecta, credo, quae instant, ἀφικνεῖτο, φανερὸν ἦν, malebat ἐγίγνετο: contra quem Sauppius monuit non eandem esse horum temporum rationem. Leocrates, inquit, Megara confugit, quum aliquantum temporis praeteriisset et naves venirent: coll. Platon. Phaed. p. 61 A. ἐπειδὴ ἥ τε δίκη ἐγένετο καὶ ἡ τοῦ θεοῦ ἑορτὴ διεκώλυέ με ἀποθνήσκειν, ἔδοξε κτλ. et Blumius explicavit: χρόνου γενομένου citt. Herod. 1, 73. Diodor. 20, 109. — χρόνος autem et de longo et de brevi temporis spatio ponitur: vid. Passov. lex. v. Γίγνεσθαι, διαγίγνεσθαι, ἐγγίγνεσθαι, ἐπιγίγνεσθαι saepissime ad tempus referuntur. conf. Wesseling. ad Herod. II. 175. Bremi ad Lys. de olea sacra §. 9. De verbo ἐκγίγνεσθαι, quod legitur ap. Herodot. II. 175. χρόνου ἐκγεγονότος est quod dubites: malim cum Schweighaeusero ἐγγεγονότος; saepissime enim in libris MSS confusos esse litterarum ductus γγ et κγ (vid. annot. ad §. 87.) dubio caret.

οὐδὲν δεινὸν ἐγεγόνει περὶ τὴν πόλιν i. e. in Betreff der Stadt, pro τῇ πόλει. Vide de hoc praepositionis περὶ usu Bernhardy. Synt. p. 262.

ᾤκει ἐν Μεγάροις. Erraret si quis suspicaretur Lycurgum scripsisse μετῴκει, quo inquilini conditio respiceretur: quod Reiskio in mentem venerat ad Lys. in Eratosth. §. 4. ubi legimus de μετοίκῳ: ἔτη δὲ τριάκοντα ᾤκησε. Tu confer Lycurgea §. 26. οἰκῶν ἐν Μεγάροις. §. 145. οἰκήσας ἐν Μεγάροις. Lys. pro Callia §. 3. in Philon. §. 9. in Pancleon. §.

15. De verbo *κατοικεῖν*, quod nonnumquam positum reperimus de inquilino conf. annot. ad §. 56.

προςάτην ἔχων. Vide Coraëm ad Isocrat. de permutat. in ed. Orell. p. 238. *ὅτι δὲ νέμειν προςάτην ἡ χρῆσις καὶ οὐκ ἄλλως ἐνόμιζε λέγειν διδασκέτω σε ὅ τε Ἁρποκρατίων καὶ ὁ Σουΐδας κτλ.* ubi Orellius: „quae si recte monuit, legas apud Lycurgum *νέμων* pro *ἔχων* necesse est." At minime hoc necessarium: conf. Aristoph. Plut. 916. *προςάτην ἔχει*, quamquam translate haec dicta sunt. Suidas v. *ἀπροςασίου· ὅταν οὖν τις — προςάτην μὴ ἔχῃ.* id. v. *πωλητής· ὁ μέτοικος καὶ προςάτην οὐκ ἔχων.* Peregrinorum Athenis degentium quae fuerit conditio docent Boeckhius Staatsh. d. Athen. I. p. 353. Meier et Schoemann de Ord. Jud. p. 316. 561. Megaris eadem fere quae Athenis fuisse videtur conditio *τῶν μετοίκων*: nam *προςάτην* e civium numero eos adsciscere coactos fuisse hoc loco edocemur et *μετοίκιον* eosdem solvisse (*μετοίκιον τιθέναι*) patet e Demosth. adv. Aphob. de fals. test. §. 3.

ἐκ γειτόνων — οἰκῶν. Ἐκ γειτόνων et *ἐν γειτόνων*, quae nonnumquam in libris confusa sunt, Atticae sunt consuetudinis: i. q. in vicinia. Vid. Schaef. ad Bos. ell. p. 297. ad Gregor. Cor. p. 47. Valcken. ad Eurip. Phoen. (Schol.) p. 712 sq. Interdum articulum adjiciunt nomini, velut Aristoph. Plut. 431.

ἆρ' ἐςὶν ἡ καπηλὶς ἡ 'κ τῶν γειτόνων —

Lysistr. 653. *τοῖσι παισὶ τὴν ἑταίραν ἐκάλεσ' ἐκ τῶν γειτόνων.* et Nicostrat. *Πατριώτ.* ap. Athenaeum XV. p. 700. B.

ὁ κάκηλος γὰρ οὐκ τῶν γειτόνων.

Manifestum Osanni in annot. ad h. l. errorem, Demostheni (or. adv. Nicostrat. §. 10.) pro *ἐν γειτόνων* obtrudentis *ἐκ γειτόνων*, notavit Schaefer. in appar. ad Demosth. V. p. 352 sq. — *τῆς ἐκθρεψάσης αὐτὸν πατρίδος.* Conf. §. 47. *τὴν θρέψασαν αὐτούς.* §. 85. *τὴν θρεψαμένην*: de quibus Thom. Mag. p. 48 ed. Ritsch. *ὥσπερ — ἐθρεψάμην ἀντὶ τοῦ ἔθρεψα λέγομεν. Ἐκτρέφειν*, gross ziehen, non sine vi quadem pro simplici *τρέφειν* positum est, quo ingratus proditoris animus acerbius notaretur. conf. Aristoph. Pac. 607. *κορώνεων — ἣν ἐγὼ 'φύτευσα κἀξεθρεψάμην.* Equitt. 387. *ἢ μάτην γ' ἂν ἀπομαγδαλίας σιτούμενος τοσοῦτος ἐκτραφείην.* vid. Indd. Demosth. v. *ἐκτρέφειν.*

§. 22. *αὐτοῦ κατεγνώκει ἀΐδιον φυγήν.* Mirum quantum erravit Pinzger qui reddidit haec verba: Für so unbekannt hielt er seine Entweichung: recte Thurotus: Il se condamna si bien à un éternel exil. Verbum *καταγιγνώσκειν* plerumque accusativum rei et genitivum personae assumit: pro qua legitima hujus verbi structura inter-

dum duplicem ei subjungunt genitivum. Exempla dabunt Blum. ad Lycurg. p. 156. Schoemannus ad Isae. p. 483. quibus adde Lys. in Agorat. §. 65. ubi omnium codicum scripturam συκοφαντίας spreverunt Bekkerus et Franzius. Accusativum personae cum genitivo rei copulat Lys. de caede Erastosth. §. 30. accusativum rei cum accusativo personae Xenoph. Hellen. 1, 7, 36. Vid. Bernhardy. Synt. p. 243. — Vox ἀΐδιος, aeternus, sempiternus, quam nonnulli ex ἀεὶ et διὼν (δίειμι) compositam esse volunt, jure derivatur a solo ἀεί, cf. Schaefer. ad Gregor. Cor. p. 346. et Bast. in Addend. ib. p. 895. Quod vocabulum etsi non vulgare est, cave putes poëtarum proprium esse. cf. ap. nostr. §. 87. ἀΐδιον σίτησιν Xenoph. Cyrop. 7, 5, 73. νόμος — ἀΐδιός ἐςιν. Agesil. 11, 16. εἰς τὴν ἀΐδιον οἴκησιν κατηγάγετο, in sepulcrum. Demosth. epist. 3. p. 642. ed. Bekker. ἀϊδίους — καθιςάναι τὰς συμφοράς.

μεταπεμψάμενος. Μεταπέμπεσθαι, arcessere, quem significatum apud Atticos interdum adsciscit activa forma: quamquam Atticistae hunc usum reprobant. Vid. Thom. Mag. p. 230. Ritsch. Moerid. Attic. p. 188 ed. Lips., quos refutat Duckerus ad Thucyd. 6, 88.

ἔχοντα. Ἔχειν in matrimonio habere. cf. §. 23. Xenoph. Cyrop. 1, 5, 4. Anab. 3, 4, 13. de rep. Laced. 1, 7, 8.

τῶν φίλων Ἀντιγένην Ξυπεταιῶνα. Genitivum ex optimis codicibus jure suscepit Bekkerus pro vulg. τὸν φίλον. Conf. annot. ad §. 16. et Matth. gr. gr. §. 321. qui attulit Herod. 6, 114. ἀπὸ δ' ἔθανε τῶν ςρατηγῶν Στησίλεως ὁ Θρασύλεω. — Pro Ξυπετεῶνα quod olim vulgabatur, utique legendum Ξυπεταιῶνα: quam formam confirmant loci Demosthenici adv. Lacrit. §. 20. 34. in Neaer. §. 34. bis. Harpocrat. v. Ξυπεταίωνες (quamquam hic male Ξυπεταίων praebet pro Ξυπεταιών: quod in Beckeri quoque editione h. l. factum est) marm. Sandwic. ap. Boeckh. Staatsh. d. Ath. II. p. 216. al. marm. ap. Dubois catalogue d'antiquités formant la collect. de feu M. le comte de Choiseul-Gouffier Par. 1818. Corp. inscript. I. p. 255. 307. Vide virr. dd. ad h. l. Osann. Pinzg. in annot. crit. p. 274. Bait. et Saupp. Ξυπέτη est δῆμος tribus Cecropidis. Ceterum a librariis in hac voce non semel peccatum est: Ξυμπετεών praebet r ap. Dem. adv. Lacritum §. 20. ἐξυπεταιων F Φ ib. Ξυπεταίωνα r ap. Dem. in Neaer. §. 34. ἐξυπεταίων et ἐξυπεταιῶνα υ ibid.

τἀνδράποδα καὶ τὴν οἰκίαν ἀποδόσθαι ταλάντου· καὶ κτλ. Emit Amyntas domum atque servos, intellige χαλκοτύπους, quos commemorat §. 58. Hos autem Athenis reliquisse Leocratem per se patet. Conf. §. 23. ἐπρίατο — τὰ ἀνδράποδα — καὶ τὴν οἰκίαν. — Verba τἀνδρ. κ. τ. οἰκίαν ad

utrumque verbum (*πρίασθαι* et *ἀποδόσθαι*) cogitatione sunt refereuda: *ἀποδόσθαι* autem e conjunctione *ὥςε* pendeat necesse est. Quae quum ita essent, ne licenter vagarentur verba sequentia *ἀπὸ τούτου κτλ.*, *καὶ* particulam, quam omisit Bekkerus, tenent codices $A^{o}Z^{o}B^{o}$, reponendam esse censui.*)

τοῖς τε χρήςαις creditoribus: quod vocabulum debitorem nonnumquam designat. Conf. Lobeck. ad Phrynich. p. 468.

τοὺς ἐράνους διενεγκεῖν. *Ἔρανος* h. l. est mutuum conditionale, de quo genere vide Boeckh. Staatsh. d. Ath. I. p. 264. Meier. et Schoem. de Ord. Jud. p. 540 et qui citantur ib. p. 543. Wachsmuth. Hell. Alterth. II. 1, p. 230. Huc pertinent loquendi formulae: *ἔρανον αἰτεῖν, συλλέγειν, ἐρανίζειν* Dem. epist. 3, p. 644. ed. Bekker. Schaefer. app. ad Dem. V. p. 749. Harpocrat. v. *ἐρανίζοντες.* — *ἔρανον φέρειν, εἰςφέρειν, ὑποτελεῖν* — *ἔρανον λείπειν* — *ἔρανον ἀποδοῦναι, διενεγκεῖν.* Vide Casaubon. ad Theophrast. character. 15, 2.

§. 23. *συνθήκας ποιησάμενος* cf. §. 24. *συνθῆκαι* quod h. l. ad pactum privatorum spectat, etiam ad civitatum foedera pertinet, velut ap. nostr. §. 73.: nam generatim de eo ponitur quod inter aliquos convenit. Ceterum totum hoc genus pluralem numerum amat, velut *συμβόλαια, συγγραφαί,* alia. Vid. Meier. et Schoem. de Ord. Jud. p. 494. 497. Indd. Demosth. v. *συνθήκη.*

θέμενος παρὰ Λυσικλεῖ. Pinzger: die er beim Lysicles auf Zins genommen. Thurot: et en déposa la valeur entre les mains de Lysiclès: qui falso verbum retulerunt ad argentum (*μνᾶν*). At loquitur de tabulis quae pactum continebant (*συνθῆκαι*) apud Lysiclem depositis: quem morem illustrarunt Meier. et Schoem. de Ord. Jud. p. 497. 501 sq.

μίαν μνᾶν τόκον ἔφερε. Vitium in his verbis videtur latere: etenim quum imperfectum tempus de menstruis usuris debeat intelligi, id quod rei usurariae apud Graecos usitatae ratio postulat, parum modicam esse hanc usuram patet: quippe quae media sit inter eam quam Graeci dicunt *ἐπὶ τρισὶ δραχμαῖς* i. q. 36 pro centenis nostro loquendi more et *τόκους ἐπιτρίτους* i. q. $33\frac{1}{3}$ pro centenis. Nam quum universa sors (pretium servorum) esset triginta quinque minarum, si in singulos menses singulam minam a debitore sibi stipulatus esset Amyntas, per integrum annum creditori duodecim minae dependendae erant i. q. $34\frac{2}{7}$ pro centenis. Vid. Boeckh. Staatsh. d. Athen. I. p. 143 sq. Wachsmuth. Hell. Alterth. II. 1, p. 229 sq. — Huc accedit, quod v. *μίαν* contra Grae-

*) Typothetae errore factum est ut in annot. crit. ad h. §. p. 11. exciderint nonnulla. Legendum: *ταλάντου καὶ ἐπὶ τούτοις* Heinr. *καὶ ἐπὶ τούτοις* vett. edd.

eorum morem adjectum est nomini μνᾶν: quod vidit Coraës qui in annot. ad h. l. p. 51. κακῶς πλεονάσαν, inquit τὸ ἀριθμητικὸν ὄνομα ἀχερίσκοις διείληφα. Possis suspicari oratorem scripsisse ἡμιμναῖον, quod lapsu librariorum in μίαν μνᾶν abierit. De vocabulo ἡμιμναῖον conf. Lobeck. ad Phrynich. p. 554. — Ceterum is qui usuram accipit λαμβάνειν, ἀπολαμβάνειν et κομίζεσθαι τόκον s. τόκους dicitur (τόκοι nonnumquum ἔργον nuncupantur, Dem. in Aphob. I. §. 10. 17.) cf. Lys. adv. Mantith. §. 3. Dem. adv. Onetor. I. §. 9., qui dependit φέρειν et ἀποδιδόναι τόκον Lys. apospasm. 2. Aeschin. in Ctes. §. 104. τιθέναι Dem. adv. Spud. §. 9. τοκοφορεῖν in Neaer. §. 52. Caput autem s. sors est τὸ κεφάλαιον Suid. v. Aesch. in Ctes. §. 104. τὸ δάνειον Dem. adv. Boeot. de dote §. 52. adv. Dionysod. §. 12. 13. τὸ δάνεισμα adv. Timoth. §. 52. τὸ ἀρχαῖον ib. §. 54. adv. Dionysod. §. 32. 33. τὸ χρέος Isae. de Ciron. her. §. 37. τόκος et χρήματα opponuntur ap. Aristoph. Thesmophor. 800 sq. Conjuncta reperiuntur δάνειον τὸ ἀρχαῖον, τοῦ ἀρχαίου δανείσματος, τὸ ἀρχαῖον δάνειον Demosth. adv. Dionysod. §. 35. 37., quae Schaeferum induxerunt (appar. ad Dem. V. p. 421.) ut interpretantis esse crederet τὸ ἀρχ., ἀρχαίου, ἀρχαῖον: quod an recte vir doctissimus statuerit dubitari potest.

λόγον — ἀλήθειαν. Saepissime λόγος et ἔργον vel ἔργα opponuntur, conf. ap. nostr. §. 116. 123., non in eundem sensum ubique adhibita: similiter ὁ λόγος et τὸ ἀληθὲς s. ἡ ἀλήθεια opposita inveniuntur. Vide Valckenar. ad Herod. II, 100. Bergmann ad Isocrat. Areopagit. in ed. Benseler. p. 182.

ἐκεῖνον αὐτὸν παρειχόμην. Bekkerus post ἐκεῖνον particulam ἄν inserendam esse duxit, quam Beckerus ante παρειχόμην desideravit: quibuscum Coraës facit qui ἐκεῖνον ἂν αὐτὸν edidit. Idem sentit Bernhardyus Synt. p. 376. Attamen non possum, quin viris doctissimis adverser, qui ἄν particulae omissionem in enuntiatione hypothetica arctioribus circumscribunt finibus, eorum memor, quae de hoc genere disputata sunt a Reisigio (de vi et usu ἄν particulae p. 137 sq.), Bremio in excurs IV. ad Lysiae orationes p. 438 sq. Stallbaumio ad Platon. Sympos. p. 190 C. et p. 198 C. et quos citat., Schoemanno ad Isae. p. 194 et 416., Hartungio de gr. linguae particulis II. p. 233 sq. 240 sq. Confer. Lys. de caede Eratosth. §. 38. εἰ δὲ ἤδη πάντων διαπεπραγμένων — ἐλάμβανον αὐτόν, σωφρονεῖν ἐμαυτόν ἡγούμην in Agorat. §. 90. εἰ μὲν οὖν οὗτος μὲν ἐν ἄστει, ἡμεῖς δ' ἐν Πειραιεῖ ἦμεν, εἶχόν τινα λόγον αὐτῷ αἱ συνθῆκαι. Demosth. prooem. 34. ἐγὼ μὲν δὴ σιωπᾶν ᾤμην δεῖν —, εἰ — ἑώρων. Thucyd. 3, 74. ὥστε καὶ χρήματα πολλὰ ἐμπόρων κατεκαύθη καὶ ἡ πόλις ἐκινδύνευσε πᾶσι διαφθαρῆναι, εἰ ἄνεμος ἐπεγένετο τῇ φλογί. Lycurgi locum

Stallbaumius quoque tuetur ad Plat. Sympos. p. 198. C. — Ceterum παρέχεσθαι (μάρτυρας) est verbum hujus rei proprium, ubivis apud oratores obvium. Activam tamen formam quam nonnulli ab hoc significatu alienam esse pronuntiarunt, vid. Pierson. ad Moerid. p. 320. Struve Lectt. Lucian. p. 248. Coraës ad Isocr. p. 89., equidem haud prorsus abjudicaverim ab hac formula. Conf. Lucian. Catapl. c. 27. τούτων παρέξω σοι μάρτυρας. Phrynich. Eclog. p. 135. Lobeck. εἰ καὶ μάρτυρα παρέχοι τις. Vid. Bremi. in annot. crit. ad Isocr. Archidam. §. 32. νυνὶ δὲ „ut nunc est" cf. supr. §. 3. Devarius p. 239. Νυνὶ nusquam hac significatione dici sed temporis tantum esse Schaeferus contendit in appar. ad Dem. II. p. 272. quem sequuti sunt Engelhardt. obss. critt. in Dem. p. 21. alii. At falli viros doctos patet e nonnullis oratorum locis. Conf. Lycurgi frgm. 41. ed. Bait. et Saupp. εἰ μὲν ὑπὲρ ἰδίου τινὸς ἦν ὁ ἀγὼν — νυνὶ δὲ —. Lys. pro Polystr. de eversa republ. §. 5. νυνὶ δὲ νομίζουσι τὴν πρὸς ἐκείνους ὀργὴν ἱκανὴν εἶναι. Isae. de Cleonym. her. §. 30. ed. Schoem. εἰ μὲν —· νυνὶ δὲ πᾶν τοὐναντίον εὑρήσετε. Dem. in Mid. §. 128 sq. εἰ μὲν —· νυνὶ δὲ τοσαῦτ' ἐςὶ τἄλλα κτλ., ubi Meier. e Schaeferi sententia cum cod. r reposuit νῦν δέ. Neque enim ratio ulla potest excogitari cur νυνὶ ab hac formula abesse jubeamus: quamquam majorem vim exserit νυνὶ quam νῦν.

Καί μοι λέγε. Καὶ quando jungitur imperativo auget impellendi et cohortandi vim quae inest imperativo: locum habet saepissime apud oratores in citandis legibus, decretis, testimoniis atque omnis generis tabulis. Vid. Viger. ed. Herm. p. 524. Hartung. de gr. lingu. partt. I. p. 148. Conf. ap. nostr. §. 28. 36. 118. 125. 146. Quo pertinet Latinorum „atque." Cic. pro Rosc. Amer. c. 9. Atque ipsum decretum, quaeso, cognoscite. pro P. Sextio c. 4. Atque, ut illius temporis atrocitatem recordari possitis, audite litteras.

τὰ ἀνδράποδα Ἀμύντας. Τἀνδράποδα dederunt viri docti, aequabilitatis potius quam codicum ratione habita: quod temere factum esse censeo. — Articulum autem quem cum codice Z nonnulli addiderunt ante Ἀμύντας, si melioris notae codices offerrent, equidem non spernerem. Nam quod Baiterus et Sauppius monuerunt, „omitti articulum, quia dicta sint ex mente testis qui articulum ponere non poterat" verum hoc quidem est: at poterat addi ex mente oratoris. — Ceterum ad compendiariam loquutionem qua in citando testimonio utitur Lycurgus, conf. Dem. pro Phorm. §. 48. λαβέ μοι ταυτασὶ τὰς μαρτυρίας ὡς ἐγένετο Πασίων Ἀρχεστάτου. adv. Phaenipp. §. 23. ἔπειτα (ἀνάγνωθι) τὰς μαρτυρίας ὡς δύ' οἴκων λειτουργούντων οὑτοσὶ Φαίνιππος κεκληρονόμηκεν. Cogi-

tatione supplendum esse videtur ad v. *μαρτυρίαν* in hujusmodi formulis verbum *λέγουσαν* vel simile quid: subjiciuntur enim ea ipsa quae testimonium continet. — De emtione et venditione vid. Meier. et Schoemann. de Ord. Jud. p. 497. ib. p. 501.

§. 24. Philomelus et Menelaus homines ceteroquin ignoti, alter e Cholargo oriundus, qui est populus (*δῆμος*) tribus Acamantidis, alter legati munere olim functus: cujus *δῆμον* non adjecisse videtur orator, quia hominem populo universo notum indicarunt verba *ὁ πρεσβεύσας πρὸς βασιλέα*. — Notum est nomini *βασιλεύς*, quando ad Persarum regem refertur, articulum modo adjici, modo deesse (quod rarius factum esse cave ne temere credas Bremio in annot. ad Dem. adv. Philipp. III. §. 16.) Confer Schaefer. Melet. p. 4. Baiter. ad Isocr. Paneggr. §. 145. Jure autem Benseler. in annot. ad Isocr. Areopag. p. 124 sq., ubi subtiliter et accurate de articuli omissione disputat, videtur statuisse, articulum tum omitti, quum rex Persarum in universum designatur ita ut eodem jure regnum Persicum scribi possit: quod in nostrum quoque locum cadit. — Adjiciunt autem verbo *πρεσβεύειν* plerumque vv. *πρός τινα* aut *εἴς τινα χώραν*. Aeschin. de fals. leg. § 146. 149. et passim.

Λάβε. Sic edidi cum Bekkero pro eo quod dederunt Osannus, alii (*λαβέ*), grammaticorum veterum praeceptis obedientes. Vid. Osann. et Blum. ad h. l. Moerid. Attic. v. *δὲ* ed. Lips. p. 143. Gregor. Cor. p. 121. Schaef. Buttm. gr. gr. I. p. 463. Nec tamen ipso grammaticorum concentu hoc comprobari videtur, alteram pronuntiandi atque scribendi rationem prorsus alienam fuisse ab Atticorum consuetudine: nec probabilis causa potest afferri, cur libri MSS adeo tenaciter plerumque formam cum istis praeceptis discrepantem tradiderint: quamquam non nescius sum, quantum ignorantiae simul et audaciae assignari soleat librariis. Vid. etiam Goetting. de accentu p. 22 sq. — Ceterum nusquam oratores alia quam aoristi forma utuntur quum scribam tabulas jubent proferre: contra plerumque praesens tempus adhibent, ubi recitare eundem jubent leges, testimonia, alia hoc genus, *λέγε*, *ἀναγίγνωσκε*, rarius aoristum *ἀνάγνωθι*. Conf. ap. nostr. §. 36. 114. 118. 120. 125. Utrumque solent conjungere *καί μοι λάβε — καὶ ἀναγίνωσκε* §. 36. 118. et *λάβε — καὶ ἀνάγνωθι* §. 114. Illud uno actu erat peragendum (*λάβε*), hoc non item (*τὸ ἀναγιγνώσκειν*): verum in arbitrio oratoris hoc positum erat atque ex affectu loquentis pendebat, utrum praesenti (*ἀναγίγνωσκε*) adhibito quae facienda essent indicare, an, aoristo posito, quae celeriter essent peragenda imperare mal-

let. Conferatur, qui optime de hoc genere disputat, Schoemannus ad Isae. p. 235 sq.

§. 25. *Τῶν μὲν μαρτύρων —. Ἄξιον δ' ἐστὶν ἐφ' οἷς μέλλω λέγειν* — *Μὲν* particula quam Reiskius desiderabat e codice A jure a recentioribus editoribus reposita est: neque tamen *καὶ* particula, quam Baiterus ante *ἐφ' οἷς* inserendam esse censuit, locum videtur habere. Etenim duas has enuntiationes, in quibus particulae *μὲν — δὲ* positae sunt, non tam arcte conjungendas esse putamus ut verba *ἀγανακτῆσαι* et *μισῆσαι* ad utramque pertineant: quod necessarium esset si *καὶ* insereretur. Ad aliam rem transit orator quae ei nunc animo loquentis obversatur.

τουτονὶ Λεωκράτην conf. §. 38. *Λεωκράτης οὑτοσί.* §. 52. *Λεωκράτους τουτουί* Demosth. de fals. leg. §. 2. *τουτονί δ' Αἰσχίνην.* Xenoph. Anab. 1, 6, 6. *περὶ Ὀρόντου τουτουί. Οὗτος* articulo non addito *δεικτικῶς* nec sine indignatione vel contemtu de eo qui praesens est ponitur.

Οὐ γὰρ ἐξήρκεσε τὸ σῶμα — μόνον ὑπεκθέσθαι. Dictioni *οὐκ ἐξαρκεῖ* haud raro adjicitur adverbium *μόνον*, ita tamen ut nusquam cum verbo *ἐξαρκεῖ* conjungi debeat, sed ad ea quae pendent ex hoc verbo pertineat, velut hoc loco ad *τὸ σῶμα καὶ τὰ χρήματα ὑπεκθέσθαι.* Exempla congesserunt Baiterus et Sauppius e Xenoph. Memor. 2, 2, 6. Hellen. 3, 2, 21. Cyrop. 8, 8, 17. Isocr. Aeginet. §. 47. Andocid. in Alcibiad. §. 15. Lys. adv. Simon. §. 25. Demosth. adv. Leptin. §. 133. quem locum Wolfius non recte interpretatus est. Dicit orator: *εἰ μὴ μόνον ἐξαρκέσαι τοῖς τὰ τοιαῦτα πολιτευομένοις τὸν ἐκείνου δοῦλον Λυκίδαν πρόξενον ὑμέτερον πεποιηκέναι, ἀλλ' εἰ καὶ διὰ τοῦτον πάλιν τῶν ἐκείνῳ τι δοθέντων ἀφέλοιντο:* Wolfius: „si hoc unum iis non sufficeret" — quod in verbis non inest. Vid. Schaefer. app. ad Dem. III. p. 251. — *τὸ σῶμα τὸ ἑαυτοῦ.* De collocatione pronominis reflexivi confer Krueger. ad Xenoph. Anab. V. 6. 16. Rost. gr. gr. ed. 4. p. 465 sq. *ὑπεκτίθεσθαι* est clam ablegare (in locum tutum). cf. ap. nostr. §. 53. *τοὺς υἱεῖς καὶ τὴν γυναῖκα.* Demosth. de fals. leg. §. 194. *φοβηθέντες — ὑπεξέθεντο τὰς θυγατέρας παιδία ὄντα εἰς Ὄλυνθον.*

τὰ ἱερὰ τὰ πατρῷα. De diis et sacris *πατρῴοις* vid. Lobeck. Aglaopham. I. p. 276. 771. II. p. 1238. et de sacris privatis diss. I. p. 6. Schoemann. ad Isae. p. 201 sq. 222 sq. „*Θεοὶ πατρῷοι*, gentium ac familiarum quasi quidam di penates, partim ab omnibus civibus, sed privatis caerimoniis celebantur, partim sui cuique genti ac familiae proprii erant." Schoem. ad Isae. p. 201. Hos penates Megara arcessivit Leocrates: at orator, quamvis vividis coloribus hanc Leocratis

mpietatem adumbret, non efficit ut contra jus fasque hoc ecisse videatur reus: imo mos fuisse videtur Graecorum, it qui sedem fortunarum suarum, patria relicta, apud exteos figeret, is deos quoque penates, familiae tutelares, secum xportaret: ita ut impietatis crimini obnoxius esset si qui lereliquisset deos suae gentis proprios atque cultu orbasset. — Verborum autem conformatio, τὰ ἱερὰ —, ἃ —, ταῦτα —, frequentissimi usus est in oratorum reliquiis. Confer ap. nostr. §. 42. τὸν δῆμον, ὃν —, οὗτος κτλ. §. 46. τὸν ἔπαινον, ὃς —, τοῦτον κτλ. §. 93. Καλλίστρατον, οὗ —, τοῦτον κτλ. §. 127. τῆς πίστεως, ἣν —, ταύτης κτλ. Demosth. prooem. 40. τοὺς ὑμετέρους φίλους, οὓς —, τούτους κτλ. Plat. Phaed. p. 107. D. ὁ ἑκάστου δαίμων, ὅσπερ ζῶντα εἰλήχει, οὗτος ἄγειν ἐπιχειρεῖ κτλ. Cum vi plerumque infertur pronomen demonstrativum in similibus: quamquam nonnumquam factum est, ut post intersertam enuntiationem relativam, verbosam eam atque longo intervallo disjungentem verbum a nomine praegresso, perspicuitatis causa pronomen demonstrativum poneretur, quo ad nomen illud rejiceretur cogitatio. Conf. annot. ad §. 27. Matth. gr. gr. p. 877.

τοῖς ὑμετέροις νομίμοις. Νόμιμα in universum sunt ea quae usu recepta sunt, mores, leges, deorum cultus: cf. infr. §. 26. 59. 109. 129. Heind. ad Platon. Sophist. §. 32. Etiam ad justa funebria respicit, velut ap. nostr. §. 97. 147. Dinarch. in Aristogit. §. 8. vid. Schoemann. ad Isae. p. 217 sq.

καὶ πατρῴοις ἔθεσιν. Recte mea quidem sententia Schoemannus (ad Isae. p. 218.) de verborum πάτριος et πατρῷος differentia exposuit, grammaticorum amplexus praecepta. Neque enim dubitandum est, quin v. πατρῷος tum ea quae ad patrem referuntur, tum latius patens ea quae gentes et familias spectant, soleat designare, v. πάτριος autem ad mores atque instituta universae reipublicae a majoribus ad posteros propagata pertineat. Confusa nonnumquam esse haec vocabula libri manu scripti inter se comparati docent: vide varietatem scripturae in Isocrat. Panegyr. §. 25. Thucyd. 4, 118. 8, 76.: nec adeo dissimilia erant scripturae compendia quibus scribae utrumque significabant, ut festinans librarius in errorem non potuisset induci. Sic enim pingebantur πριος, πρωιος. v. Bast. commentat. palaeograph. p. 837. Permutata haec sunt ap. nostr. §. 59. at eo loco quem nunc tractamus sanum esse videtur πατρῴοις: etenim loquitur orator de diis atque sacris quae gentium et familiarum propria sunt, ut sit „nach altherkömmlicher Familiensitte." Ceterum dativi τοῖς νομίμοις et ἔθεσι non, ut Pinzgerus vult, cum verbo ἱδρυ-

σάμενοι arctissime conjungenda sunt, sed ad utrumque verbum (παρέδοσαν et ἱδρυσάμενοι) referenda. — De verborum πάτριος et πατρῷος discrimine adeas etiam Duckerum ad Thucyd. 8, 76. Morum ad Isocr. Panegyr. ed. Spohn. p. 21., ne te in errorem inducant, quae disputata sunt de hoc genere ab interpretibus ad Thucyd. 4, 118. Schmidtio ad Din. in Demosth. §. 62. et interpretibus h. l. et infr. §. 26. — In transcursu licebit monere, poëtam quoque (Oed. Tyrann. 1394.) non miscuisse utriusque verbi notionem in his: καὶ τὰ πάτρια λόγῳ παλαιὰ δώμαθ' κτλ., quod ei placuit, qui glossam adscripsit: πατρῷα. Germanice reddideris: das heimathliche Haus, quae verba respiciunt patriam.

συμφεύγειν αὐτῷ ἐκλείποντα κτλ. i. q. ἐκλείπειν τοὺς νεὼς κτλ. καὶ συμφεύγειν αὐτῷ, ut non necessarium sit quod Corai in mentem venit ἐκλιπόντα: ad ipsam enim fugae adumbrationem pertinent illa verba ἐκλείποντα κτλ. Amat hoc amplificendi genus orator, cujus verbositas etiam in praecedentibus conspicitur: ταῦτα μετεπέμψατο εἰς Μέγαρα καὶ ἐξήγαγεν ἐκ τῆς χώρας. — In verbis συμφεύγειν — ἱδρύσασθαι — εἶναι repentina est subjecti mutatio quae Bekkerum induxit ut de corrigendo verbo ἱδρύσασθαι cogitaret: nec potest negari, duabus litteras ejectis verborum concinnitatem posse restitui, quae postulat ἱδρῦσθαι vel simile quid. At multa ejusmodi exempla obvia sunt, quae graeci ingenii mobilitatem produnt, ut consulto nonnumquam scriptores respuisse videantur verborum concinnitatem. Conf. Antiphont. I. §. 26. Bekk. πῶς οὖν ταύτην ἐλεεῖν ἄξιόν ἐςιν ἢ αἰδοῦς τυγχάνειν παρ' ὑμῶν —; Andocid. in Alcib. §. 9. δεινὸν νομίζω τοὺς μὲν ἁλόντας μιᾷ ψήφῳ μόνον ἀποθνήσκειν καὶ τὰ χρήματα δημεύειν αὐτῶν, τῶν δὲ νικησάντων πάλιν τὰς αὐτὰς κατηγορίας ὑπομένειν. Isae. de Nicostr. her. §. 3. οὐδὲ προσποιοῦνται ἐκείνου τοῦ ὀνόματος, οὔτε γινώσκειν οὔτε προσήκειν αὐτοῖς. De quo genere confer Stallbaum. ad Plat. de rep. I. p. 331. C. Protagor. p. 320. A. Gorg. p. 510. B. et quos citat. — Foertsch. obss. critt. in Lys. oratt. p. 47. Schoemann. ad Isae. p. 270. 294.

ἐπὶ ξένης καὶ ἀλλοτρίας. Ἐπὶ ξένης saepissime obvium Xenoph. Lacedaem. 14, 4. Isocr. Panegyr. §. 168. Demosth. ep. 3. p. 644. Bekk. Dionys. Halicarn. de Thucyd. jud. 2, 18, 5. ἐπ' ἀλλοτρίας rarius invenitur atque vereor ut utrumque alibi conjunctum reperiatur.

ὀθνεῖα. Harpocrat. s. v. Ὀθνεῖος Ἰσαῖος ἐν τῷ κατὰ Στρατοκλέους ἀντὶ τοῦ ἀλλότριος, ὡς καὶ παρὰ Πλάτωνι ἐν πρώτῳ νόμων. Gregor. Cor. de dialecto ion. p. 489. ed. Schaef. ubi hoc hyperthesis exemplum citatur: ὡς τὸ ὀθνεῖος· ἦν γὰρ

νόθος, νοθεῖος καὶ καθ' ὑπέρθεσιν ὀθνεῖος. Confer Maussac. ad Harpocrat. p. 229 (215 ed. Lips.).

τοῖς νομίμοις — εἰθισμένοις. Confer Platonis locum quem Osannus attulit, Phaedr. p. 265. A. τῶν εἰοθότων νομίμων, ubi τὰ νόμιμα substantivi locum tenent. v. Stallbaum. ad h. l. τὸ νόμιμον ἔθος apud Demosthenem est, or. de fals. legat. §. 234.

§. 26. οἱ μὲν πατέρες ὑμῶν de majoribus dictum, ut infra §. 102. 124. 127. Conferre licet, si tanti est, Orell. ad Isocrat. de permut. p. 229. Krueger. Indd. ad Dionys. Historiogr. v. πατήρ.

τὴν Ἀθηνᾶν ὡς τὴν χώραν εἰληχυῖαν. Virorum doctorum, quos offendit accusativus absolute positus, conjecturas atque molimina in annotatione critica ad h. l. exhibui. Mihi quidem neque ejiciendum quidquam neque extrinsecus assumendum esse videtur: quippe qui memor sim, ejusdem verbi (ὁμώνυμον) atque similium sententiarum assiduitatem a Lycurgi ingenio non abhorrere. Verborum autem conformationem Sauppius perspexit, qui accusativos absolutos in eorum numero reposuit, in quibus ὡς participio adjectum ad persuasionem animi indicandam a Graecis usurpatur. Vide quae de hoc genere annotavimus ad §. 90. conf. Bernhardy. Synt. p. 134. Verba autem trajecta sunt: nam a similibus ὡς particula primum locum solet obtinere. Hoc autem loco vv. τὴν Ἀθηνᾶν in fronte collocata sunt, tum quia primariam notionem continebant atque ipsa pronuntiatione erant adjuvanda, tum, ut videtur, ne quinque verborum in litteram ν desinentium et trium syllaba αν terminatorum assiduitas aures offenderet. Trajectae particulae ὡς exempla conferri jubet Sauppius ab Heindorfio collecta ad Platon. Theaetet. p. 188. A. Soph. p. 242. C. At Lycurgi verba (§. 8.) ἐμοῦ θεωρήσατε ὡς δικαίαν — ποιουμένου, quae excitavit, aale videtur intellexisse vir doctus. Conf. quae annotavimus ad §. 28. Ceterum Pinzgerus Blumius et Baiterus ἀνακολούθως haec verba posita esse volunt. Incipit enim orator, inquit, tamquam additurus sit ἐπώνυμον ἐποίησαν τῆς πατρίδος: cum vero ita pergit, quasi praecedat τῇ Ἀθηνᾷ ὡς τὴν χ. εἰληχυίᾳ. Hactenus Blumius. De re quam tangit orator exposuit Wachsmuth. Hell. Alterth. II. 2, p. 505 sq. in appendice de κλήροις deorum. Conf. Ulpian. ad Demosth. in Mid. §. 198. εἰσὶ δὲ καὶ παρὰ τοῖς Ἀθηναίοις μάλιστα οὗτοι (i. e. Juppiter, Apollo, Minerva) τιμώμενοι, ὁ μὲν πατρῷος, ἡ δὲ ἐπώνυμος κτλ. ad quem locum recte annotavit Meier (in annot. crit.): Cave ne „cognominem" reddas cum Wolfio, quasi

eo nomine dea coleretur ab Atheniensibus: significat enim ab ea dea Athenienses esse dictos. —

ὁμώνυμον — προσηγόρευον Ἀθήνας. Adjectivum ὁμώνυμον ad praedicatum pertinet, ut sententia insit verbis: ὁμώνυμον αὐτῇ τὴν πατρίδα κατέςησαν προσαγορεύοντες (αὐτὴν) Ἀθήνας. De verbo προσαγορεύειν conf. Xenoph. Cyrop. 7, 2, 9. τοῦτο γὰρ ἡ τύχη ἔχειν τὸ ἀπὸ τοῦδε δίδωσι σοὶ καὶ ἐμοὶ προσαγορεύειν. Isocrat. Phil. §. 132. βασιλέας μεγάλους προσαγορευομένους.

ἵν' οἱ τιμῶντες — μὴ ἐγκαταλίπωσι. Praecedit tempus praeteritum ad quod refertur ἵνα cum conjunctivo: quod idioma saepissime in narratione adhibent Graeci, ita ut a praeterito in praesens tempus videantur transire: vid. Bernhardy. Syntax. p. 372. qui de conjunctivo conjunctioni ἵνα adjecto disputat ib. p. 401. Hoc loco accedit, quod de re sermo est ad omnes omnium temporum cives Atticos spectante: quamobrem generalis sententia cui praesens aptum est animo loquentis obversatur. Neque tamen conjunctivo praesentis opus est, quem Coraës verbi ἐγκαταλίπωσι loco maluit reponere: inest enim aoristi conjunctivo idem fere sensus quem capit praesens, obscurata plerumque genuina temporis notione. Conf. eundem Bernhardyum Synt. p. 382.

οὔτε νομίμων οὔτε πατρῴων [οὔτε] ἱερῶν. Prius οὔτε alii, alii posterius, (alterutrum Dobreus) ejiciendum esse censent: defendunt utrumque Baiterus et Sauppius, in auxilium vocatis §. 27. 35. 149, ubi tria haec: ἱερά, πατρίς, νόμοι enumerantur. At πατρῷα pro πατρὶς poni posse equidem nego: quae vox, quando substantivi instar est, plerumque paterna bona designat. Itaque quum alterutrum delendum sit, posterius οὔτε malim abesse: ut νόμμα in universum ad mores atque instituta reipublicae et deorum cultum, πατρῷα ἱερά ad penates illos respiciant.

τὸ καθ' ἑαυτόν. conf. §. 147. Idem valent formulae loquendi: κατὰ τὸ ἑαυτοῦ μέρος §. 97. τὸ καθ' αὑτὸν μέρος §. 17. de quibus confer Bernhardy. Synt. p. 131. 241. Frequentant haec Graeci: rarior dictio exstat ap. Demosth. adv. Leochar. §. 59. ἐπὶ τὸ τῶν διαμαρτυρούντων μέρος quam Reisk. explicavit verbis: ὅσον ἥκει ἐπὶ τὸ μέρος. vid. Bernhardy. Synt. p. 252. τὸ ἐπὶ τούτῳ μέρος est ap. nostr. §. 45. vid. Bernh. Synt. p. 250. 329.

ἀφορμῇ „als Betriebskapital." Conf. Indd. Demosth. v. p. 101 sq. ed. Schaef.

ἐκ τῆς Ἠπείρου. Vid. Etymolog. Paris. a Bastio citatum ad Gregor. Cor. p. 280. Τριχῶς δὲ τὸ τῆς Ἠπείρου ὄνομα. Ἤπειρος κυρίως ἡ πᾶσα γῆ πρὸς ἀντιδιαςολὴν τῆς θα-

λάσσης, Ἤπειρος καὶ ἡ Ἀσία πρὸς ἀντιδιαξολὴν τῆς Εὐρώπης, Ἤπειρος καὶ ἡ Θεσπρῶτις corr. Θεσπρωτίς. conf. Addend. p. 889. Ita regionem quae est sub regis Persarum ditione Isocrates solet appellare: vid. Harpocrat. v. Stephani diatribe in Isocrat. p. 316. ed. Lips. Herodotus, Xenophon, reliqui oratores nonnumquam ad eandem Asiae partem hoc nomen referunt: vid. Vales. ad Harpocrat. p. 324. ed. Lips. Indd. Demosth. v. Hoc loco Epirus illa, hodie Albania, intelligitur, quae tum temporis Cleopatrae Philippi Macedonis filiae parebat. Justin. 9, 6. Aeschin. in Ctesiph. §. 242. Haec terra flexuosis littoribus mare ambiens, portubusque abundans, imprimis mercaturae apta erat: quamquam frumentum Athenienses ex ea non solebant in patriam importare: Pontus enim, Sicilia atque Aegyptus alebant Atticam.

εἰς Λευκάδα. Melius sane Leucadia insula huic loco convenit quam regio Hellas: itaque jure Osannus, Bekkerus, alii vulgatam Ἑλλάδα cum hac scriptura quae est in AB codicibus commutasse dicendi sunt. Etenim qui ex Epiro Corinthum vela dabant, inter Leucadiam et Acarnaniam navigantes brevissima via ad sinum Corinthiacum pergebant.

§. 27. περὶ τούτων — ἐάν τις Ἀθηναίων ἄλλοσέ ποι σιτηγήσῃ. Τούτων neutrius generis est: conf. Demosth. de fals. leg. §. 126. τῶν τοιούτων ὁ νόμος θάνατον τὴν ζημίαν εἶναι κελεύει. ib. §. 131. θάνατον κελεύει τούτων τὴν ζημίαν εἶναι. Schaefer. appar. ad Dem. II. p. 548. Verba ἐάν τις κτλ. referenda sunt ad pronomen demonstrativum: eodem modo ὅταν inservit explicationi pronominis demonstrativi ap. Demosth. in Aristocrat. §. 168. ubi conferendus Schaefer. appar. in Dem. III. p. 494. — Quae sequuntur ἄλλοσέ ποι, e duobus ea codicibus recepta, qui plerumque deteriorem scripturam praebent, recte videntur habere: reliqui ἄλλοσέ πη tenent. Conf. Dem. adv. Lacrit. §. 50. ὥστε γὰρ δήπου, ὦ ἄνδρες δικαταί, τὸν νόμον ὡς χαλεπός ἐστιν, ἐάν τις Ἀθηναίων ἄλλοσέ ποι σιτηγήσῃ ἢ Ἀθήναζε. ib. §. 51. τοῦ ἀργυρίου, ὃ ἂν ἐκδῷ ἄλλοσέ ποι ἢ Ἀθήναζε: πη enim de loco usurpatum apud Atticos prosae orationis scriptores reperiri haud crediderim. Vide Passov. lex. ed. IV. v. πη. — At recte in eadem re Demosthenes adv. Phormion. §. 37. adhibet ἄλλοθί που. Τῶν δὲ νόμων τὰ ἔσχατα ἐπιτίμια προτεθεικότων, εἴ τις οἰκῶν Ἀθήνησιν ἄλλοθί που σιτηγήσειεν ἢ εἰς τὸ Ἀττικὸν ἐμπόριον: ubi Reisk. de suo dedit ἄλλοθί ποι, Bekkerus proposuit ἄλλοσέ ποι: in ποι Schaeferus quoque consentit, de altero dubitat, coll. H. Steph. Thesaur. c. 1845. D. et Seidler. not. ad Eurip. Troad. 3. Tu confer Din. in Demosth. §. 7. ποῦ ἐλθὼν —; et quae ibi excitantur a Schmidtio, et Bern-

hardy. Syntax. p. 350. Etiam Isocrati restituenda est scriptura *που* pro *ποι*, quod Coraës et Bekkerus dederunt in Panathen. §. 180. *ἐάν τε που δεῆσαν αὐτοὺς ἐκπέμψαι βοήθειαν φοβηθῶσιν κτλ.* Conf. annot. ad. §. 33.

Ἔπειτα conf. §. 115. 121. 148.: minime necessarium est quod Beckerus proposuit *εἶτα*: utraque enim particula in eadem re ponitur. Quam verborum *εἶτα* et *ἔπειτα* vim in interrogationibus cum quadam indignatione prolatis jam Devarius perspexit. Devar. de particc. p. 76. ed. Klotz. *ἔπειτα* autem nihil alind est quam *ἐπ — εἶτα*. Majorem interdum vim his particulis praebet adjecta *δῆτα*. Vid. Hartung. de gr. l. partt. I. p. 308.

παρὰ τοὺς νόμους. *Φάσει*, de qua actione vid. Meier. et Schoem. de Ord. Jud. p. 249. in eos solebat animadverti, qui has leges migrassent.

τοῦτον praecedentibus participiis *τὸν προδόντα μὲν — σιτηγήσαντα δὲ — μὴ φροντίσαντα δὲ* — adjectum est: id quod saepissime fit in oratorum potissimum reliquiis. Participiis enim cum articulo conjunctis et substantivis cum participio copulatis pronomen demonstrativum cum vi illatum addi solet, velut ap. nostr. §. 35. *τὸν — περιῃρημένον, τοῦτον εᾶσαι κτλ.* §. 82. *τὴν — συνειλεγμένην εὔκλειαν, ταύτην κτλ.* §. 117. *Ἵππαρχον — οὐχ ὑπομείναντα —, ἀλλ' ἔρημον τὸν ἀγῶνα ἐάσαντα, θανάτῳ τοῦτον ζημιώσαντες.* Demosth. in Theocr. §. 58. adv. Phaenipp. §. 15. in Neaer. §. 114. Prooem. 26. Exempla ex Isocrateis depromta vid. ap. Morum. in ed. Isocr. Panegyr. p. 13., ed. Spohn. alia ap. Stallbaum ad Platon. Charmid. p. 163. C. — Rarius autem nomini substantivo cui non additum est participium subjicitur pronomen, velut ap. Plat. Charmid. p. 163. E. *ἆρα τὴν τῶν ἀγαθῶν πρᾶξιν ἢ ποίησιν, ἢ ὅπως σὺ βούλει ὀνομάζειν, ταύτην λέγεις σὺ σωφροσύνην εἶναι.* et Xenoph. Rep. Athen. 1, 2. *καὶ γὰρ οἱ κυβερνῆται καὶ οἱ κελευσταὶ καὶ οἱ πεντηκόνταρχοι καὶ οἱ πρωρᾶται καὶ οἱ ναυπηγοί, οὗτοί εἰσιν οἱ τὴν δύναμιν περιτιθέντες τῇ πόλει.* Interdum pronomen praecedit, sequitur participium: conf. Isocr. de permut. §. 121. *ὁρῶν γὰρ ὑμᾶς τούτους μόνους ἄνδρας νομίζοντας τοὺς ἀπειλοῦντας καὶ τοὺς ἐκφοβοῦντας τὰς ἄλλας πόλεις κτλ.* de Big. §. 48. Panath. §. 46. 133. Bremi ad Isocrat. Panegyr. §. 12. 36. ad Lys. in Eratosth. §. 31. Eodem modo *ἐκεῖνος* praecedit participium Isocr. Panath. §. 136. 141. vid. Morum loc. supra laud.

ἔχοντες ἐν τῇ ὑμετέρᾳ ψήφῳ. Conf. §. 2. quo sensu verbum *ἔχειν* positum esse videtur ap. Demosth. de cor. trierarch. §. 10. *δοκοῖτ' ἂν ἁμαρτεῖν — εἰ μὴ καὶ κολάσαιτε τοὺς τὰ τοιαῦτα ποιοῦντας, ἔχοντες*, quod male Wolfius explicat *ἀντὶ*

τοῦ δυνάμενοι, recte Schaefer: tenentes eos. Vid. ap. nostr. §. 115. *ὑμεῖς δ' αὐτὸ τὸ σῶμα τὸ προδεδοκὸς τὴν πόλιν ζῶν καὶ ὑποχείριον ἔχοντες τῇ ψήφῳ.*

παράδειγμα τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις ποιήσετε; conf. §. 150. *παράδειγμα ποιήσατε Λεωκράτη.* Terent. Eunuch. V. 6, 21. exempla in te edent. Pertinet haec dictio, quae frequentis est usus, ad ea quae disputata sunt ad §. 10.: est autem *παράδειγμα ποιεῖν τινὰ* punire aliquem ita ut exemplo ejus moniti alii abstineant a sceleribus. Vid. Indd. Demosth. v. *παράδειγμα* p. 377. ed. Schaef.

πάντων ἄρα ἀνθρώπων κτλ. conf. §. 54. 78. 145. *Ἄρα* in ejusmodi clausulis positum loquentis affectum exprimit, qui ipsam conclusionem a sua spe, opinione, vel a rei natura atque personae dignitate alienam putat. Exempla dabit Hartung. de l. gr. partt. I. p. 448 sq. Pinzgerus *ἄρα* b. l. exhibens vim particulae *ἄρα* non habuit perspectam.

§. 28. *Καὶ ταῦτα δέ, ὦ ἄνδρες, ἐμοῦ θεωρήσατε.* Sic, optimos AB sequutus, cum Bekkero edidi pro *καὶ ταῦτα δὲ ὁμοῦ, ὦ ἄνδρ. ἐμοῦ θεωρ.* — Male habuit hic locus interpretes. Blumius genitivum absolute positum esse voluit, atque *ταῦτα*, quod praecedit, cum verbis *δικαίαν τὴν ἐξέτασιν ποιουμένου* junxit, tamquam absolute positum pro „in hac re." Genitivum autem explicat verbis: *ἐμὲ θεωρήσατε ποιεῖσθαι* sive *ποιούμενον.* At fallitur: construitur enim verbum *θεωρεῖν* cum genitivo personae atque accusativo rei: quod genus sunt verba *γιγνώσκειν, αἰσθάνεσθαι, σκοπεῖν* alia: etwas an und von einem sehen, merken, erkennen. Pronomen demonstrativum explicatur verbis quae instant: *παρεκαλεσάμην γὰρ κτλ.* Confer Platon. Theaetet. p. 182. A. *Σκόπει δή μοι τόδε αὐτῶν.* Xenoph. Oecon. 16, 3. *καὶ ἀλλοτρίας γῆς τοῦτο ἔστι γνῶναι ὅτι τε δύναται φέρειν κτλ.* Quod genus exemplis illustravit Bernhardy. Synt. p. 150 sq.

τὴν ἐξέτασιν ποιουμ. περὶ τούτων conf. *ἐξετάζειν περί τινος* in annot. ad. §. 36.

Οὐ γὰρ οἶμαι δεῖν ὑμᾶς — ψηφίζεσθαι. Grammaticorum de formis *οἶμαι* et *οἴομαι* praecepta etsi non prorsus falsa, non ab omni tamen parte probanda sunt. Annotarunt enim *οἶμαι* de certa persuasione poni, *οἴομαι* de incerta opinione. Tu confer quae de hoc genere annotata sunt a diligentissimo Benselero ad Isosratis Areopagit. p. 75 – 82. vid. etiam Schoemann. ad Isae. p. 293 sq. Apud oratores in parenthesi et in responsione *οἶμαι* ponitur, non *οἴομαι*: plenior autem forma nonnumquam ibi quoque adhibetur ubi e grammaticorum praeceptis *οἶμαι* scribendum erat. — Quae sequuntur *εἰκάζοντας — τὴν ἀλήθειαν εἰδότας* Isocrateum dicendi

genus redolent: similia nonnumquam protulit ille, velut Trapezit. §. 54. ἠβουλήθη εἰκάζειν ὑμᾶς περὶ τοῦ πράγματος μᾶλλον ἢ σαφῶς εἰδέναι. Helen. Encom. §. 5. ὅτι πολὺ κρείττόν ἐςι περὶ τῶν χρησίμων ἐπιεικῶς δοξάζειν ἢ περὶ τῶν ἀχρήςων ἀκριβῶς ἐπίςασθαι. de permut. §. 53. ἀναγκαίως ἂν εἶχεν εἰκάζοντας ὑμᾶς — διαγιγνώσκειν ὅπως ἐτύχετε περὶ τῶν πεπραγμένων· ἐπειδὴ δὲ —, οἶμαι μᾶλλον ὑμῖν ἐμφανιεῖν τὴν ἀλήθειαν. et ib. §. 54. ὥς' οὐ δοξάσαντες ἀλλὰ σαφῶς εἰδότες — τὴν ψῆφον οἴσετε. Eodem modo Aeschin. in Timarch. §. 119. οὐκ εἰκάζειν ἀλλ' ἀκριβῶς εἰδέναι. — Obiter hic moneo pro ὑπὲρ — ψηφίζεσθαι Taylorum proposuisse περὶ — ψηφίζεσθαι, quam conjecturam refellunt ea quae monui ad §. 7.

παρεκαλεσάμην κτλ. Juvat ad hunc locum adscribere Isaei verba Lycurgeis simillima, de Cironis hered. §. 10. βουλόμενος οὖν πρὸς τοῖς ὑπάρχουσι μάρτυσιν ἔλεγχον ἐκ βασάνων ποιήσασθαι περὶ αὐτῶν, ἵνα μᾶλλον αὐτοῖς πιςεύητε μὴ μέλλουσι δώσειν ἔλεγχον ἀλλ' ἤδη δεδωκόσι περὶ ὧν μαρτυροῦσι, τούτους ἠξίουν ἐκδοῦναι τὰς θεραπαίνας καὶ τοὺς οἰκέτας κτλ. Luculenter rem quae hic agitur exposuit et verba Lycurgi explicavit Schoemannus in Commentar. ad Isae. p. 384. Itaque nihil attinet interpretum qui ante Schoemannum tetigerunt hunc locum sententias afferre: criticos autem qui προὐκαλεσάμην reponendum esse censuerunt audacter in hoc loco emendando versatos esse jam nemo non videt. „Equidem puto, inquit, vos non conjectura ductos, sed ipsam veritatem assequutos de tantis rebus calculum ponere (pronuntiare) debere, testes autem, non posthac demum paratos testimonii sui veritatem praestare, testari oportere, sed jam confirmato quodammodo quod dicturi sunt testimonio, produci. Etenim eos (testes) praesto mihi esse jussi quum solenni προκλήσει de his rebus instituta provocarem adversarios ad servos exhibendos." Hactenus Lycurgus. Testes autem δώσοντες ἔλεγχ. ii sunt, qui in judicio ψευδομαρτυριῶν, quum impugnatur testimonium, ejus veritatem coacti sunt probare, δεδωκότες ἔλεγχον ii qui quum provocationi adsint ipsa praesentia sua provocationis quodammodo participes fiunt atque hac re declarant, se minime timere ne servorum tormentis excruciatorum indiciis mendacii arguantur. (Schoemann.) Similiter Demostheni ἔλεγχον δεδωκότα sunt ea quae ipso eventu comprobata sunt. Prooem. 49. Ceterum confer etiam Isae. de Ciron. her. §. 28. πόθεν χρὴ πιςεύεσθαι τὰ εἰρημένα; οὐκ ἐκ τῶν μαρτυριῶν; οἶμαί γε. πόθεν δὲ τοὺς μάρτυρας; οὐκ ἐκ τῶν βασάνων; εἰκός γε. — De solenni illa provocatione, πρόκλησει, conf. Dem. in Steph. I. §. 15. 16. Harpocrat. v. Meier. et Schoem. de Ord. Jud. p. 680 sq. — Denique cur participium aor. γράψας junxerit

orator participio praes. ἀξιῶν per se patet: illud ad scribendi actum respicit, hoc ad universum consilium et animi sententiam spectans imperfecti vicem gerit.

§. 29. Ἀκούετε. Eodem modo §. 37. 115. 121. post recitatas litteras ponit ἀκούετε: at §. 25. τῶν μὲν μαρτύρων ἀκηκόατε. Reiskius post illud praesens, in hac re usitatissimum, nonnumquam posuit interrogandi signum, quod jure sustulerunt recentiores editores. Similiter adhibent ὁρᾶτε et alia. Vide Schaefer. appar. in Demosth. II. p. 76. Praesens autem tempus de re modo peracta positum non habet quod displiceat.

Ἅμα — οὐκ ἐδέχετο καί κατεμαρτύρει αὐτοῦ. Frequens est particularum ἅμα — καὶ, ἅμα μὲν — ἅμα δέ, ἅμα τε — καί, ἅμα καὶ — καί, usus apud prosae orationis scriptores: quae quum tempori (finito) praeterito adjiciuntur plerumque duo imperfecta assumunt, quia neutrum horum temporum per se spectari debet sed utrumque ad alterum referendum est. Conf. Herod. 9,92. Xenoph. Cyrop. 3,1,2. Neque tamen huic legi ita adstricti sunt Graeci, ut rerum ipsarum naturam atque rationem non respiciant: etenim quando utraque res uno actu perfecta atque absoluta est, aoristi duo inferuntur, velut ap. nostr. §. 50. ἅμα γὰρ οὗτοί τε τὸν βίον μετήλλαξαν καὶ τὰ τῆς Ἑλλάδος εἰς δουλείαν μετέπεσεν: ubi altera uno actu perfecta est, altera latius patente, aoristus imperfecto additur. Conf. Xenoph. Anab. 5, 2, 14. ἅμα τε τῷ Ἐνυαλίῳ ἠλάλαξαν καὶ ἔθεον δρόμῳ οἱ ὁπλῖται καὶ τὰ βέλη ὁμοῦ ἐφέρετο —· ἦσαν δὲ οἱ καὶ πῦρ προσέφερον. — Quod Reiskius vv. κατεμαρτύρει αὐτοῦ interponendum esse duxit αὐτός, facile eo caremus: conf. §. 35. καταμεμαρτυρηκὼς ἑαυτοῦ κτλ. Quamquam Demosthen. de falsa leg. §. 240. ἀφεῖναι τοῦτον, inquit, ὃς αὐτὸς ἑαυτοῦ καταμεμαρτύρηκεν. — Δέχεσθαι autem verbum est rei de qua agitur proprium atque legitimum: ὅρκον, βάσανον δέχεσθαι vid. Indd. Demosth. v. δέχεσθαι.

τὸν τῶν πάντων συνειδότων ἔλεγχον φυγών. Propter codicum dissensum, τὸν πάντων et τῶν πάντων tenentium, utramque scripturam jungendam esse duxi, etsi ea quoque, quam Schoemannus proposuit, scriptura τὸν παρὰ τῶν simplicitate sua commendatur. Eam quam dedimus cum Heinrichio susceperunt etiam Baiterus et Sauppius, qui sic intelligunt hunc locum „qui eorum qui omnia sciunt testificationem refugit," ita ut ὁ συνειδὼς, quum idem sit quod ὁ συνίςωρ, genitivum regat. Neque potest negari Graecos hanc participiorum quae substantivorum instar sunt structuram non refugisse: vid. Bernhardy. Synt. p. 316. Neque tamen hoc idiomate usum esse oratorem crediderim: ipsum enim ver-

bum *συνειδέναι* secundum casum adsciscere posse videtur. In qua sententia fuisse video Passovium symbol. crit. p. 30. Osannum, Pinzgerum. Confer Demosth. in Theocrin. §. 55. *ἵνα μὴ δοκῆτε αὐτοὶ πρόφως ἐπὶ τοῖς γιγνομένοις φέρειν καὶ συνειδέναι τούτοις ὧν πράττουσιν*: quamquam plerumque accusativum rei assumit hoc verbum. vid. Isae. de Ciron. hered. §. 10. Dem. in Neaer. §. 67. adv. Pantaenet. §. 40. De ea structura quam h. l. offendimus dignus est quem consulas Hartung. Ueber die Casus p. 28. collat. Bernhardy. Synt. p. 173. et 177. Ceterum quod Bekkerus dedit *τὸν πάντων τῶν* hic locum non habet, quia non soli servi harum rerum conscii erant: Reiskii autem conjectura *τὸν πάντων ἰσχυρότατον* majoris audaciae est quam quae ferri possit in hoc genere. — Loquutiones *ἔλεγχον* s. *βάσανον φεύγειν* ad judiciale dicendi genus pertinent. Conf. Isae. de Ciron. hered. §. 11. 13. 14. 28. de Philoctem. her. §. 17. Dem. de cor. §. 226. adv. Pantaenet. §. 44. adv. Aphob. de fals. test. §. 5. adv. Onetor. I. §. 27. Isocrat. Trapezit. §. 16. apud nostr. §. 30. 32.

Τίς γὰρ ὑμῶν οὐκ οἶδεν κτλ. Eandem sententiam expresserunt Isaeus de Ciron. hered. §. 12. Demosth. adv. Onetor. I. §. 37. Isocrat. Trapezit. §. 53. vid. Schoem. ad Isae. p. 385. De fide tormentorum in utramque partem solebant disputare: conf. Antiphont. de caede Herod. §. 32. Lys. de ol. sacra §. 35. 36. — Meier. et Schoem. de Ord. Jud. p. 679 sq. Wachsmuth Hell. Alterth. II. 1. p. 333. n. 74. Romani quoque de quaestionibus ita sentiebant ut in judiciis et a tormentis et contra ea dicerent. Cf. Auctor ad Herenn. II. 7.

πολὺ δοκεῖ δικαιότατον καὶ δημοτικὸν εἶναι. Offendit viros doctos positivus gradus cum superlativo copulatus: qui vereor ne nimium quantum aequabili atque concinno orationis generi tribuant. Dindorf. praefat. Isocrat. IV. Schaefer. Appar. ad Demosth. V. p. 646. Equidem in his rebus, quippe quae non offendant ipsam cogitandi rationem, codicum auctoritatem valere, non infringi debere existimo. Itaque apud Demosthenem in or. amator. §. 25. ferendum esse censeo *ἐκ πλείζων δὲ καὶ παντοδαπῶν* et apud. Isocr. Busir. §. 12. *πλεῖζα δὲ καὶ παντοδαπά*: conf. ap. nostr. §. 49. *παραδοξότατον μὲν — ἀληθὲς δέ*: quamquam non nescius sum optimorum codicum ope nonnulla hujus generis exempla jure atque merito delcta esse. Vid. Benseler. ad Isocrat. Areopag. p. 193. Erraret autem si quis cum Pinzgero superlativum a nomine *δημοτικὸς* abjudicaret: conf. Aristoph. Ecclesiaz. 410. *ἔλεξε δημοτικωτάτους λόγους.* Isocrat. Areopag. §. 16. *Σόλων μὲν ὁ δημοτικώτατος γενόμενος.* Ceterum quid sit *δημο-*

τικὸν docent Indd. Demosth. p. 137. et Bergmann. ad Isocr. Areop. ap. Benseler. p. 171. Conf. Dinarch. in Demosth. §. 70. ποῦ τοῦτ' ἐςὶ δίκαιον ἢ κοινόν ἢ δημοτικόν;

συνειδῶσιν ἃ δεῖ sc. συνειδέναι. Conf. Dem. de cor. §. 220. εἰ μηδὲν παραλείπων τις ἃ δεῖ πράξειεν de fals. leg. §. 49. ἐὰν δὲ μὴ ποιῶσι Φωκεῖς ἃ δεῖ: ut virorum doctorum conjecturis possimus carere. Servos enim in quos inquisitio fit ea comperta habere necesse est de quibus quaestio instituitur.

τοῖς ἔργοις μᾶλλον ἢ τοῖς λόγοις πιςεύειν. Ἔργῳ μαρτυρεῖν nonnumquam ii dicuntur, ex quorum factis argumenta ducuntur: conf. Isac. de Menecl. her. §. 38. de Pyrrh. her. §. 55. de Philoctem. her. §. 12. de Ciron. her. §. 14. Schoem. ad Isae. p. 220. Quod huc non pertinet: etenim quum tria sint argumentorum genera, βάσανοι, μάρτυρες, τεκμήρια, vid. Isocrat. adv. Euthyn. §. 4., Lycurgus τὰς βασάνους a reliquis discernit, quippe quae non nudis verbis contineantur. conf. infr. §. 33. ubi servi dicuntur οἱ ἐξελέγχοντες τῷ ἔργῳ.

§. 30. In deliciis habent oratores verborum conformationem, qualis haec est τοσοῦτον ἀφέςηκα —, ὅσον ἐγὼ μὲν— οὗτοσὶ δέ —. Conf. ap. nostr. §. 116. τοσοῦτον ἔσεσθέ γε τῶν προγόνων χείρους, ὅσον ἐκεῖνοι μὲν—, ὑμεῖς δὲ —. ib. §. 131. τοσούτῳ δ' ἂν δικαιότερον οὗτος ἀποθάνοι — ὅσον οἱ μὲν — οὗτοσὶ δ' — conf. Isocr. ad Demon. §. 4., aut ὥςε pro ὅσον illato, velut Isocr. Nicocl. §. 34. Dinarch. in Dem. §. 104.

τοῖς ἰδίοις κινδύνοις ἐν τοῖς Λεωκράτους οἰκέταις — τὸν ἔλεγχον γενέσθαι. Sic edidi de Reiskii conjectura: codicum et vett. edd. scripturam τοὺς ἰδίους κινδύνους κτλ. defendunt Pinzger, Blumius, Sauppius. Quam Pinzger germanice reddidit „dafs meine eigene Gefahr bei Folterung der Diener und Dienerinnen des Leocrates den Beweis herbeischaffte:" Blumius explicavit „ut mea ipsius pericula in servis istius tortis probationem esse juberem:" Sauppius „ut, nimirum mea ipsius pericula, servorum istius et servarum tormenta documentum esse voluerim." At neque Pinzgeri et Blumii explicatio legibus linguae graecae videtur satisfacere, neque Sauppii interpretatio artificiosa ab ejus indole non videtur recedere. Itaque in Reiskii sententia acquievi. Periculum autem, de quo hic agitur, pertinet ad pretium servorum, qui si tormentis debilitantur, damnum sarcire debet is cui exhibentur servi. vid. Meier. et Schoem. de Ord. Jud. p. 681. — Loquutio ὁ ἔλεγχος γίγνεται ἔν τινι vel ἔκ τινος occurrit ap. Demosth. adv. Euerg. et Mnesib. §. 16. ὡς ἐθέλεις ἐν τῇ ἀνθρώπῳ τὸν ἔλεγχον γίγνεσθαι i. q. τὴν ἄνθρωπον βασανίζεσθαι, ib. §. 39. οὐκ ἄλλοθεν δεῖν οἶμαι τὸν

ἔλεγχον γίγνεσθαι ἢ ἐκ τῆς ἀνθρώπου cf. ib. §. 47. — Similiter adv. Timoth. §. 55. ἠξίουν αὐτὸν ἐν τῷ αὐτοῦ δέρματι τὸν ἔλεγχον διδόναι ib. §. 56. οὔθ' — ἐκ τοῦ σώματος τὸν ἔλεγχον ἠξίου γενέσθαι. — Omissionem articuli in verbis τοῖς οἰκέταις καὶ θεραπαίναις obviam illustrabunt Engelhardt. ad Plat. Menex. p. 252. Jacobitz ad Lucian. Toxar. p. 79.

διὰ τὸ συνειδέναι ἑαυτῷ. Stephani correctionem amplexus sum et librorum scriptura ἑαυτὸν spreta, et Reiskii conjectura αὐτὸν repudiata. Nam illud quid sibi velit non intelligo, hoc (αὐτὸν) minus commode inferri crediderim, quia eo recepto ad συνειδέναι e praegressis subjectum repetendum esset τοὺς οἰκέτας καὶ τὰς θεραπαίνας: id quod verborum collocatio haud commendat, verbum συνειδέναι ad propius subjectum οὗτοσὶ referendum esse docens. Optime autem omnia procedunt, ἑαυτῷ reposito: confer Lys. de olea sacr. §. 36. ἐδόκουν ἂν ἐμαυτῷ συνειδέναι, quod de eo qui sceleris sibi conscius est dicitur. vid. Bremi. ad Lys. l. l. et Isocrat. ad Demon. §. 16. καὶ γὰρ ἂν τοὺς ἄλλους λάθῃς, σεαυτῷ γε συνειδήσεις. Ad verba οὐχ ὑπέμεινε ἀλλ' ἔφυγε nullo negotio e praecedentibus repetitur τὸν ἔλεγχον.

πολὺ θᾶττον — τῶν λεγομένων ἄν τι ἠρνήθησαν. Conf. Isocrat. Aeginet. §. 46. καίτοι τίσιν ἂν θᾶττον τὴν αὐτοῦ θυγατέρα ἐξέδωκεν; adv. Euthyn. §. 3. πολὺ ἂν θᾶττον — ἐσιώπησεν. Dem. de fals. leg. §. 254. θᾶττον γὰρ ἂν τοῦ αἵματος ἢ λόγου μεταδοῦναί τινι. — Τῶν λεγομένων autem non est mutandum: defenditur locis oratorum, quales hi sunt: Andocid. de myster. §. 57. ἔχοι ἄν τις εἰπεῖν κακίαν εἶναι τὰ λεγόμενα. Isocrat. de pace §. 57. τάχ' οὖν ἄν τις τῶν σφόδρα τοῖς λεγομένοις ἐνόχων ὄντων — ἐρωτήσειεν: quamquam syllabas λεγ et γεν in formis verborum γίγνεσθαι et λέγεσθαι interdum confusas esse dubio caret. Vid. Koen. ad Gregor. Cor. p. 10. Krueger. in Ind. verbor. ad Dionys. Historiogr. p. 495. At participium praesentis τὰ λεγόμενα de iis quae modo ab oratore dicta sunt recte ubique positum esse videtur. — In sequentibus αὐτῶν merito a Bekkero susceptum est: quo ducit ipsa codicum ἑαυτῶν et αὐτῶν praebentium discrepantia.

§. 31. ἀναβοήσεται αὐτίκα ὡς — ἀναρπαζόμενος. De verborum structura videndus Matthiae. gr. gr. §. 569. p. 1124. Ad sententiam confer Demosth. in Mid. §. 189. καὶ ῥήτωρ ἐστὶν οὗτος, ἴσως ἐμὲ φήσει λέγων κτλ. Aeschin. in Ctesiph. §. 214. ὁ μὲν γὰρ Κτησιφῶν οὐ τὸ καθ' ἑαυτόν φησι φοβεῖσθαι, ἐλπίζειν γὰρ δόξειν ἰδιώτης εἶναι. Ἰδιώτης h. l. opponitur oratori et sycophantae, de quo genere legendus est Schoemann. de comitt. Athen. p. 109 sq. ἀναρπαζόμενος est

in periculum raptus, pessum datus, funditus perditus: conf. Dem. in Neaer. §. 8. *τοῖς τότε δικάσασι — ὅτι οὐ περιεῖδον αὐτὸν ἀναρπασθέντα.* in Mid. §. 120. *δεῖ με ἀνηρπάσθαι.* ib. §. 124. — *δεινότης* non modo ad facundiam oratoris pertinet sed ad universam ejus solertiam atque machinationes.

ἅμα τοῦτο προαιρεῖσθαι καὶ ζητεῖν τὰ χωρία ταῦτα. Vehementer errat Pinzgerus qui vertit: dafs die Gewaltigen — gerade auch die Gelegenheit im Voraus in Beschlag zu nehmen und eifrig zu suchen pflegen. Recte Coraës et Blumius ad *τοῦτο* e praecedentibus subintelligunt *τὸ συκοφαντεῖν* „simulatque delatoris et sycophantae munus suscipiunt, eos locos quaerere." Reiskius quoque hujus loci sententiam non perspexit: quae fuit causa ut pro *ἅμα* proponeret *ἕν.* — *Χωρία* translate usurpat orator de dicendi materia s. de locis e quibus argumenta ducuntur. Conferri jubent viri docti Thucyd. I, 97. interpp. ad Herod. II. 117. et Luc. Dem. enc. 15.

ἐν οἷς — ποιήσονται. Accedit hujus futuri vis ad conjunctivi Latinorum potestatem: vid. Herm. ad Viger. p. 927. conf. annot. ad §. 4.

τῶν δὲ δικαίως τὰς κρίσεις ἐνιςαμένων. conf. Dem. de cor. §. 4. *ὁ τοιοῦτον ἀγῶνα ἐνςησάμενος: ἐνίςασθαι ἀγῶνα, κρίσιν* est instituere accusationem, accusare, litem intendere.

τοὺς ἐνόχους ταῖς ἀραῖς. Demosth. de fals. leg. §. 201. *δωροδόκος, κόλαξ, ταῖς ἀραῖς ἔνοχος, ψεύςης, τῶν φίλων προδότης, πάντ' ἔνεςι τὰ δεινότατα.* Din. in Demosth. §. 46. *ὃς ἁπάσαις ταῖς ἀραῖς ταῖς ἐν τῇ πόλει γενομέναις ἔνοχος καθέςηκεν.* Respiciunt oratores diras eas quas insidiatoribus popularis libertatis atque patriae proditoribus in senatu et in concionibus praeco imprecabatur, excitatas a Demosth. de fals. leg. §. 70. et a Dinarcho in Dem. §. 47. Conf. Dem. de cor. §. 282. Din. in Aristogit. §. 16. Schoemann. de comitt. §. 92. Wolf. ad Lept. in Schaefer. appar. ad Demosth. III. p. 212.

τἀναντία φαίνεσθαι τούτοις ποιοῦντας, ὥσπερ ἡμεῖς. Praecedente genitivo *τῶν — ἐνιςαμένων καὶ — ἀποδεικνύντων* accusativus infinitivo junctus est ita ut attractio usitata hoc loco neglecta sit. Eodem modo Thucyd. I, 120. *ἀνδρῶν σωφρόνων μὲν ἔςιν, εἰ μὴ ἀδικοῖντο, ἡσυχάζειν, ἀγαθῶν δέ, ἀδικουμένους ἐκ μὲν εἰρήνης πολεμεῖν κτλ.* Dem. de f. leg. §. 1. *δεήσομαι δὲ πάντων ὑμῶν μηδεμίαν μήτε χάριν μήτ' ἄνδρα ποιεῖσθαι περὶ πλείονος—ἐνθυμουμένους κτλ.* Quod genus latissime patet apud Graecos: vide Markland. in Schaefer. appar. ad Demosth. II. p. 761 sq. Matth. gr. gr. p. 1053 sq. Rost. gr. gr. ed. 4. p. 656 sq. — Voci *ἐναντίος* Lycurgus adjicit tertium casum §.

15. 35. 54. 64., nusquam secundum: τούτοις autem neutrius est generis, ut sit i. q. ἐναντία ἢ ταῦτα. conf. §. 64. Eodem sensu genitivum habes ap. Lys. in Nicom. §. 19. σὺ δὲ — τούτων τἀναντία πεποίηκας. Vid. Foertsch. obss. critt. in Lys. oratt. p. 28. Verborum τἀναντία — τούτοις collocationem, quae interposito infinitivo diremta sunt, illustrabunt exempla ab eodem Foertschio allata in obss. critt. p. 37. — Φαίνεσθαι autem cum participio constructum est „conspici, apparere," cum infinitivo junctum „videri." Quam legem a Wolfio ad Dem. in Lept. p. 259. 267. latam immerito Bernhardy. Synt. p. 477. studet antiquare. Tu vide Schoemann. ad Isae p. 442. Rost. in ed. Bremi. Isocratis Trapez. §. 7. — Ad verba ὥσπερ ἡμεῖς e praegresso participio subaudi ποιοῦμεν. Conf. Isocrat. de Big. §. 47. τοῖς δ' ἀπόρως ὥσπερ ἐγὼ διακειμένοις. Dem. de cor. §. 128. τοῖς δ' ἀπολειφθεῖσι μὲν ὥσπερ σύ. Dinarch. in Dem. §. 52. καταψευσάμενον — ὥσπερ σύ. — Pro ἡμεῖς cum MSS. Osannus dedit ὑμεῖς „qua scilicet audientium appellatione, inquit, orator ad animos sibi conciliandos utitur." Sed praestat referre pronomen ad accusatorem.

§. 32. ταῖς παρασκευαῖς ταῖς τοῦ λόγου παραγαγεῖν. Verbi παράγειν (a via deducere, decipere, corrumpere) usum illustrabunt exempla in Indd. Demosth. congesta ed. Schaef. p. 375. Conf. Platon. de rep. II. p. 383. A. ἡμᾶς ψεύδεσι παράγειν ἐν λόγῳ ἢ ἐν ἔργῳ. Xenoph. apolog. Socr. 4. οὐχ ὁρᾷς τὰ Ἀθηναίων δικαστήρια ὡς πολλάκις μὲν οὐδὲν ἀδικοῦντας λόγῳ παραχθέντες ἀπέκτειναν; ubi recte a Schneidero pro vulg. ταραχθέντες reposita est scriptura παραχθέντες: quae reponenda erat etiam Memorab. 4, 8, 5. οἱ Ἀθηναῖοι δικασταὶ πολλοὺς μὲν ἤδη μηδὲν ἀδικοῦντας λόγῳ ἀχθεσθέντες (leg. cum cod. Y παραχθέντες) ἀπέκτειναν. — Vulgo post παραγαγεῖν inferunt τοὺς οἰκέτας: quae verba quum neque in codicibus inveniantur, nec propter sequentia οἱ οἰκέται καὶ αἱ θεράπαιναι ferri posse videantur (languere enim non immerito diceres illos nominativos) delevi. Neque tamen cum Pinzgero et Blumio, si adjicerentur illa τοὺς οἰκέτας, τοίνυν particulam cum γὰρ commutandum esse crediderim: etenim, sive adjeceris responsionem sive mente suppleveris (id quod necessarium est), verborum quae instant eadem erit ratio atque sententia. τοίνυν autem h. l. est συλλογιστικόν, de quo genere vide Devarium de gr. l. partt. p. 207. ed. Klotz. Hartung. de partt. II. p. 349 sq.

Κατὰ φύσιν. Errarunt qui haec verba interpretati sunt Pinzgerus et Thurotus: ille vertit: Natürlich wohl etc. hic: les esclaves — devaient naturellement déclarer. κατὰ φύσιν re-

spicit ad servorum naturam atque indolem i. q. ut natura s. ingenium eorum fert. Eodem modo φύσει adhibetur: Platon. Phaedr. p. 249. Ε. πᾶσα μὲν ἀνθρώπου ψυχὴ φύσει τεθέαται τὰ ὄντα.

καὶ ταῦτα οὐκ ἀλλοτρίους ἀλλ' αὐτοῦ ὄντας. Rem explicat §. 30. Pinzgerum autem verba οὐκ ἀλλοτρ. ἀλλ' αὐτοῦ adeo offenderunt, ut proponeret οὐκ αὐτοῦ ἀλλ' ἀλλοτρίους: quae retulit ad servos venditos de quibus vide §. 22 sq. Neque tamen omnibus servis relictis, Athenis videtur profectus esse Leocrates (cf. §. 55.): atque ad eos quoque servos debuit pertinere provocatio illa (πρόκλησις), quos postea Megaris coëmisset: nam hi quoque nonnullarum rerum conscii erant, de quibus in hoc judicio agebatur.

§. 33. τοῖς λόγοις ψυχαγωγῆσαι, verbis delenire. Conf. Isocr. ad Nicocl. §. 49. τοὺς ἀκροωμένους ψυχαγωγεῖν. Demosth. adv. Leoch. §. 63. ταῖς κολακείαις οἱ πλεῖστοι ψυχαγωγούμενοι. Prooem. 32. λόγῳ ψυχαγωγηθέντων ὑμῶν οὐκ ὀρθῶς. Aeschin. de fals. leg. §. 4. ψυχαγωγηθέντες τοῖς ἐπιβεβουλευμένοις καὶ κακοήθεσι τούτοις ἀντιθέτοις.

τὴν ὑγρότητα — εἰς ἔλεον προαγαγέσθαι; Haud alienum videbatur a judicum gravitate precibus flecti et lacrimis cedere: quamobrem rei quibus gravius periculum imminebat, et ipsi verbis, lacrimis, lamentationibus judices implorabant, et amicos, cognatos, necessarios, liberos, qui judicum odium deprecarentur, secum in judicium adducebant. Conf. annot. ad §. 135. Quod genus etiam Romani haud aspernabantur. Cicer. de orat. I. 53. II. 47. — Τὴν ὑγρότητα — τοῦ ἤθους illustrabunt opposita τὸ ἀτενές, σκληρόν, ἀκαμπὲς ἦθος, de quibus consulas Thomam Mag. v. ἀτενές. p. 21. ed. Ritsch. ἦθος, cujus nominis pluralem numerum improbant Atticistae (conf. Bast. ad Gregor. Cor. p. 296 sq. Lobeck. Phrynich. p. 364. quibus adversatur Krueger. in Ind. verbor. ad Dionys. Historiogr. p. 485. jure, ut mihi quidem videtur) ad mores, ingenium atque affectum respicit. Duplex autem genitivus e substantivo ὑγρότης pendens non habet quod displiceat: etenim arctius conjungenda esse vv. τὴν ὑγρότητα τοῦ ἤθους, quibus subjicitur genitivus αὐτῶν, in aperto est. Vid. Matth. gr. gr. §. 380. p. 698 sq. Bernhardy. Synt. p. 162 sq. — Τοῖς δακρύοις. Dissentiunt de hac forma inter se Atticistae, Thom. Mag. δάκρυσι λέγε, μὴ δακρύοις: Moeris δακρύοις Ἀττικῶς· δάκρυσιν Ἑλληνικῶς. At utramque formam et poëtae Attici frequentant, vid. Piers. ad Moerid. l. l. Matth. gr. gr. p. 192. et pedestris orationis scriptores. Δάκρυσι exstat ap. Thucyd. 7, 75. Demosth. adv. Onetor. I. §. 32. (ubi occurrit formula loquendi δάκρυσι κλαίειν, de qua confe-

fensionem (ἀπολογίαν) Leocratis quam in judicio dicturus est: neque tamen necessarium esse dixerim respicere ad ea quae futura sunt. Ad praesens enim tempus nonnumquam spectat futurum, ubi non tam temporum ratio animo loquentis obversatur, quam agentis natura, indoles atque voluntas: er wird verlangen, ist fähig zu fordern, is est, qui postulet. Cf. Isae. de Ciron. her. §. 11. οὗτος δ' ὁ νῦν ὑμᾶς ἀξιώσων τοῖς αὐτοῦ μάρτυσι πιστεύειν ἔφυγε τὴν βάσανον. ap. nostr. §. 133. κακοὶ γὰρ — εἰσίν, οἳ τῶν μὲν ἀγαθῶν τῶν τῆς πόλεως μεθέξουσιν, ἐν δὲ ταῖς ἀτυχίαις οὐδὲ βοηθείας ἀξιώσουσι. ib. §. 139. οὐκέτι — παρακρούσασθαι ζητοῦσιν, ἀλλ' ἤδη — ἐξαιτεῖσθαι τοὺς κρινομένους ἀξιώσουσιν. Rem tangit Schoemann. ad Isae. or. de Cir. her. p. 386. Vid. annot. nostr. ad §. 4.

ἐξ ἄλλων τε πολλῶν καὶ ἐκ τοῦ μὴ δέξασθαι τὰ δίκαια. Praepositionem ἐκ ad causam et rationem relatam illustrabunt exempla congesta in Indd. Demosth. p. 192. ed. Schaef. δέξασθαι τὰ δίκαια scilicet τὴν πρόκλησιν cf. §. 29.— Περιῃρημένον. Verb. περιαιρεῖν, περιαιρεῖσθαι proprie designat demovere ea quae cingunt aliquam rem: itaque de coronis ponitur cf. §. 122. Dem. in Aristogit. II. §. 5. de annulis Platon. rep. II. p. 359 C. de urbium moenibus Dem. in Phil. III. §. 58.: figurate autem media forma ponitur pro „abjicere, exuere."

ὑπὲρ — ἐξαπατῆσαι. Eodem modo nostrates: über etwas täuschen. conf. de praepos. ὑπὲρ annot. ad §. 7.

§. 36. Περὶ — τῆς προκλήσεως — μεμαθηκέναι. Similiter praepositio περὶ adjicitur verbis ἐπίστασθαι Isocrat. Evagor. §. 21. Helen. encom. §. 5. Herod. Attic. p. 658. 20. ed. Bekk. συνειδέναι Isocrat. Trapezit. §. 11. 17. 27. 53. Lys. de ol. sacr. §. 30. διαγιγνώσκειν ap. nostr. 63. ἐξετάζειν §. 66. διέρχεσθαι §. 46. γιγνώσκειν, δηλοῦν, ἐπιδεικνύναι, ἀποδέχεσθαι, aliis. Conf. Schoemann. ad Isae. p. 244. Quibuscum compares Latinorum verba cogitandi et declarandi, quae et accusativum et praepositionem *de* assumunt: velut docere, Cic. de orat. 3, 37. — commemorare, ib. 3, 20. — considerare, de invent. 2, 37. — aperire, auct. ad Herenn. II. 31. — exponere Cic. or. 1, 22. et multa alia hoc genus.

ἐν οἷς δὲ καιροῖς conf. §. 57. Plerumque καιροὶ in malam partem accipiendi sunt: non item χρόνοι §. 9. 39. 42. 44. Quamquam ad opportumitates quoque interdum referuntur καιροί, velut ap. Isocrat. Philipp. §. 113. Dinarch. in Demosth. §. 31. Ceterum pluralis horum nominum numerus usu satis tritus est: rariores sunt abstractorum quae dicuntur nominum plurales, quales apud Lycurgum hi sunt: ἔχθραι §. 6. εὐτυχίαι §. 18. ὁμολογίαι §. 35. ἐλπίδες §. 39. 47. φόβοι

§. 37. 43. εὐλογίαι §. 46. εὔνοιαι §. 48. διάνοιαι §. 49. 64. φιλοτιμίαι §. 140. ἡλικίαι §. 40. Confer exempla hujus generis ex Isocratis orationibus a Bremio collecta: in excurs. VII. ad Isocrat. oratt. part. I. Bernhardy. Synt. p. 63.

τὸ ψήφισμα, — τὸ Ὑπερίδου. Nominis Ὑπερίδου scripturam codices tuentur: quamquam plerumque fluctuant libri MSS inter formas Ὑπεριίδης et Ὑπερίδης: illud ad Ὑπερος hoc ad Ὑπερεὺς respicit. Vid. viros doctos ad Phrynich. ap. Lobeck. p. 454. Utrum praeferendum sit equidem non ausim dijudicare: possis suspicari utramque formam obtinuisse apud veteres Graecos. Confer Pinzger. et Blum. ad h. l. Westermann, Geschichte der gr. Beredsamkeit p. 120. De re exposuerunt Blumius (de Hyperidis genere et psephism.) in excurs. I. ad Lycurgi ed., Wachsmuth. Hell. Alterth. I. 2. p. 363. Westermann. l. l. et quos citat p. 121. not. 10.

§. 37. Ἀκούετε τοῦ ψηφίσματος — ὅτι. — Confer Bernhardy. Synt. p. 150 sq. ap. nostr. §. 16. ἀκοῦσαι τῆς κατηγορίας. §. 29. τῆς προκλήσεως. §. 77. τοῦ ὅρκου. §. 100. τῶν ἰαμβείων. §. 104. τούτων τῶν ἐπῶν. §. 106. ἐλεγεῖα—ὧν ἀκούοντες. §. 107. τῶν ἐλεγείων, τῶν ποιημάτων. §. 115. 121. 122. τοῦ ψηφίσματος. §. 124. τῆς στήλης. Proxime ad nostrum locum accedunt Lycurgi verba §. 121. Ἀκούετε — καὶ τούτου τοῦ ψηφίσματος, ὅτι — κατέγνωσαν καὶ ἐψηφίσαντο κτλ. Conjunctio ὅτι subjicitur eodem modo quo supra §. 23. ὡς particula: λέγε ταύτην τὴν μαρτυρίαν, ὡς ἐπρίατο.

τὴν βουλὴν τοὺς Πεντακοσίους. Hoc nomen, ἡ βουλὴ οἱ Πεντακόσιοι, proprium atque legitimum est ejus senatus quem Clisthenes constituit. Itaque in lege ab Andocide commemorata in orat. de myster. §. 96. leguntur haec verba: ἡ βουλὴ οἱ Πεντακόσιοι οἱ λαχόντες τῷ κυάμῳ (quae referenda sunt ad antiquissimum sortitionis modum cf. Lucian. vitar. auctio 6. Ἀθηναίοις, νόμος κυάμοισι τὰς ἀρχὰς αἱρέεσθαι Herodot. 6, 109. ὁ τῷ κυάμῳ λαχὼν Ἀθηναίων πολεμαρχέειν. Wesseling ad h. l.: quo pertinet verbum ἀποκυαμεύειν in inscriptione ap. Boeckh. Staatsh. d. Ath. III. tab. 2.) ap. Aeschin. in Ctesiph. §. 2. τὴν βουλὴν τοὺς Πεντακοσίους et eadem verba ib. §. 20. Nusquam in veterum Graecorum reliquiis reperitur ἡ βουλὴ τῶν Πεντακοσίων: quamquam Grammatici usurpant hoc nomen, velut is qui conscripsit argumentum II. ad Demosth. in Androtion. et lex. rhetor. in Bekker. Anecdott. I. p. 289. Apud veteres genitivus τῶν Πεντακοσίων ibi tantum adjicitur ubi praecedit genitivus τῆς βουλῆς. Conf. Demosth. de fals. leg. §. 179. in Timocrat. §. 149. — De senatu Quingentorum dignus est quem consulas Her-

mann. Staatsalterth. p. 235 sq. Hyperidis psephismate senatui arbitrium factum est statuendi de Piraei praesidio atque defensione: nam ad senatus potestatem, quippe quae omnis posita esset in jure auctoritatis suae populo proponendae, talia non pertinebant. In rebus autem majoribus αὐτοκράτωρ interdum reddebatur senatus, populo suam potestatem ad Quingentos viros deferente. Vid. Schoemann. de comitt. p. 95 sq.

καταβαίνειν εἰς Πειραιᾶ. Cf. Platon. de rep. I. init. Demosth. adv. Callipp. §. 8. cujus loquutionis ratio in aperto est: compares velim quam frequentant dictionem καταβαίνειν ἐπὶ τὴν θάλασσαν. Xenoph. Cyrop. I, 1, 4. Dem. de fals. leg. §. 273. de iis qui versus mare proficiscuntur.

χρηματιοῦσαν περὶ φυλακῆς τοῦ Πειραιέως. Pinzger. vertit: um selbst die Bewachung des Piraeeus zu übernehmen. At negari non potest deliberandi potissimum vim inesse verbo χρηματίζειν: vid. Morus ad Isocrat. Panegyr. c. 42. ap. Spohn. p. 121 sq. Schoemann. de comitt. p. 89 sq. Quem significatum etiam praepositio περὶ videtur respicere: „acturum, deliberaturum de praesidio." In armis ipse senatus erat, ut, si opus esset, manu decertaret, neve inermis manus in Piraeo ab hostibus circumveniretur. — De forma Πειραιέως confer. annot. ad §. 18.

ἐν τοῖς ὅπλοις. Tayloro haec verba suspecta erant propter sequens διεσκευασμένην quod tantundem dicit: conf. Hesych. διεσκευασμένοι, ἡτοιμασμένοι, ἔνοπλοι, ξιφήρεις εἰς πόλεμον. Itaque non dubitavit notare illa verba tamquam glossam participii, male in textum receptam. Etiam Heinrichio displicuit ejusdem sententiae assiduitas in verbis καταβαίνειν — ἐν τοῖς ὅπλοις et πράττειν διεσκευασμένην: quamobrem verba ἐν τοῖς ὅπλοις διεσκευασμένην in editione sua conjunxit. At minime ingratam repetitionem oratoris verba quae intacta reliqui continent: quamquam Heinrichii conjectura per se spectata optime habet: conf. Aeschin. in Ctesiph. §. 140. καὶ ὑμεῖς ἐξῆλθετε καὶ εἰσῄειτε εἰς τὰς Θήβας, ἐν τοῖς ὅπλοις διεσκευασμένοι. — Ceterum articulus quem hic offendimus plerumque additur substantivo ὅπλα post praepositiones, velut ap. Aristoph. Lysistr. 597. ἀγοράσω τ' ἐν τοῖς ὅπλοις Demosth. de cor. §. 155. ἐν τοῖς ὅπλοις παραγενόμενοι ib. 177. ἐν τοῖς ὅπλοις ὄντας. ap. nostr. §. 107. ἐν τοῖς ὅπλοις ἐκστρατευόμενοι Dem. de cor. §. 157. συναντᾶτε μετὰ τῶν ὅπλων: qui recte omittitur ubi universum genus designatur: conf. Xenoph. Hier. 10, 6, 7. τῶν ἀεὶ ἐν ὅπλοις — ὄντων et τοὺς ἐν ὅπλοις ὄντας. Demosth. de fals. leg. §. 326. μεθ' ὅπλων ἐξερχόμεθα. Aeschin. de fals. leg. §. 82. μὴ ἐπιβήσεσθαι μεθ' ὅπλων Χερρο-

νήσου. Dem. de cor. §. 157. ἐρχόμενοι μεθ' ὅπλων. Eodem modo nostrates recte vel addito vel omisso articulo dicunt: in den Waffen sein et in Waffen sein.

ἔδοξε. Pertinet hoc verbum ad psephismatis formulam. Vide Schoem. de comitt. p. 131 sq.

οἱ ἀφειμένοι τοῦ στρατεύεσθαι. Conf. Dem. in Mid. §. 15. ἀφεθῆναι τῆς στρατείας. Perfectum ἀφειμένοι praetulimus praesenti ἀφιέμενοι, quod Bekkerus dedit, propter §. 40. ubi eadem forma recipienda est: ἀφέμενοι, quod Osannus in textum suscepit, non capit passivam significationem. Vid. Lobeck. ad Phrynich. p. 320. — Senatoribus militiae vacatio data erat: de qua immunitate vid. Petit. legg. Att. II. p. 664. Wachsmuth. Hell. Alterth. II. 1. p. 397.

μικροὶ καὶ οἱ τυχόντες φόβοι. Utrumque nonnumquam conjungunt, velut Demosth. in Aristocr. §. 43. ἆρά γε μικρὸν ἢ τὸ τυχόν ἐςι; Din. in Demosth. §. 22. ἆρ' ὑμῖν δόκεῖ μικρῶν κακῶν ἢ τῶν τυχόντων — αἴτιος γεγενῆσθαι; ib. §. 88. οὐ γὰρ περὶ μικρῶν οὐδὲ τῶν τυχόντων ἐν τῇ τήμερον ἡμέρᾳ δικάζετε. Pluralem φόβοι Lycurgus praebet etiam §. 43. Isocr. Philipp. §. 34. Cypr. §. 52.

§. 38. ἀποδρὰς ᾤχετο. Vide Matth. gr. gr. p. 1107. conf. Xenoph. Anab. 5, 1, 15. ἀποδρὰς ᾤχετο ἔξω τοῦ Πόντου. Ἀποδιδράσκειν ad clandestinam fugam spectat: quod docet Xenoph. Anab. I. 4, 8. ἐπιςάσθωσαν, ὅτι οὔτε ἀποδεδράκασιν· οἶδα γὰρ ὅπη οἴχονται· οὔτε ἀποπεφεύγασιν· ἔχω γὰρ τριήρεις, ὥςε ἑλεῖν τὸ ἐκείνων πλοῖον.

ἱερὰ τὰ πατρῷα cf. §. 55. μετὰ παιδὸς τοῦ διακονοῦντος. §. 73. ὅρους τοὺς εἰς τὴν ἐλευθερίαν. in sacramento ad §. 76. excitato ὅπλα τὰ ἱερά et ἱερὰ τὰ πάτρια.

εἰς τοσοῦτον προδοσίας ἦλθεν. Loquendi formulas εἰς τοῦτο vel εἰς τοσοῦτο ἥκειν, ἔρχεσθαι, ἀφικνεῖσθαι, sequente genitivo, maxime oratores frequentant. Exempla dabunt Bremius in annot. crit. ad Lys. adv. Simon. §. 2. Benseler. ad Isocrat. Areopag. p. 127.

ἔρημοι μὲν ἦσαν. Immerito Dobreus particulam ἄν obtrudere studuit huic loco: quae ferenda esset si in codicibus inveniretur. Etenim verba κατὰ τὴν αὐτοῦ προαίρεσιν „secundum ejus consilium" i. e. si omnes probassent, imitati essent ejus consilium atque agendi rationem, conditionem continent, cui additur, tamquam apodosis, enuntiatio ἔρημοι μὲν ἦσαν κτλ. At minime necessaria est ἄν particula: vid. annot. ad §. 23. Bernhardy. Synt. p. 374.

οἱ ναοὶ [τῶν ἱερέων]. Formam ναὸς abjudicant ab Atticis: vid. Gregor. Cor. p. 42. Moeris v. νεώς. quamobrem Heinrichius dedit οἱ νεῷ. At alteram quoque formam agno-

scunt Attici scriptores, velut Aristoph. Nubb. 301. Xenoph. Anab. 5, 3, 9. 12. 13. Memorab. 3, 8, 10. Quod instat τῶν ἱερέων ejiciendum est: etenim non agitur de solis sacerdotibus qui sacra non faciant, sed de universo populo qui deorum religiones atque templa descrat. Atque ipsa membrorum ἔρημοι ἦσαν οἱ ναοὶ τῶν ἱερέων et ἔρημοι αἱ φυλακαὶ τῶν τειχῶν disparilitas atque discrepantia argumento est, non ab oratoris manu profecta esse verba τῶν ἱερέων. Quamquam illa verborum conformatio minus offendit Reiskium et Blumium, quia ἔρημοι αἱ φυλακαὶ τῶν τειχῶν idem est quod ἔρημα τὰ τείχη τῶν φυλάκων. At in talibus non sententia tantum spectanda est, sed singula utriusque membri verba inter se respondeant necesse est, ne legentis vel audientis animus offendatur aut in errorem inducatur. Itaque Taylori quoque conjecturam ἱερῶν repudiandam esse censeo: quae per se spectata, mea quidem sententia, ferri possit. Quod vero idem vir doctissimus ἱερὰ sua h. l. ad τὰ ἱερὰ τὰ πατρῷα referri jussit, in eo tota re erravit: quippe quum privatarum religionum mentio prorsus absona sit ab hoc loco.

ἔρημοι δὲ αἱ φυλακαὶ τ. τειχῶν. conf. §. 17.

ἡ πόλις καὶ ἡ χώρα. Eandem horum verborum collocationem deprehendimus. ap. nostr. §. 1. 121. Demosth. de cor. §. 184. at ἡ χώρα καὶ ἡ πόλις ap. nostr. §. 113. 145. Dinarch. in Demosth. §. 64. Similiter nostrates in hac formula variant: Stadt und Land. — Land und Stadt.

§. 39. ἐν τοῖς ἔμπροσθεν χρόνοις conf. §. 105.: at detracto ν adverbium positum est ap. Demosth. de cor. §. 201. ἐν τοῖς ἔμπροσθε χρόνοις. ib. 282. τὸν ἔμπροσθε χρόνον. in Mid. §. 8. τὸν ἔμπροσθε χρόνον. Quam formam recentioribus Graecis concedit Lobeck. ad Phrynich. p. 284 sq., a veteribus Atticis abjudicat: at vehementer in hac re erratum est a viro optime de his litteris merito. Vide Schaefer. appar. ad Demosth. II. p. 273.

ἢ μισόδημος τότε ἢ μισαθήναιος. Illud ad cives nararum rerum cupidos, oligarchiae amantes, democratiae infestos pertinet: conf. Isocrat. Areopag. §. 57. Dinarch. in Philocl. §. 22.: hoc ad peregrinos respicit: conf. Dem. in Aristocr. §. 202. δύο Ἀβυδηνοὺς μισαθηναιοτάτους καὶ πονηροτάτους ἀνθρώπους. De vocis μισαθήναιος accentu conferatur Goettling. Lehre vom Accent. p. 83 et 86.

ὅςις ἠδυνήθη ἄν. Illati post adverbium οὕτως prominis relativi multa exempla possunt afferri: cf. Isocr. Evagor. §. 35. οὐδεὶς γάρ ἐςιν οὕτω ῥᾴθυμος, ὅςις ἂν δέξαιτο κτλ. Panath. §. 66. τίς ἐςιν οὕτως ἀφυής, ὅςις οὐχ εὑρήσει. Dinarch. in Demosth. §. 93. τίς οὕτως εὔελπις ὑμῶν ἐςὶν —, ὅςις ἐλπί-

ζει. Vid. Schaefer. Melett. p. 71 sq. Matth. gr. gr. §. 479. not. 1. p. 895. Notandus est error Corais, qui ad hunc locum adscripsit: *Διαγραπτέος μοι εἶναι ἔδοξεν, ὡς ἀτόπως πλεονάζων, ὁ δυνητικός (ἄν). Εἶχε δὲ καὶ συντομώτερον φράσαι ὁ ῥήτωρ· Ὅςις ὑπέμεινεν ἂν ἄτακτον ἑαυτὸν ἰδεῖν· καὶ οὐκ ἂν ἐπλεόναζε τηνικαῦτα ὁ δυνητικός.* Quasi vero verbum *δύνασθαι* respuat *ἄν* particulam. Delenda sane esset, si jure sumeretur a viris doctis, ipsam verbi quocum jungatur haec particula potestatem affici atque debilitari. At quum vix dubitari queat, quin omnis ejus particulae vis in conditionis (Bedingtheit) notione posita sit, ita ut indicativo juncta eam enuntiationem cui adjicitur ex alio enuntiato, aut a scriptore expresso, aut tacita cogitatione supplendo, pendere indicet, apertum est non respuere hunc Lycurgi locum illam voculam. Confer Bernhardy. Synt. p. 390. Hartung. de partt. II. p. 244 sq. Ceterum idem Coraës ediderat Isocrat. Phil. §. 41. *ὁμολογῶ μηδέν' ἂν δυνηθῆναι διαλλάξαι.* et ib. §. 109. *τὸν ἀξίως ἂν δυνηθέντα διαλεχθῆναι περὶ αὐτῶν.*

ἄτακτον. *Ἄτακτος* est Lycurgo is qui militiae munus defugit, *ὅςις οὐ παρέχει τὸ σῶμα τάξαι* conf. §. 43. 57 etc.: quo pertinet verbum *ἀτακτεῖν* quod posuit Demosthenes Olynth. III. §. 11. *τοὺς ἀτακτοῦντας ἀθῴους καθιςᾶσι.*

ἡ μὲν ἧττα καὶ τὸ γεγονὸς πάθος. Oratoriae haec sunt verbositatis: etenim alterutrum abundat. Conf. Aeschin. in Ctesiph. §. 170. *παρὰ τὰ δεινὰ καὶ τοὺς κινδύνους.* Lys. in Agorat. §. 11. *καὶ διὰ τὸν πόλεμον καὶ τὰ κακὰ τοὺς πολλοὺς τῶν ἐπιτηδείων ἐνδεεῖς ὄντας.* Loquitur Lycurgus de pugna ad Chaeroneam commissa.

[*τῷ δήμῳ*] vid. annot. crit. E sequenti versu huc videntur irrepsisse haec verba: nec potest non offendere lectorem notio eadem ter repetita *τῷ δήμῳ, ἡ πόλις, τῷ δήμῳ.*

ὀρθὴ δὲ ἦν ἡ πόλις ἐν τοῖς συμβεβηκόσιν. Conf. Isocr. Philipp. §. 70. *τὴν Ἑλλάδα πᾶσαν ὀρθὴν οὖσαν ἐφ' οἷς σὺ τυγχάνεις εἰσηγούμενος.* de Big. §. 7. *ὀρθῆς δὲ τῆς πόλεως γενομένης διὰ τὸ μέγεθος τῶν αἰτιῶν.* Diodor. Sic. 16, 84. *ἡ μὲν πόλις ὀρθὴ διὰ τὸν φόβον ἦν.* Quibus exemplis addit Osannus Eumath. de amor. Ismen. 1. p. 4. 5. p. 190. 8. p. 372. 10. p. 436. ed. Lips. *Ὀρθὸς* est sollicitus, suspensus, anxius, metu perculsus: quem vocis usum Lycurgus Isocrati magistro acceptum refert. Offendit autem viros doctos *ἐν* praepositio cujus loco malint reponere *ἐπί*: sed jure vulgatam defendit Blumius qui temporis respectu *ἐν* (bei) dictum esse contendit. Compares loquutiones *τέρπεσθαι, χαίρειν ἔν τινι πράγματι* de quibus videndus Bernhardy. Synt. p. 210. Aeschyl. Choëph. 219. *ἐν κακοῖσι τοῖς ἐμοῖς γελᾶν.* Neque

alio pertinere equidem dixerim quae leguntur ap. Lys. in Agorat. §. 12. ἀπέκτειναν ἐν τῇ προφάσει ταύτῃ.

αἱ δ' ἐλπίδες — ἐν τοῖς ὑπὲρ πεντήκοντα ἔτη γεγονόσι καθεισήκεσαν. Athenienses stipendia fecisse videntur ab eo tempore, quo inter cives recepti essent, usque ad sexagesimum aetatis annum: quamquam non semper omnium aetatum cives ad bellum proficiscebantur. Apud Lacedaemonios quoque militiae munia obibant (i. e. ἔμφρουροι erant) cives minores sexaginta annis natu omnes. Conf. Hermann. gr. Staatsalterth. §. 152. et quos citat p. 293. not. 11. Wachsmuth. Hell. Alterth. II. 1, p. 376. 377. De praepositionis ἐν usu conf. Bernhardy. Synt. p. 210. Similiter dictum est τὰς ἐλπίδας ἔχειν ἔν τινι Dinarch. in Dem. §. 28. 53. 77. Dem. in Theocrin. §. 60. et passim: quam loquutionem commutant nonnumquam cum ea quae occurrit ap. Lycurg. §. 47. ἐπὶ τοῖς τείχεσι τὰς ἐλπίδας ἔχοντες: vid. Bernhardy. Synt. p. 250.

§. 40. γυναῖκας ἐλευθέρους περιφόβους, κατεπτηχυίας. Ἐλευθέρους, quod plurimorum codicum et editionum consensu comprobatur, praetuli codicis B scripturae ἐλευθέρας. Confer nomina adjectiva βάρβαρος, ἥμερος et quae Buttmann. disputat gr. gr. I. p. 247. n. 4. Blum. ad h. l. Schneider. et Passov. lex. v. ἐλεύθερος. In περίφοβος praepositio vim nominis auget ut in περιχαρής Isocrat. Philipp. §. 71. 90. περιώδυνος Herod. 3, 35. et similibus. Κατεπτηχυίας nuncupat feminas trepidantes atque animo consternatas, quae ipso incessu non erecto eo et tardo sed fracto atque citato animi anxietatem atque pavorem produnt.

ἀναξίως — ὁρωμένας. Participium ὁρωμένας non arrisit viris doctis quorum conjecturas dedi in annot. crit., propter praegressum verbum ὁρᾶν: quamquam ob id ipsum quod praecedit ὁρᾶν δ' ᾖν Sauppio placet participium. Atque fuit quum me induceret virorum summorum auctoritas ut librariorum errore vocem ὁρωμένας invectam esse putarem: sed quam amplexus eram Orellii conjecturam (ὀδυρομένας), mirifice illam cum Melanchthonis interpretatione „lugubriter lamentantes" concinentem, jam relinquendam esse duco. Etenim verbum ὁρᾶσθαι, quod Lycurgus hac significatione „in oculis alicujus versari" posuit etiam §. 55. 141., non sine vi quadam illatum esse videtur h. l., ubi de feminis positum est, quae severioribus plagae orientalis legibus adstrictae in publicum non solebant prodire, indignum in modum his in hominum ore versantibus. Conf. Aristoph. Thesmophor. 747. Isocr. epist. 9, 10. ed. Bekk. p. 502. Wachsmuth. Hellen. Alterth. II. 2. p. 77.

τοὺς τοῖς σώμασιν ἀπειρηκότας. Verbum ἀπαγο-

ρεύειν (ἀπειπεῖν) de iis qui fatigati, confecti sunt vel animis cadunt, adhibitum saepe cum tertio casu ejus rei, ad quam pertinet defectio, conjungitur. Isocrat. Panegyr. §. 92. ταῖς ψυχαῖς νικῶντες, τοῖς σώμασιν ἀπεῖπον. Aeschin. in Timarch. §. 53. τῇ — δαπάνῃ ἀπεῖπε. Demosth. Olynth. III. §. 8. ἀπειρηκότων δὲ χρήμασι Φωκέων: haud raro caret substantivo, velut Xenoph. Anab. 1, 5, 3. 5, 8, 3. Demosth. adv. Polycl. §. 22.

ταῖς ἡλικίαις πρεσβυτέρους. Sic cum Suida v. πεπορπημένος scripsi: etenim amplexus sum Baiteri et Sauppii rationem, qui quum h. l. in quibusdam Suidam sequi necesse sit, jure contendunt in aliis quoque ejusdem viri auctoritati non minus esse tribuendum. Vid. Bait. et Spp. edit. p. 107. Confer Matth. gr. gr. §. 424. not. 1. ap. nostr. §. 100. τῷ χρόνῳ ἀρχαιοτάτῃ. Aeschin. de fals. leg. §. 25. οἱ πρεσβύτεροι ταῖς ἡλικίαις. Ceterum pluralis numerus ἡλικίαι tum ad plures homines, tum ad varios aetatis gradus referendus est: conf. Aeschin. in Timarch. §. 10. ἄξινας ἡλικίας ἔχοντες. ib. §. 194. οἱ δὲ ταῖς ἡλικίαις καὶ τοῖς ἑαυτῶν σώμασιν οὐ καλῶς κεχρημένοι. Eodem modo Latini dicunt: centuriae discrimine aetatium factae Liv. 1, 43. In hoc quoque maxime naturali aetatibus illis impetu. i. q. pueris. Quintilian. I. 3, 10.

ἀφειμένους. cf. §. 37. et de re annot. ad §. 39. Ceterum perfectum tempus quod Suidas praebet aptius esse videtur quam id quod Bekkerus conjecit ἀφιεμένους.

ἰδεῖν ἦν. Attendendum ad temporum mutationem: modo enim dixerat ὁρᾶν δ' ἦν. Conf. ap. nostr. §. 13. ἔσται — τοῖς διώκουσιν ἥκιστα συκοφαντεῖν καὶ ὑμῖν — τὴν ψῆφον ἐνεγκεῖν. Demosth. de cor. §. 157. βούλομαι — βοηθεῖν καὶ ἀμύνασθαι, ubi nullo discrimine utrumque tempus positum est. Vid. Bernhardy. Synt. p. 383. At cave confusam esse temporum notionem putes ap. nostr. §. 20. ἐπείσθησαν — ἢ ἀμνημονεῖν ἢ μὴ ἐλθεῖν ἢ ἑτέραν πρόφασιν εὑρεῖν. §. 25. συμφεύγειν αὐτῷ — ἠξίωσε, καὶ ἱδρύσασθαι — καὶ εἶναι ὀθνεῖα κτλ. §. 46. καὶ ὑμῶν ἀκοῦσαι δέομαι καὶ μὴ νομίζειν κτλ. Quam temporum diversorum vim diversam deprehendere licet etiam in talibus: ῥᾴδιον — κολάζειν τοὺς παρανομοῦντας ap. nostr. §. 9. ῥᾴδιον ἔξαι — ἀδικεῖν. §. 78. at εὑρεῖν ῥᾴδιον §. 51. ῥᾴδιόν ἐστιν — εὑρεῖν. §. 64.

ἐπὶ γήρως ὁδῷ περιφθειρομένους. Non dubitavi cum Suida ad Atticam normam scribere ἐπὶ γήρως ὁδῷ: id quod Valckenario quoque placuit. Nam aut ἐπὶ γήραος οὐδῷ cum poëta, aut ἐπὶ γήρως ὁδῷ cum Atticis scribendum esse perspicuum est: ut vix dubitari queat, quin scriptura ἐπὶ γήρως οὐδῷ a librariis profecta sit. Homericis istis quae

leguntur Il. 22, 60. 24, 487. Odyss. 15, 246. 347. etc., haud semel utuntur prosae orationis scriptores, ubi de grandi senectute agitur: quamquam apud veteres nusquam horum verborum quae duplicem admittunt explicationem interpretatio reperitur. Conf. Passov. lexic. v. *οὐδός*. c. Stallbaum ad Platon. de rep. p. 323. E. — Eidem Suidae debetur scriptura *περιφθειρομένους*, cujus loco in veteribus editionibus atque codicibus invenitur verbum *διαφθειρομένους*: quod qui servarunt, Pinzgerus atque Blumius, interpretatione sua non effecerunt ut fidem antiquis exemplaribus adjungeremus. Reddit verba Pinzger: „sah man — auf der Schwelle des Alters sich abmühen." Blumius: „pereuntes, trepidatione et fuga puto." Totius autem loci ratio docet bellicum hic describi tumultum, senesque concursantes trepidisque manibus arma sumentes: quo ducunt verba praegressa §. 39. *αἱ δ' ἐλπίδες — ἐν τοῖς ὑπὲρ πεντήκοντα ἔτη γεγονόσι καθεςήκεσαν* et §. 40. *ὑπὸ τῶν νόμων τοῦ στρατεύεσθαι ἀφειμένους* et ea ipsa quae instant *διπλᾶ τὰ ἱμάτια ἐμπεπορπημένους*. Quam concursationem optime exprimit verbum *περιφθείρεσθαι*: conf. Isocrat. ep. 9. §. 10. *ἐνίας δ' αὐτῶν ἐν ῥάκεσι περιφθειρομένας δι' ἔνδειαν τῶν ἀναγκαίων*. *Φθείρεσθαι* enim et vv. composita *ἐκφθείρεσθαι, προςφθείρεσθαι, εἰςφθείρεσθαι παραφθείρεσθαι* cett. nonnumquam de iis usurpantur, qui suo vel alieno damno aliquo *eunt, vagantur*: quod genus multa a Tayloro ad h. l. congesta sunt: vid. etiam interpp. ad Aristophan. Ecclesiaz. 249. Seager in Schaefer app. ad Demosth. III. p. 429.: at nusquam verbum *διαφθείρεσθαι* hunc sensum capit, quem Coraës ei h. l. non dubitat tribuere. Ceterum verbum *περιφθειρ.* cum praecedentibus *κατὰ τὴν πόλιν κτλ.* jungendum esse neminem fugiet, qui totius loci rationem expenderit: ut mirer, quid sit, quod Pinzger scripserit: wie aber ein Umherschweifen zu seinem Verderben auf der Schwelle des Alters zu denken sei, ist schwer einzusehen. Merito autem Blumius (excurs. II. ad Lycurg. edit.) monet nullum senum decrepitorum, quales hi ab oratore describuntur, in bello defendendaque urbe fuisse operam: at ipse adspectus senum armis gerendis imparium, qui habitu insolito concursantes arma capessunt, miserabilis visus est oratori. Conf. Saupp. edit. Lycurg. p. 108.

διπλᾶ τὰ ἱμάτια ἐμπεπορπημένους. Coraës cum Suida dedit *διπλᾶ ἱμάτια ἐμπεπορπημένους*: quae verba explicat p. 56. *Διπλοῦν ἱμάτιον ἐκαλεῖτο ἣν ἐφόρουν οἱ ςτρατευόμενοι χλαῖναν, πόρπῃ ἢ περόνῃ συνεχομένην περὶ τοὺς ὤμους, ὡς δηλοῖ καὶ Ὅμηρος Ἰλιάδ. κ, 133.* Sed vestimenti genus nomine *διπλοῦν ἱμάτιον* insignitum ab hoc loco alienum est, ubi

articulus, quem omnes codices tenent minime debet tentari: itaque v. *διπλᾶ* arcte cum participio *ἐμπεπορπ.* jungendum est atque ad ipsum actionis (*ἐμπορπᾶν*) effectum referendum: quod non fugit Blumium (excurs. II. ad Lycurg. edit. p. XXI.) qui Lycurgi verba de ipsius pallii duplicatione intelligit. Senes autem militia immunes bellico apparatu et vestibus militaribus caruisse verisimile est: quamobrem, quum militiae munera obeunda essent, pallio illo quadrato usi sunt, cujus nullus in militia usus erat. Quod ne pedes brachiaque militantium impediret duplicatum atque in humerum rejectum fibula constrinxerunt senes ita, ut chlamydis instar esset. Quo factum est, ut non insolito tantum sed etiam indecoro habitu per urbis vicos vagantes, afflictarum patriae opum atque miseriae spectaculum praeberent. Conf. Blum. excurs. II. Saupp. ad h. l. Müller. Archaeologie der Kunst p. 421 sqq. Ceterum Blumius qui de militia hic non cogitandum esse censet, frigidam et ventosam tempestatem causam fuisse vult, ut duplicia gestarent pallia decrepiti senes per plateas concursantes: qui vir doctissimus vereor ne olim rectius de hoc loco statuerit. vid. p. XIX. edit. Blum. — Ad verborum structuram conferendus est Herodotus VII. 77. *Μιλύαι — εἵματα ἐνεπεπορπήατο.*

§. 41. *Πολλῶν δὲ καὶ δεινῶν.* Attica haec formula apud optimos scriptores saepissime obvia est: vid. Matth. gr. gr. §. 444. 4. Sluiter. lectt. Andocc. p. 94 sq. ed. Schill. et vv. doctt. ap. Benseler ad Isocrat. Areopag. p. 175 sq. At inversus quoque verborum in similibus ordo invenitur: quae res nonnumquam fraudi fuit editoribus. Conf. Isocrat. Panath. §. 179. *εἰς τόπους κατοικίσαι μικροὺς καὶ πολλούς.* Lys. de invalid. §. 19. *ἀνθρώπους — πονηροὺς καὶ πολλούς.* Demosth. in Mid. §. 109. *ποιήσας δεινὰ νὴ Δία καὶ πολλά.* adv. Leptin. §. 67. *ἄνδρας ἀρίστους καὶ πλείστους.* Itaque recte ap. Dinarchum in Demosth. §. 109. ponitur: *οἱ πρόγονοι καλοὺς καὶ πολλοὺς κινδύνους ὑπομείναντες,* ubi Reiskius malebat *πολλοὺς καὶ καλούς,* Bekkerus *πολλοὺς καὶ μεγάλους:* atque jure e septem Bekkeri codicibus, in quibus optimus *Σ,* Dindorfius et Meier. ediderunt ap. Demosth. in Midiam §. 36. *δεινὰ καὶ πολλά.* vid. Schaefer. appar. ad Demosth. III. p. 339. et alia hoc genus ap. Dindorf. praefat. ad. Demosth. p. IX. Quo pertinet etiam Demosth. de fals. leg. §. 188. *οὕτω τοίνυν αἰσχρὰ καὶ πολλὰ καὶ πάντα καθ' ὑμῶν πεπρεσβευκώς:* quamquam Schaeferus ad hunc locum adscripsit: „*αἰσχρὰ καὶ πολλὰ* ne confundas cum pervulgatissimo illo *πολλὰ καὶ αἰσχρὰ tam turpia eaque et multa et omnia.*" — Verum haud scio an utrique *καὶ* eadem intendendi atque explicandi vis insit.

μάλις' ἄν τις ἤλγησε καὶ ἐδάκρυσεν. Conf. annot. ad §. 39.

τοὺς μὲν δούλους ἐλευθέρους — ἐντίμους. Ad talia nonnumquam confugiebant Athenienses, quum cives belli periculis pressi hostes propulsare non valebant aut dissidiis intestinis respublica dilacerabatur: quae res quam accommodata fuerit ad civium vires augendas et intestinas discordias opprimendas nemo non intelligit. Servi autem in libertatem vindicati inquilinorum (μετοίκων) numero adjiciebantur, quibus is qui ante dominus fuerat pro patrono (προςάτῃ) erat. Vid. Wachsmuth. Hell. Alterth. I. 1, p. 252. et qui ibi citantur. Contra inquilini — hos enim Lycurgus nomine ξένους notat, acerbius ille quam pro re dicens: conf. Suid. μέτοικοι οἱ ἐξ ἑτέρας πόλεως μετοικοῦντες ἐν ἑτέρᾳ καὶ μὴ πρὸς ὀλίγον ἐπιδημοῦντες ὡς ξένοι — inquilini igitur inter cives recipiebantur: capite deminuti in integrum restituebantur. Quamquam perraro factum est ut cives qui aliquam juris sui partem amiserant in pristinum statum redirent, legibus interdicentibus, ne quis cum populo de ἀτίμοις in integrum restituendis ageret nisi ita, si sex millia civium in concione impunitatem actori concessissent suffragiis occulte latis. Vide Schoemann. de comitt. p. 275. et de ἀτιμίᾳ in universum Schoemann. de comitt. p. 73. Meier. de bonis damnator. p. 101. Meier. et Schoem. de Ord. Jud. p. 563. — Pro ἐντίμους Baiterus conjecit ἐπιτίμους: negari enim nequit τῷ ἀτίμῳ, τῇ ἀτιμίᾳ, ubi de statu civili agitur, plerumque opponi τὸν ἐπίτιμον, τὴν ἐπιτιμίαν: id quod probant exempla a Baitero et Sauppio allata, Plutarch. Solon. 19. Andocid. de myster. §. 107. Xenoph. Hellen. 2, 2, 11. Andocid. de myster. §. 73. 80. 103. 109. Demosth. in Aristogit. II. §. 11. Apsin. in rhetor. Ald. I. p. 687. Syrian. in rhetorib. Walz. IV. p. 707. Quibus addi poterant grammatici Thom. Mag. v. ἐπίτιμος — ἐπὶ τιμῆς καὶ ἀξιώματος ὄντες. Suid. ἐπίτιμον, πλούσιον ἢ τὸν μὴ ἄτιμον. Etymolog. Magn. ἐπίτιμον, πλούσιον ἢ τὸν μὴ ἄτιμον κατὰ νόμους, ἀλλ' ἔχοντα ἐξουσίαν καὶ δημηγορῆσαι καὶ δικάσασθαι. Attamen ἔντιμος quoque ferendum esse videtur: quamquam fidenter duumviri Turicenses „ἔντιμος opponi potest τῷ οὐκ ἐπιφανεῖ (cf. Sintenis ad Plut. Thom. 1.) ἀτίμῳ, capite deminuto, non potest." Tu velim conferas psephisma de Plataeensibus scriptum, in Dem. orat. in Neaeram obvium §. 104. Πλαταιέας εἶναι Ἀθηναίους ἐντίμους καθάπερ οἱ ἄλλοι Ἀθηναῖοι, id est, aequo cum genuinis civibus jure uti: et verba Lesbonactis in Protreptic. p. 655. ed. Bekk. ubi ii qui in proeliis fugam capessivissent, dicuntur ἄτιμοι παρ' ἐντίμοις ὄντες, de qua re vid. Schoemann. de comitt. p. 74 sq. Eo-

demque modo scripsit is qui argumentum Ranar. Aristophanis composuit, *καὶ τοὺς ἀτίμους ἐντίμους ποιῆσαι*; atque schol. ad Ran. 644. (Both.) *ἐξισῶσαι τοὺς πολίτας τοῦτ' ἔςιν ἐντίμους ποιῆσαι τοὺς ἀτιμωθέντας*: quibus adde schol. ad Thucyd. 5, 34. qui ad verba *ὄντες ἐπίτιμοι* adscripsit *ἤγουν ἔντιμοι*.

πρῶτον h. l. pro comparativo *πρότερον* dictum est i. e. antea, olim: quae interpretatio a graeci sermonis indole non videtur abhorrere: confer. Pinzger. ad h. l. et quos citat. Passov. lex. vol. II. p. 809. Quamquam alterum hujus superlativi exemplum quod olim exstabat §. 42. optimorum codicum ope deletum est.

ἐπὶ τῷ αὐτόχθων εἶναι. Hanc Atheniensium laudem multi celebrant et maxime oratores, Lys. orat. funebr. §. 17. Isocrat. Panathen. §. 124. Panegyr. §. 24. de pace §. 49. Demosth. orat. funebr. §. 4. Lycurg. §. 83. Platon. Menexen. p. 237 B sq. atque poëtae Euripid. Heraclid. 69. Jon. 669. fragment. ap. Lycurg. §. 101. v. 8. Itaque ap. Aristophanem quoque (Ran. 1041.) chorus *πάνυ σεμνῶς* talia profert:

Ἀττικοί, μόνοι δικαίως εὐγενεῖς αὐτόχθονες.

et Lysistr. 1010. *Καὶ μὴν ὁρῶ γε τούσδε τοὺς αὐτόχθονας.* Demosthenes de fals. leg. §. 261. Arcadibus quoque hanc laudem tribuit: at Harpocratio v. *αὐτόχθονες* Athenienses, Arcades atque Aeginenses in *αὐτοχθόνων* numero reponit: cui assentitur etiam Suidas. h. v. (nam huic lexicographo, cujus exemplaria olim pro *Θηβαῖοι* iterum referebant *Ἀθηναῖοι*, jure a Tayloro restituta est scriptura *Θηβαῖοι*). Ceterum conf. Meurs. de fortuna Athenarum c. 1. et Wachsmuth. Hell. Alterth. I. 1, p. 321. Beilage 11.

§. 42. *ἐκέχρητο* sensu imperfecti positum. Nam raro perfectum verbi *χρῆσθαι* tempus alium quam praesentis sensum admittit, velut Xenoph. Cyrop. 3, 1. 30. quod exemplum citat Buttmann. gr. gr. II. p. 256.

ὥςε πρότερον μὲν — ἀγωνίζεσθαι, ἐν δὲ τοῖς τότε χρόνοις ἀγαπᾶν —. De his infinitivis conf. Matth. gr. gr. §. 499. p. 944 sq. Structuram verbi *ἀγαπᾶν*, quod h. l. assumit *ἐὰν* conjunctionem, multi exemplis illustrarunt. Jungitur autem hoc verbum, ubi designat *contentum esse*, cum dativo atque accusativo, assumit particulas *ὅτι*, *εἰ*, *ἐὰν* atque praepositionem *ἐπὶ*, copulatur denique cum infinitivo atque participio. Vid. Viger. p. 221 sqq. Matth. gr. gr. p. 729 sq. Bernhardy. Synt. p. 104. 477. Strangius ad Isocrat. Demon. p. 33. Benseler ad Isocrat. Areopag. p. 300.

ἐὰν ὑπὲρ τῆς αὐτῶν σωτηρίας ἀσφαλῶς δύνηται κινδυνεῦσαι. Hoc σχῆμα πρὸς τὸ νοούμενον vel πρὸς τὸ

σημαινόμενον frequentant oratores, qui ad nomen collectivum singularis numeri pluralem verbi aut pronominis referunt. De plurali verborum numero vid. infr. ad §. 87. et 142.: ad nostrum locum comparandi Plato. Menexen. p. 241. E. Καὶ οὗτος μὲν δὴ πάσῃ τῇ πόλει διηντλήθη ὁ πόλεμος ὑπὲρ ἑαυτῶν τε καὶ τῶν ἄλλων ὁμοφώνων. Isocrat. Philipp. §. 147. πολλαὶ κατηγορίαι κατ' αὐτῆς (τῆς πόλεως) γεγόνασιν, ἐκ δὲ τῆς Μαραθῶνι μάχης — καὶ μαλισθ' ὅτι τὴν αὐτῶν ἐξέλιπον — ἅπαντες αὐτὴν ἐγκωμιάζουσιν. Dinarch. in Dem. §. 55. ἡ βουλή, ὦ ἄνδρες, ζητεῖ τὰ προσταχθέντα ὑφ' ὑμῶν καὶ τὰ γεγενημένα παρ' αὐτοῖς ἀδικήματα. ib. §. 56. διόπερ τὸν παρ' αὐτῶν ἀποστερήσαντα τὸ ναῦλον τὸν πορθμέα ζημιώσασα πρὸς ὑμᾶς ἀπέφηνε. Quo pertinet quae de pronominum usu disputata sunt a Bernhardyo Synt. p. 288. ib. 294. Krügero in annot. ad Dionys. Halicarn. Historiogr. p. 32. Bremio in excurs. X ad Isocrat. oratt. part. I. Verba ἀσφαλῶς — κινδυνεῦσαι etsi ὀξυμώρου speciem prae se ferunt, quum idem fere valeant quod ἀκινδύνως κινδυνεῦσαι, atque mox sequitur verbum κινδυνεύειν, tamen codices Z scripturam διακινδυνεῦσαι non praetulerim vulgatae. Nam et loquutio illa minime incepta est et ejusdem verbi repetitio tum ipso intervallo, quod inter utramque vocem interjectum est, tum terminationum σαι et ειν discrimine obscuratur atque lenitur.

πολλῆς χώρας τῶν βαρβάρων ἐπάρχειν. Ἐπάρχειν proprie ii dicuntur, qui regunt gentes vel provincias quas armis imperio suo subjecerunt: conf. Xenoph. 1, 1, 4. Isocrat. Panegyr. §. 123. 140. Lycurg. §. 62. quamquam ap. Xenoph. Cyrop. 4, 6, 2. de satrapa usurpatur, qui provinciam in ditione habet. Errat Sluiterus, Lectt. Andocc. p. 154. ed. Schill., qui nullo discrimine ἄρχειν et ἐπάρχειν a scriptoribus rem ad aurium judicium revocantibus adhiberi contendit. — De re conferatur Isocrat. Panegyr. §. 34 sq.

καὶ τὸν δῆμον, ὃν πρότερον — βοηθὸν ἐπεκαλοῦντο, οὗτος ἐδεῖτο —. Notandus est h. l. transitus ab infinitivo particulae ὥστε subjecto ad tempus finitum similis ei qui occurrit ap. Demosth. de fals. leg. §. 115. ἔστιν οὖν οὕτω τις ἀνθρώπων ἀνόητος —, ὥσθ' ἵνα λαμβάνῃ —, τούτοις μὲν πολεμεῖν, πρὸς δ' ἐκεῖνον ἐλθὼν κρίνεσθαι βούλεται; vid. Schaef. appar. ad Demosth. II. p. 531. et alia hujus transitus exempla ap. Bernhardy. Synt. p. 388. Quartus autem casus qui praecedit pronomen relativum, ita possit explicari, ut oratorem ad membrorum praegressorum structuram attendentem eandem struendi rationem continuare statuamus in animo habuisse, interjecta autem enuntiatione relativa ad tempus finitum transiisse: ut duae verborum constructiones τὸν

δῆμον — δεῖσθαι et ὁ δῆμος — ἐδεῖτο confusae sint. Quamquam ea quoque ratio quam amplexi sunt Blume ad h. l. et Bernhardy. Synt. p. 303. non displicet: substantivum enim, quod praecedit, in eum, qui sequitur, pronominis relativi casum potest abire. Conf. Lys. pro bon. Aristoph. §. 47. ἀλλὰ τὴν οὐσίαν ἣν κατέλιπε τῷ υἱεῖ οὐ πλείονος ἀξία ἐςίν. Sophocl. Trachin. 280. τάσδε δ' ἅσπερ εἰσορᾷς ἐξ ὀλβίων ἄζηλον εὐροῦσαι βίον χωροῦσι πρὸς σέ. Plura dabunt Matth. gr. gr. §. 474. p. 886. Bernhardy. Synt. l. l. Rost. gr. gr. p. 471.

οὗτος ἐδεῖτο — αὐτῷ μεταπέμψασθαι, quae Blumius dicta esse vult pro ἐδεῖτο, i. e. egebat, τῶν Ἀνδρίων — ὥςε ἐπικουρίαν αὐτῷ μεταπέμψασθαι παρ' αὐτῶν, rectius struxeris (cum Baitero et Sauppio) ita, ut verbum μεταπέμψασθαι pendeat e v. δέομαι: ἐδεῖτο μεταπέμψασθαι αὐτῷ ἐπικουρίαν τῶν ἐξ Ἄνδρου κτλ. Quod probatur exemplis, qualia haec sunt: Platon. Theaetet. p. 143. A. πάντως ἔγωγε καὶ ἀναπαύσασθαι δέομαι ὡς ἐξ ἀγροῦ ἥκων. de rep. II. p. 371. D. ὅσοι τι δέονται πρίασθαι. Xenoph. Anab. 5, 4, 9. τί δεήσεσθε ἡμῶν (ἡμῖν) χρήσασθαι; ib. 7, 2, 31. ἐπήρετο Σεύθην τί δέοιτο χρῆσθαι τῇ ςρατιᾷ. Dionys. Halicarn. de Thucyd. judic. II. 8, 3. παραδείγματα περὶ αὐτῶν φέρειν οὐ δέομαι τοῖς διεληλυθόσιν αὐτοῦ τὰς ἱςορίας. vid. Schneider ad Xenoph. de rep. Ath. 1, 3. et de loquutione οὐδὲν δέομαι „nihil morari" Krueger. ad Dionys. Historiogr. p. 19 sq. — τῶν ἐξ Ἄνδρου i. e. τῶν Ἀνδρίων: praepositionem Blumius propter sequens verbum μεταπέμψασθαι per attractionem positam esse vult, quod necessarium non est. Frequens est hujus praepositionis usus in circumloquutionibus, ubi nullum hujusmodi verbum reperitur. Exempla dabit Bernhardy. Synt. p. 228 sq. conf. Matthiae. gr. gr. §. 596. p. 1193. cui idiomati similis est adverbiorum usus, quae occurrunt apud Lycurgum §. 51. τοὺς δὲ τοὺς στεφανίτας ἀγῶνας νενικηκότας εὐπετῶς πολλαχόθεν ἔστι γεγονότας ἰδεῖν et §. 85. τοὺς ἔξωθεν ἀνθρώπους εὔνους ἔχοντες διετέλουν. Ceterum Andrus, una e Cycladibus, Bacchi religionibus erat clara: Ceos (Cea et Cia) e regione Sunii promontorii sita, Simonidis et Bacchylidis patria, olim fertilissima fuerat: Troezen autem, Argolidis urbs, Persici belli temporibus floruerat: nam quinque triremes et mille milites Troezenii in Graecorum acie contra Persas demicaverant: vid. Herod. 8, 43. Strabo. 8, 6. II. p. 203. ed. Tauchnitz. Epidaurus denique, ad sinum Saronicum sita, templo Apollinis celebris est: quamquam celeberrimum illud et religiosissimum templum, in quo neque nasci quemquam neque mori fas erat, non in ipsa urbe erat collocatum sed quinque millibus passuum aberat ab oppido. cf. Pausan. II. 27. Strabo. 8, 6. II.

p. 204. — *Αὐτῷ μεταπέμψασθαι* cf. §. 44. *παρέσχετο ἑαυτήν.* §. 70. *τὴν σωτηρίαν αὐτοῖς ἔμελλον πορίζεσθαι* §. 141. *παρακαθισαμένους ἑαυτοῖς.* Aristoph. Eccles. 401. *ὃς αὐτὸς αὑτῷ βλεφαρίδ' οὐκ ἐσώσατο.* Isocrat. Phil. §. 145. *τοὺς σφίσιν αὐτοῖς — κτησαμένους.* Adjicitur nonnumquam pronomen reflexivum mediae verbi formae, ut apud Gallos verbo reflexivo additur pronomen absolutum, ita ut pronomen ipsa pronuntiatione acuendum sit tamquam ad oppositum membrum cogitatione relatum. At interdum ipsius verbi medii notio obscurata esse videtur, ut porsus evanuerit vis quae alias iteratae notioni inest. Conf. interpp. ad Xenoph. Anab. 1, 8, 29. et quae allata sunt a Blumio ad h. l. et Bernh. Synt. p. 347.

§. 43. *ἐγκαταλιπόντα τὴν πόλιν.* Participium praesentis, quod commendant MSS, ab hoc loco alienum esse, et participia quae sequuntur videntur docere, et ipsa actionis definitio quae continetur verbis *ἐν τοῖς τοιούτοις φόβοις κτλ.* In codicibus autem diphthongus $\overline{\epsilon\iota}$ haud semel litterae $\overline{\iota}$ locum obtinuit. Vid. Bast. Commentat. palaeogr. p. 720.

ὅπλα θέμενον. Phot. c. 65. *θέμενος τὰ ὅπλα ἀντὶ τοῦ περιθέμενος καὶ ὁπλισάμενος Δημοσθένης* —.? Varium loquutionis *ὅπλα τίθεσθαι* vel *τὰ ὅπλα τίθεσθαι* (utrumque enim recte dicitur) usum illustrarunt Hudson. ad Thucyd. II. 2. Wesseling. ad Diodor. 12, 66. et 20, 31. Valcken. ad Herod. 9, 52. Viger. p. 297 sq. Indicc. ad Xenoph. Anab. — Ad nostr. locum conf. Lys. in Philon. §. 14. *οὔτ' ἐν τῷ Πειραιεῖ οὔτ' ἐν τῷ ἄστει ἔθετο τὰ ὅπλα.* Dem. in Mid. §. 145. *ὑπὲρ τοῦ δήμου θέμενος τὰ ὅπλα δὶς μὲν ἐν Σάμῳ, τρίτον δ' ἐν αὐτῇ τῇ πόλει.* Aeschin. in Timarch. §. 29. *τῇ πόλει ὑπὲρ ἧς τὰ ὅπλα μὴ τίθεσαι.*

τὸ σῶμα παρασχόντα τάξαι cf. §. 43. 55. 77. 147. De verborum structura vid. Matth. gr. gr. p. 1039 et p. 1050. Foertsch. in obss. critt. in Lys. oratt. p. 45. et quos citat. Stallbaum. ad Plat. Phaedr. p. 228. E. *Τὸ σῶμα* saepissime de persona ponitur apud prosae orationis scriptores: conf. Demosth. adv. Leptin. §. 77. *τρισχίλια δ' αἰχμάλωτα σώματα δεῦρ' ἤγαγε.* de symmor. §. 16. *ἔσεσθαι χίλια καὶ διακόσια ταῦτα ὑμῖν σώματα.* Aeschin. in Timarch. §. 77. *ψῆφον δέδωκε περὶ τοῦ σώματος ὅστις Ἀθηναῖος ὄντως ἐστὶ καὶ ὅστις μή.* Aristoph. Thesmoph. 853. *τοὐμὸν σῶμα βάλλουσα ψόγῳ.* — Eandem rem designat Lys. in Alcib. I. §. 7. *οὐδὲ παρέσχε μετὰ τῶν ἄλλων ἑαυτὸν τάξαι.* Isocrat. adv. Callim. §. 47. *οὐδεμίαν παρέσχεν αὑτὸν ἡμέραν τάξαι τοῖς στρατηγοῖς.* *Τάσσειν* de imperatoribus adhibetur certum alicui locum designantibus in militum ordinibus: conf. Demosth. de Rhodior. libert. §. 32.

τίς ἂν ἢ δικαστὴς — ἢ ῥήτωρ κληθείς —; Compares

emosth. de cor. §. 191. τίς ἢ λόγος ὄντιν' ἐχρῆν εὑρεῖν, ἢ ιρὸς συμφέρων ὑπ' ἐμοῦ παρελείφθη τῇ πόλει; atque Demosth. in Timocr. §. 157. ἔςιν ὅςις ἂν ἢ πρόεδρός ποτ' ιεψήφισεν, ἢ πρύτανις τούτων τι; — ψήφῳ ἀπολύσειεν. Judex ιim aut ἀπολύει, ἀποψηφίζεται, ἀπογιγνώσκει, aut καταιμβάνει, καταδικάζει, καταψηφίζεται, καταδεῖ. conf. Demosth. ıdd. v. v. Herodot. II. 174. IV. 68. Valcken. — ῥήτωρ κληιίς. vid. Thom. Mag. v. ῥήτωρ p. 324. ed. Ritsch. ῥήτωρ τοκλαιὸν ἐκαλεῖτο ὁ δήμῳ συμβουλεύων καὶ ὁ ἐν δήμῳ ἀγορεύων· ιερον δὲ καὶ ὁ παρ' ἑνός τινος καλούμενος ἐν δικαςηρίῳ λόγοις ιὶ συνηγορίαις βοηθήσων, ἤγουν ὁ δυνάμενος ὑπεραπολογήσαθαί τινος ἐν ὑποθέσει, ὃς καὶ συνήγορος καὶ δικολόγος καλεῖται. λητεὶς h. l. idem est quod παρακληθείς, in auxilium vocatus: cebat enim et accusatori et reo συνηγόρων ope uti: v. Aesch. Ctesiph. §. 199. Meier. et Schoem. de Ord. Jud. p. 708. eocrati affuisse συνηγόρους patet e §. 59. 63. 135. Amici ierumque vel coguati hoc munere fungebantur: Leucrati aum non amici tantum sed etiam conducticii illi oratores pem tulerunt, quorum magnum numerum Athenas litium nantes aluisse certum est: vid. Isocrat. Plataic. §. 3. Dirch. in Dem. §. 111. quamquam legibus cautum erat ne iis mercede conductus defensoris partes ageret. Demosth. Steph. II. §. 26. Meier. et Schoem. de Ord. Jud. p. 352. 709.

τὸν οὐδὲ συμπενθῆσαι — τολμήσαντα. Transit ·ator a negatione μήτε ad οὐδὲ particulam, quarum illa ad dicum mentem referri debet, haec oratori rem quae gesta t enarranti est assignanda. conf. §. 45. Hartung. de partt. . p. 132. ratione habita negationis μήτε — μήτε verba τίς ἂν λ. germanice reddit: „Welcher Richter könnte ihn trotz dem eisprechen? um so weniger kann ihn ein Richter frei sprechen." Simul autem Lycurgus a tertio casu (τῷ προδότῃ τῆς ίλεως βοηθήσειε) ad quartum redit: praevalet enim in sententiarum serie accusativus, oratore ad judicum potissimum ntentiam atque ad verba ψήφῳ ἀπολύσειεν respiciente. — erbum τολμᾶν „ab animo suo impetrare" quod crebro usurıt oratores, tum in bonam partem de iis adhibetur, qui agnum quiddam et arduum suscipiunt, tum in malam partem l eos refertur, qui scelus atque flagitium audent committere: ὁ τολμᾶν est „non sustinere, recusare" cf. Lycurg. §. 143. ıae. de Cleonym. her. §. 31. de Hagn. her. §. 37. Dem. lv. Aphob. de f. test. §. 34. Platon. Menex. p. 245. C. Stallıum. ad. l. l. Ceterum τολμᾶν etiam absolute ponitur, velut ıae. de Apollod. her. §. 23. conf. Schoem. ad Isae. p. 367.

§. 44. οὐκ ἔςιν ἥτις ἡλικία οὐ παρέσχετο ἑαυ-

τήν. In formula οὐκ ἔστιν ὅστις, substantivum sequitur pronomen. Aeschin. in Timarch. §. 106. οὐκ ἔστιν ἥντινα πώποτ' οὐκ ἦρξεν ἀρχήν. De pronomine reflexivo mediae verbi formae adjecto cf. §. 42. Demosth. de cor. §. 216. οὕτω σώφρονας παρέσχεσθε ὑμᾶς αὐτούς: ubi codd. Σk praebent παρέσχετε.

ὅτε ἡ μὲν χώρα τὰ δένδρα συνεβάλλετο, οἱ δὲ τετελευτηκότες τὰς θήκας —. Imperfectum pro aoristo jure receperunt recentiores editiones praecedente particula ὅτι. Ligno autem et lapidibus opus erat ad munimenta exstruenda, muros reficiendos: de re conferri jubent Diodor. Sicul. XI. 40. Nep. Themistocl. 6. Thucyd. I, 90. 93.

οἱ δὲ νεῷ τὰ ὅπλα. Vid. annot. crit. Formam νεῷ, quam Piersonus proposuit, non commutandam esse duxi cum f. ναοί, quam praetulerunt Baiterus et Sauppius: propius enim illa accedit ad vitiosam codicum scripturam νέοι, atque in his formis variatum esse a scriptoribus docet Blumius ad Lycurg. p. 86. De re confer quos citat Pierson. ad Moerid. p. 265. — In ἀναθημάτων numero arma fuisse docent etiam Demosthenes adv. Eubulid. §. 64. ἱεροσυλήσαντες τὰ ὅπλα — ἃ ἐγὼ ἀνέθηκα τῇ Ἀθηνᾷ. Aeschines in Ctesiph. §. 116. χρυσᾶς ἀσπίδας ἀνέθεμεν πρὸς τὸν καιρὸν νεῶν πρὶν ἐξειργάσθαι, καὶ ἐπεγράψαμεν τὸ προσῆκον ἐπίγραμμα κτλ. Schol. ad Aristoph. Equitt. 789. ἕως ἂν ᾖ τῶν ἀσπίδων τῶν ἐκ Πύλου ἡ λοιπόν. — Ἔθος δὲ ἦν τὰ ἀπὸ τῶν πολέμων ὅπλα ἐν τοῖς ἱεροῖς ἀνατιθέναι· ἕως οὗ, φησίν, ἀνάκειται ἀπὸ Πύλου καὶ Σφακτηρίας ὅπλα ἅπερ ἀνέθηκα τοῖς θεοῖς νικήσας κτλ.

οἱ μὲν τῆς τῶν τειχῶν κατασκευῆς. Quae verba h. l. ad murorum refectionem spectant, proprie nihil aliud significant quam exstructionem murorum. Illud enim verbis ἐπισκευάζω, ἐπισκευή solent designare, vid. Demosth. Indd. s. vv. p. 239 sq. Morus ad Isocrat. Panegyr. p. 121. ed. Spoha. Verum etsi dubio caret vv. ἐπισκευή et κατασκευή in codicibus nonnumquam confusa esse (cf. Isocrat. Areopagit. §. 52. Beuseler. p. 331.), nihil hic novandum est. Eodem sensu Diodor. Siculus usurpat nomen κατασκευή XIII. 107. περὶ δὲ τὴν τῶν τειχῶν κατασκευὴν ἐσπουδάζετο.

οἱ δὲ τῆς χαρακώσεως. Vallo enim, quod est χαράκωμα, circumdare solebant et urbes et castra: nomen rei ductum est a τοῖς χάραξι vallis. cf. Thom. Magist. p. 335. ed. Ritsch. ὁ χάραξ ἐπὶ σκάλοπι. — ὁ χάραξ ἐπὶ σκαλοπεῖον et similiter Suidas. Hesychius. Pharovinus.

ἐν ᾧ οἱ ἄνθρωποι τὸ σῶμα τὸ ἑαυτοῦ παρέσχετο τάξαι. Eodem modo loquitur Demosthenes in Phil. IV. §. 47. παρέδοσαν ἐπὶ τὴν τάξιν ἐφ' ἣν ἐκεῖνοι κατέχουσι προσῆκον ἕκαστος. cf.

'curg. §. 58. ἐπὶ ταύτης τῆς ἐργασίας ἐγένετο, de eo qui ali-
i negotio praefectus et in eo occupatus est. Sequiori hic
aepositionis usus assignandus est graecitati. Vid. Bernhardy.
ntax. p. 247. Offendit Bekkerum medium παρέσχετο, quia
as Lycurgus in hac dictione ponit activum: neque tamen
posuit activam formam vir celeberrimus, memor ille quidem
rum quae praecedunt παρέσχετο ἑαυτήν.

§. 45. τὸν μηδὲ ξυνενεγκεῖν μηδ' ἐπ' ἐκφορὰν ἐλ-
ιῖν ἀξιώσαντα. Pinzger: der nicht einmal an der Be-
ıttung und dem Leichenbegängniss — Theil nehmen wollte:
ıae interpretatio et abundantiam oratoriam Lycurgo obtru-
t minime ferendam et e verbis elici non posse videtur: nus-
ıam enim ξυμφέρειν de eo ponitur, qui cum aliis mortuum
ert. Quae res induxit Dobreum, ut pro ξυνενεγκεῖν repo-
ndum esse censeret ξυνεξενεγκεῖν, atque delenda esse vv.
δ' — ἐλθεῖν statueret, nimirum ne eadem res iisdem fere
rbis iterum expressa occurreret lectori. Coraës alio referens
rbum ξυνενεγκεῖν vitium in μηδὲ latere ratus, μηδὲν rescri-
it, ut sensus evaderet: τὸν μηδὲν συμβάλλεσθαι ἀξιώσαντα
que responderent haec verba illis quae leguntur §. 43. τὸν
δὲ συμπενθῆσαι τὰς τῆς πατρίδος συμφορὰς τολμήσαντα οὐδὲ
μβεβλημένον οὐδὲν εἰς τὴν — σωτηρίαν. Quae sententia mihi
ıoque arridet: verum haud scio an minus recte συμφέρειν
o συμβάλλεσθαι accipiatur, quamquam non nescio Herodotum
xisse III. 92. συμφέροντες εἰς τωὐτό. Quamobrem ξυν-
ενεγκεῖν praetulerim, servata negatione μηδέ, i. e. cum reli-
iis civibus ad usum belli aliquid conferre. Saepe enim
de ponitur verbum εἰςφέρειν (vid. Indd. Demosth. h. v.):
ıod h. l. non de solis pecuniis intelligi debet. In ejus-
ɔdi autem compositis praepositionem εἰς non raro librariorum
lpa excidisse notum est: de qua re consulas Bastium ad Gre-
r. Cor. p. 375. Ceterum quod Sauppius contendit sensum
se „una cum reliquis civibus res adversas ferre iisque sub-
nire" nego in Atticorum reliquiis verbum ξυνενεγκεῖν nude
ɔsitum hunc significatum adsciscere. — ἐπ' ἐκφορὰν ἐλθεῖν.
ıngit orator publicum funus caesorum ad Chaeroneam, ad
ıod pertinet oratio funebris quae in Demosthenicis circum-
rtur. Vid. Westermann, Geschichte der gr. Beredsamkeit
305. De more sepeliendi mortuos, qui apud Graecos obti-
ıit cf. Wachsmuth. Hell. Alterth. II. 2. p. 80 sq.

τῆς ἐλευθερίας καὶ τοῦ δήμου σωτηρίας i. q. καὶ
ῆς τοῦ δήμου σωτηρίας. Conf. Bernhardy. Synt. p. 318.

θανάτῳ ζημιῶσαι. Synonyma sunt ζημιοῦν, τιμωρεῖ-
θαι, κολάζειν, sed ζημιοῦν proprie ad damnum spectat, quod
uniti capiunt, — descendit enim v. ζημία ab eadem radice

ad quam pertinet Latinorum *damnum*, v. Hartung. de partt. I. p. 351. — *τιμωρεῖσθαι* respicit poenam legibus debitam quam dependunt, *κολάζειν* ad castigationem atque emendationem improborum referendum est. Cf. auct. incert. Definitt. in Platon. Opp. Bekker. p. 574. *κόλασις ψυχῆς θεραπεία ἐπὶ ἁμαρτήματι γενομένῳ.* Aristotel. Rhetor. I, 10, 17. *διαφέρει δὲ τιμωρία καὶ κόλασις· ἡ μὲν γὰρ κόλασις τοῦ πάσχοντος ἕνεκά ἐςιν, ἡ δὲ τιμωρία τοῦ ποιοῦντος, ἵνα ἀποπληρωθῇ.* Conf. Wyttenbach. ad Select. Princ. Histor. p. 372. Heindorf. ad Plat. Protag. §. 40. Bremi. ad Demosth. in Phil. III. §. 45. Verum obscuratum nonnumquam horum verborum discrimen est: itaque de extremo supplicio *κολάζειν* adhibetur ap. nostr. §. 51. *ταῖς ἐσχάταις τιμωρίαις κολάζειν.* §. 71. *μεγάλαις ζημίαις κολάζειν.* §. 121. *οὕτως* (morte) *ἐκόλαζον* ib. 123. *οὕτως ἐκόλασαν.* et Demosth. in Mid. §. 176. *θανάτῳ κολάσαι* (ubi codd. F t v *θανάτῳ ζημιῶσαι* quod plerumque in hac re occurrit). Ceterum pro activa forma *κολάζειν* mediam quoque obviam esse monui ad §. 4.: contra *τιμωρεῖν* pro *τιμωρεῖσθαι* apud poëtas tantum reperitur. Vid. Thom. Mag. v. *τιμωρῶ.*

ὡς τὸ ἐπὶ τούτῳ μέρος — γεγεννημένων. Particula *ὡς* referatur necesse est ad animum quo judices in reum esse deceat. De formula *τὸ ἐπὶ τούτῳ μέρος* conf. annot. ad §. 26. quo sensu Lys. in Agorat. §. 58. posuit *τό γε ἐπ' ἐκεῖνον εἶναι.* Quod jure contra Scaligerum et Reiskium, tertium pronominis casum praeferentes, defendunt Porson. ad Eurip. Or. 1338. Lobeck. ad Phrynich. p. 275. Bremi. ad Lys. l. l. conf. Bernhardy. Synt. p. 252. — *ἀτάφων.* Religioni enim habebant veteres illi, sepulturae honore mortuum orbare: de qua re conferendus est Isocrates Panath. §. 169. vid. Wachsmuth. Hell. Alterth. II. 2, p. 78.

ὀγδόῳ ἔτει — προσαγορεύων i. q. octavo (demum) anno patriam eorum *salutans.* Similiter Aristophan. Pac. 545. *ὦ ποθεινὴ — ἡμέρα, ἄσμενός σ' ἰδὼν προσειπεῖν βούλομαι τὰς ἀμπέλους· τάς τε συκᾶς — ἀσπάσασθαι θυμὸς ἡμῖν ἐςὶ πολλοῖς χρόνῳ.* Acharnens. 249. *Φαλῆς, ἑταῖρε Βακχίου — ἕκτῳ σ' ἔτει προσεῖπον ἐς τὸν δῆμον ἐλθὼν ἄσμενος.* Pro *ὀγδόῳ* Coraës *ἕκτῳ* [illegible]dum esse censuit: nam et supra §. 21. orator dixit [illegible] *ἔτη* Leocratem habitasse Megaris, et infra modo [illegible]do sex annorum mentio facta est cf. §. 56. 58. [illegible] autem octavo post pugnam Chaeronensem anno [illegible]urgi oratio. Neque tamen vocabulum *ὀγδόῳ* [illegible]amquam non eo infitias quin rei augendae gra- [illegible] annorum ementitus esse videatur orator.

Περὶ ὧν — βούλομαι διελθεῖν. Διέρχεσθαι [illegible] (*λόγῳ*) *τι* et *περί τινος oratione persequi, enar-*

rare, plerumque copiosae narrationis in qua singulae res perlustrantur notionem continent: quamquam hoc in verbum διεξέρχεσθαι potius quam in v. διέρχεσθαι cadit. cf. §. 75. 83. De structura horum verborum conf. annot. ad §. 36. et Benseler. ad Isocrat. Areopagit. p. 317. Pronomen relativum ὧν eodem referas quo id quod praecedit §. 45. αὐτῶν, ut intelligatur de caesis ad Chaeroneam.

ἀλλοτρίους εἶναι τῶν τοιούτων τοὺς δημοσίους ἀγῶνας. Vulgata τοῦς τοιούτους τῶν δημοσίων ἀγῶνας quum sensum nullum praeberent — nam Schulzium ἀγῶνας in eum significatum detorquentem qui inest nomini εὐλογίαι, (intellexit enim orationem laudes et continentem et affectantem) nihil moror — audacter textum refinxi, ut potui. Pro τοὺς τοιούτους τῶν δημοσίων dedi τῶν τοιούτων τοὺς δημοσίους memor locorum quorundam, in quibus eodem modo a criticis jure nominum terminationes transpositae sunt. Conf. Aristoph. Thesmophor. 17., ubi libri et vett. edd. tenent ἀκοὴν δὲ χοάνης ὦτα διετετρήνατο, quae recte a Wellauero, diss. de Aristoph. Thesmophor. Vratislav. 1820., sic constituuntur: ἀκοῆς δὲ χοάνην ὦτα διετετρήνατο. — Secundum casum τῶν τοιούτων retulerim ad viros qui pro patria occubuerunt, ut sententia sit: non abhorrere publicas causas a talium virorum commenoratione: possis etiam pro neutro genere accipere, ut τὰ τοιαῦτα sint, *talia, tam praeclara facinora.* — Quamquam non pernendam esse credo Reiskii conjecturam τοὺς τοιούτους λόγους τῶν δημοσίων ἀγώνων, quae verba, si vel unus codex praeberet, libenter in textum reciperem. — Ceterum adjectivum ἀλλότριος quod plerumque secundum casum assumit, vid. Matth. gr. gr. p. 680. Krüger. Dionys. Historiogr. p. 14. eodem sensu etiam cum tertio casu jungitur. cf. Isocrat. de permut. §. 104. χρὴ δὲ τὸν ὑπὲρ ἐκείνου λόγον οὐκ ἀλλότριον εἶναι νομίζειν τοῖς ἐνεγκοῦσι πράγμασιν.

εὐλογίαι. conf. verb. εὐλογεῖν ap. Isocr. Busir. §. 31. 33. pro ἐγκωμιάζειν positum, et Areopagit. §. 76. καὶ μηδεὶς οἰέσθω ταύτην τὴν εὐλογίαν ἡμῖν προσήκειν τοῖς νῦν πολιτευομένοις: ubi recte Coraës τὴν εὐλογίαν explicat verbis τὸν ἔπαινον.

τὸν ἔπαινον ὃς μόνος ἆθλον τῶν κινδύνων τοῖς ἐγαθοῖς ἀνδράσιν ἐςίν, κτλ. Conf. Dem. de fals. leg. §. 313. καὶ μὴν τῶν μὲν ἄλλων ἀγαθῶν οὐ μέτεςι τοῖς τεθνεῶσιν, οἱ δ' ἐπὶ τοῖς καλῶς πραχθεῖσιν ἔπαινοι τῶν οὕτω τετελευτηκότων ἴδιον κτῆμά εἰσιν· οὐδὲ γὰρ ὁ φθόνος αὐτοῖς ἔτι τηνικαῦτ' ἐναντιοῦται: quem locum possis adhibere ad verba ὃς μόνος ἆθλον — ἐςὶν explicanda. Rectius tamen Bergmann ad Isocr. Areopagit. ap. Benseler. p. 207. comparat cum Lycur-

geis Isocrat. ad Demon. §. 37. πολλῶν γὰρ χρημάτων κρείττων ὁ παρὰ τοῦ πλήθους ἔπαινος et Ciceron. pro Arch. 11. Nullam enim virtus aliam mercedem laborum periculorumque desiderat praeter hanc laudis et gloriae.

τοῦτον, ἐπειδὴ κἀκεῖνοι εἰς τὴν κοινὴν σωτηρίαν τῆς πόλεως τὰς ψυχὰς αὐτῶν ἀνάλωσαν, ἐν τοῖς δημοσίοις καὶ κοινοῖς ἀγῶσι τῆς πόλεως μὴ παραλιπεῖν. Olim verborum τὰς ψυχὰς — τῆς πόλεως loco unum verbum ἐτελεύτησαν vulgabatur, quod librarius nescio quis inseruisse videtur quo hiatum inter τῆς πολεως et μὴ παραλιπεῖν repertum expleret. Excidisse verba τὰς ψυχὰς — τῆς πόλεως, quae MSS suppeditant, propter ejusdem nominis (τῆς πόλεως) repetitionem verisimile est: cujusmodi exempla multa in codicibus obvia sunt. Vid. Aesch. in Ctesiph. §. 31. ubi in codd. e k l vv. στεφανοῦν — ὑπεύθυνον exciderunt propter alterum στεφανοῦν et ib. §. 140. ubi propter iteratum substantivum in codd. e l omissa sunt vv. ὄν — πόλεμον, quae in margine habet cod. h: atque ap. Dinarch. in Demosth. §. 17., ubi nunc cum Bekkero e cod. A. susceperunt τοὺς ὁμωμοκότας κατὰ τοὺς νόμους οἴεσθαι τὴν ψῆφον ἄλλο τι προὐφηκάτερον ποιεῖσθαι τῆς εὐσεβείας, ἀλλ' ὑπομένειν —, quae in vulgata deerant ἄλλο — εὐσεβείας omissa sunt librarii oculis a voce ἄλλο ad ἀλλ' aberrantis culpa. — ἀνάλωσαν. De augmento hujus verbi et ipsi Attistae inter se dissentiunt, nec recentiores grammatici quid statuendum sit de formarum ἀνήλωσα, ἀνήλωκα, ἀναλωσα ἀναλωκα etc. usu ita docent, ut ad liquidum res perducta sit. Conf. Buttm. gr. gr. II. p. 76. Matth. gr. gr. I. §. 100. p. 303. VV. DD. ap. Benseler. in ed. Isocrat. Areopagit. p. 133 sq. Certum est apud veteres Atticos augmento carere hoc verbum, in oratorum Atticorum reliquiis plerumque admittere augmentum. Quae fuit causa ut Benselerus ad Isocr. Areop. p. 135. hic quoque rescribendum esse ἀνήλωσαν suspicaretur. Equidem ne temeritatis poenas darem intactam reliqui scripturam codicum consensu confirmatam.

§. 47. τοῖς πολεμίοις ἀπήντησαν, obviam iverunt hostibus, proelium commiserunt. cf. Lys. orat. funebr. §. 32. sed commutant nonnumquam tertium casum cum praepositione πρὸς. Isocr. Panegyr. §. 56. πρὸς τοὺς ἀπαντῆς τῆς Ἑλλάδος κατεφρονήσαντας ἀπήντων. §. 88. πρὸς δὲ τὸν οὕτω μέγα φρονήσαντα — ἀπήντων, et passim.

ἐπὶ τοῖς ὅροις τῆς Βοιωτίας i. e. ad Chaeroneam, in Boeotiae et Phocidis confinibus. Conf. Thom. Mag. p. 258. Kirsch. καὶ ὅρος καὶ ὅριον: ὅριον est ap. nostr. §. 21. et 108. ubi figuram adhibetur, quod minus usitatum esse dixeris.

τὴν χώραν κακῶς ποιοῦν πρὸς τοὺς ἐχθρούς

De verborum structura cf. Matth. gr. gr. p. 1039. — *κακῶς ποιεῖν χώραν* est depopulari agros cf. §. 72. *ἅπασαν τὴν Ἀσίαν κακῶς ποιοῦντες*. Isocrat. Panegyr. §. 119.

τὴν μὲν αὐτῶν ἀνδρείαν. Recurrit haec substantivi forma §. 106. et 108. ter, satis ea munita, quippe in qua codices consentiant. Quamobrem non audiendus est Benseler. ad Isocrat. Areopagit. p. 366. qui malit *ἀνδρίαν*. Tu confer quae de similibus disputata sunt a Bremio in excurs. I. ad Isocrat. oratt. p. I. pag. 198.

αἰσχυνόμενοι περιορᾶν πορθουμένην. Verbum *αἰσχύνεσθαι* plerumque participium assumit, ut ap. Lycurg. §. 18. 50. 63. cf. Hermann. ad Viger. p. 771. Matth. gr. gr. p. 1088. Bernhardy. Synt. p. 478. Verum aliud designat participium aliud infinitivus huic verbo adjectus: illud ad tempus respicit quo jam inchoata est res de qua agitur, velut *αἰσχύνομαι λέγων*, ich schäme mich indem ich sage —, infinitivus ad rem pertinet quae ne inchoetur pudor est impedimento: *αἰσχύνομαι λέγειν*, ich schäme mich zu sagen. — Exempla dabit Matth. gr. gr. p. 1089.

εἰκότως, *nec injuria, neque id mirum est*. Frequentant hanc vocem oratores adjectis membro sequenti particulis *γάρ*, *ἐπεί*, similibusve: novies Lycurgus in una Leocratea hac dictione usus est. Vid. Wolf. ad Leptin. in Schaef. Appar. ad Dem. III. p. 114.

§. 48. *τοὺς φύσει γεννήσαντας καὶ τοὺς ποιητοὺς τῶν πατέρων*, ut Lys. in Agorat. §. 91. *τόν τε γόνῳ πατέρα — τόν τε ποιητὸν πατέρα*. *Ὁ ποιητὸς πατὴρ* idem est qui alias *ὁ θέτης πατὴρ* nominatur, pater adoptivus, atque opponitur *τῷ φύσει* s. *κατὰ φύσιν πατέρι*, qui h. l. *ὁ φύσει γεννήσας* dictus est. De modo adoptionis et formulis atque sollennitatibus quibus peragenda erat vid. Meier. et Schoem. de Ord. Jud. p. 435 sq. — Similem Lycurgeo locum vid. ap. Dem. or. funebr. §. 4.

οὐχ ὁμοίως ἔχουσιν ἅπαντες ταῖς εὐνοίαις. conf. §. 75. *πῶς ἔχετε ταῖς διανοίαις*. Demosth. de cor. §. 315. *οὕτως οὖν ἐχόντων τούτων τῇ φύσει*. Genitivus erat casus legitimus cujus loco quartus quoque casus obvius est. Conf. Matth. gr. gr. §. 337. et 340. Bernhardy. Synt. p. 160.

ὕστερον ἐπικτήτους γενομένας. *Ὕστερον* h. l. abundat; similiter nonnumquam adverbia temporis adjiciuntur ubi minus necessaria sunt: quod cadit etiam in adjectivum *πρότερος* ap. Isocrat. Evagor. §. 28. *ἀμύνεσθαι καὶ μὴ προτέρους ὑπάρχειν*: etenim quum verbo *ὑπάρχειν* opponuntur vv. *ἀμύνεσθαι τίνεσθαι, τιμωρεῖσθαι* non addere solent illud adjectivum. Conf. Valcken. ad Eurip. Phoeniss. 1576.

καταδεέστερον διάκειται. Confer loquutiones *καταδεέςερον πράττειν* Benseler. ad Isocr. Areopag. p. 123 sq. (de iis quorum res tenuiores sunt, quibuscum male agitur) *καταδεεστέρως ἔχειν περί τι* Dem. in Olympiodor. §. 55. cedere alicui aliqua re. et Philippi ep. in Dem. opp. 12, §. 12. *ἐτιμωρησάμην ἐνδεεςέρως ἢ προσῆκεν.* Ex tota sententiarum serie ad vocem *καταδεέςερον* h. l. suppleatur necesse est pietatis atque caritatis notio.

Τοιαύταις δὲ γνώμαις χρησάμενοι κτλ. i. q. ap. Isocrat. Panegyr. §. 82. *τοιαύταις διανοίαις χρησάμενοι.* Totum hunc locum ex Isocrateis fluxisse, quae leguntur Panegyr. §. 92., in aperto est. *Ἴσας δὲ τὰς τόλμας παρασχόντες,* inquit, *οὐχ ὁμοίως ἐχρήσαντο ταῖς τύχαις, ἀλλ' οἱ μὲν διεφθάρησαν, καὶ ταῖς ψυχαῖς νικῶντες τοῖς σώμασιν ἀπεῖπον· οὐ γὰρ δὴ τοῦτό γε θέμις εἰπεῖν ὡς ἡττήθησαν, οὐδεὶς γὰρ αὐτῶν φυγεῖν ἠξίωσεν.* Fusius etiam eorundem sententiarum nexum tractavit auctor orat. funebris, quae in Demosthenicis circumfertur §. 19 sq.: nonnulla huc pertinent e Lys. orat. funebr. §. 31. Diodor. Sicul. XI. 11.

τοῖς ἀρίςοις ἀνδράσιν ἐξ ἴσου —. *Ἐξ ἴσου* tertio casui jungitur, velut ap. Lys. de invalido §. 3. *εἰ γὰρ ἐξ ἴσου τῇ συμφορᾷ καὶ τὴν διάνοιαν ἔξω.* cf. Antiph. de caed. Herod. §. 1. Bremi. ad Lys. l. l.

ὁμοίως. Temere Coraës *ὁμοίας* quod hic locum non habet: vide quos contulerunt locos Baiter. et Saupp. ad h. l. et Wurm. ad Dinarch. p. 179.

τῆς γὰρ ἀρετῆς οὐ ζῶντες ἀπολαύουσιν. De loquutionibus *ἀπολαύειν τινός, ἔκ τινος, ἀπό τινος* exposuit Schaefer. in Meletem. p. 4.

τὴν δόξαν καταλελοίπασιν. Recte e Bekkeri conjectura Baiterus et Sauppius v. *καταλελοίπασιν* reposuerunt pro vitiosa scriptura *ἐγκαταλελοίπασιν* quam codices et editiones tenent. Nam *ἐγκαταλείπειν* aut derelinquendi, deserendi et prodendi notionem continet, velut ap. Lycurg. §. 2. 5. 8. 26. 43. 52. 89. et passim. Aeschin. in Ctes. §. 170. 232. de fals. leg. §. 117. Dinarch. in Demosth. §. 114. in Philocl. §. 21 etc. aut idem valet quod *καταλείπειν ἔν τινι τόπῳ:* v. c. de iis ponitur, qui postquam in aliam familiam adoptati sunt, ut ipsi in suam ac propriam domum redire possint, filium substituunt, velut Dem. adv. Leochar. §. 21. 22. atque de iis qui in recensione civium in demo relinquunt (non expellunt) *δημότας.* Dem. adv. Eubulid. §. 58. — Nusquam ad mortuos refertur qui liberos, fundos, omnis generis bona, nominis denique memoriam relinquant. Contra saepissime reperitur di-

ctio δόξαν καταλείπειν (vid. locc. a Baitero et Sauppio citt.) et similia.

ἔνθαπερ ἐτάχθησαν. Ita edidi de Marklandi sententia propter similitudinem quae intercedit inter Lycurgi locum et Lys. or. funebr. §. 31. οὐχ ἡττηθέντες τῶν ἐναντίων ἀλλ' ἀποθανόντες οὗπερ ἐτάχθησαν. Nam alterum ex alterius oratione haec verba hausisse, mea quidem sententia, certissimum est: quamquam uter utrius verba exscripserit ambigi potest. Cf. Westermann, Geschichte der gr. Beredsamkeit p. 278 sq. Ceterum facilis erat librariorum lapsus in verborum ἔνθαπερ ἐτάχθησαν et ἔνθα παρετάχθησαν quae codd. et editt. praebent h. l. similitudine: quo accedit quod commutatis verbis eadem sententia servatur. Adverbium ἔνθαπερ apud Isocratem quoque interdum legere memini.

ἀμύνοντες. Participium referas ad alterum ἀποθανόντες, ut infra §. 70. μαχόμενοι νικῶντες. Taylorus qui ad verbum ἐτάχθησαν retulit hoc vocabulum, ἀμυνοῦντες scribendum esse credidit, quod minime necessarium est. Sensus est: pro patriae incolumitate dimicantes ceciderunt eo ipso loco qui in acie iis erat assignatus.

§. 49. Εἰ δὲ δεῖ παραδοξότατον μὲν εἰπεῖν ἀληθὲς δέ. Eodem modo Isocrates Panath. §. 176. ὁ λόγος παράδοξος μὲν — ὁμοίως δ' ἀληθὴς κτλ. ib. §. 225. εἰρήσεται γὰρ τἀληθές, εἰ καί τισι δόξω λίαν παράδοξα λέγειν. Dem. de cor. §. 199. βούλομαί τι καὶ παράδοξον εἰπεῖν. Frequentant autem oratores formulam qua hoc loco utitur Lycurgus: εἰ δὲ δεῖ εἰπεῖν — cf. Isocrat. de permut. §. 113. εἰ δὲ δεῖ μὴ καθ' ἕκαστον ἀλλὰ διὰ βραχέων εἰπεῖν. ib. §. 244. ἀλλ' εἰ δεῖ τἀληθὲς εἰπεῖν. ib. §. 257. εἰ δὲ δεῖ συλλήβδην — εἰπεῖν. Dinarch. in Philocl. §. 5. εἰ δεῖ τἀληθῆ εἰπεῖν. Raro in hac loquutione deprehenditur verbum χρή, velut ap. Dionys. Halicarn. de Isocr. jud. p. 876. init. εἰ δὲ χρὴ τἀληθὲς λέγειν.

ἀρετὴ est gloria virtutis. vid. Harpocrat. ἀρετὴ ἀντὶ τοῦ εὐδοξία Θουκυδίδης ἐν πρώτῳ (Thucyd. I. 33.) coll. Lexicogr. Bekker. p. 443. similiter apud Virgilium Aen. 6, 807. nomen *virtus* positum est: „virtutem extendere factis" conf. ib. 10, 468. „famam extendere factis." Vid. Bernhardy. Synt. p. 56.

ταῦτα γὰρ ἀμφότερα κτλ. Displicuit viris doctis γὰρ particula repetita: vid. annot. critic. Neque tamen mutandum quidquam est. Sententiarum ordinem recte Baiterus et Sauppius constituerunt: „Illi victores obierunt. Praemia enim belli sunt libertas et gloria: ex quo apparet, illos victores esse: nam utrumque habent."

Ἔπειτα οὐδ' οἷόν τ' ἐστὶν εἰπεῖν ἥττης αἰτίους τοὺς ταῖς διανοίαις μὴ πτήξαντας τὸν τῶν ἐπιόντων

φόβον. Variis modis haec tentata sunt a viris doctis: vid. annot. crit. Me non haec modo verba sed etiam sequentia Μόνους — αἱροῦνται male habent. Etenim sive cum Bekkero rescripseris ὅσιον, sive vulgatam servaveris, earundem sententiarum ingrata assiduitas, quae languidiorem reddit orationis colorem, non desinet offendere cordatorum lectorum animum. Neque tamen recedendum esse videtur a vulgata verborum scriptura, quae ita recitanda sunt, ut voces οἷόν τ' et ἥττης pronuntiatione acuantur. — Verba μὴ πτήξαντας τὸν τῶν ἐπιόντων φόβον quomodo explicanda sint, Pinzgerus et Blumius docuerunt, qui πτήσσειν φόβον ad illud genus retulerunt, de quo exposuerunt Matthiae gr. gr. §. 408 sq. et Bernhardy. Synt. p. 106 sq. Quae res non animadversa Reiskii et Heinrichii conjecturas peperit: v. annot. crit. Quamquam audacius haec ab oratore dicta sunt atque poëticum duxerunt colorem. Ceterum verba πτήσσειν, ὑποπτήσσειν, καταπτήσσειν non modo apud poëtas (Aeschyl. Prometh. 29. 173. Eumen. 239. Pers. 186. Sophocl. Oed. Col. 1466. Aj. 171. Br.) sed etiam in prosa oratione saepenumero de hominibus timore perculsis ponuntur. cf. ap. Lycurg. §. 40. Xenoph. Cyrop. 3, 1, 26. 3, 3, 18. Οἱ ἐπιόντες de hostibus adhibetur ap. nostr. §. 57.: plenius Thucyd. II. 41. τῷ πολεμίῳ ἐπελθόντι.

οὐδ' ἂν εἷς *ne unus quidem, plane nullus.* Frequentant hanc tmesin scriptores: cf. Bremi. excurs. III. ad Isocrat. oratt. part. I. Stallbaum. ad Platon. Sympos. p. 214. D. et ad Plat. de rep. VI. p. 506. A.

§. 50. Ἐδήλωσε δὲ. Verbum δηλοῦν h. l. intransitive intelligatur necesse est, velut ap. Andocid. in Alcibiad. §. 12. δηλώσει δὲ ἡ τῶν συμμάχων ἔχθρα. conf. Passov. lex. h. v. Eandem sententiam expressit Dem. or. funebr. §. 23. γεγένηται φανερὸν ὅτι ἡ πᾶσα τῆς Ἑλλάδος ἄρα ἐλευθερία ἐν ταῖς τῶνδε τῶν ἀνδρῶν ψυχαῖς διεσώζετο. Ἐπειδὴ οὖν ἡ πεπρωμένη τούτους ἀνεῖλεν, οὐδεὶς ἀντέχη τῶν λοιπῶν.

ἅμα γὰρ — καὶ τὰ τῆς Ἑλλάδος εἰς δουλείαν μετέπεσεν. Τὰ τῆς Ἑλλάδος ut τὰ τῶν Ἑλλήνων i. q. ἡ Ἑλλάς. vid. Bremi. ad Demosth. Phil. III. §. 45. et de hoc genere toto Matth. gr. gr. §. 285. Bernhardy. Synt. p. 325. Sententiam quae hic obvia est adumbravit Dem. or. funebr. §. 24. ἅμα γὰρ τά τε τούτων πνεύματα ἀπηλλάγη τῶν οἰκείων σωμάτων καὶ τὸ τῆς Ἑλλάδος ἀξίωμα ἀνῄρηται.

συνετάφη γὰρ κτλ. Verba haec cur secluserit Heinrichius equidem non intelligo: similem Demadis locum attulit Coraës (Dem. frgm. §. 13.) τῷ γὰρ Ἐπαμινώνδου σώματι συνέθαψε τὴν δύναμιν τῶν Θηβαίων ὁ καιρός.

φανερὸν πᾶσιν ἐποίησαν οὐκ ἰδίᾳ πολεμοῦντες

κτλ. Verborum structuram illustrabunt exempla a Matthiaeo congesta gr. gr. p. 1077 sq. Eandem fere rem quam elatius Lycurgus exprimit, pressius atque angustius Isocrates describit Panegyr. §. 86. τὸν κοινὸν πόλεμον ἴδιον κίνδυνον ποιησάμενοι. — Verbum προκινδυνεύειν est prae aliis et pro aliis pugnare. vid. interpp. ad Thucyd. 1, 73. conf. Demosth. Olynth. II. §. 24. ἵν' οἱ ἄλλοι τύχωσι τῶν δικαίων τὰ ὑμέτερ' αὐτῶν ἀνηλίσκετε εἰσφέροντες καὶ προεκινδυνεύετε στρατευόμενοι. Apud oratores frequens est dictio προκινδυνεύειν ὑπέρ τινος. Lys. adv. Poliuch. §. 27. τῶν ὑπὲρ τῆς ἐλευθερίας προκεκινδυνευκότων. Isocrat. Panegyr. §. 75. τοὺς τοῖς σώμασιν ὑπὲρ τῆς Ἑλλάδος προκινδυνεύσαντας.

οὐκ αἰσχυνθείην εἰπὼν κτλ. Ante αἰσχυνθείην Bekkerus sine codicum auctoritate ἂν inseruit: quod etsi commode additum est, tamen non ita est necessarium ut contra librorum auctoritatem recipiendum fuerit. Optativus enim in libera enuntiatione, in qua voti vel optati mentio non inchoatur, sine ἄν particula indicat, rem de qua agatur cogitandi arbitrio sumtam vel conjectura repertam esse: addita ἄν particula ostendit eandem rem ita poni ut e conditione quadam suspensa sit. Vid. Matth. gr. gr. p. 980 sq. Bernhardy. Synt. p. 411. et quos citat, Hartung. de gr. lingu. partt. II. p. 268 sq. conf. Platon. Phaedr. p. 229. C. εἶτα σοφιζόμενος φαίην i. e. dixerim. Aeschin. in Ctesiph. §. 217. οὔτε τοὺς εἰρημένους ἐν ὑμῖν λόγους ἐμαυτῷ ἀῤῥήτους εἶναι βουλοίμην. Eurip. Iphigen. in Aul. 1209. οὐδεὶς πρὸς τάδ' ἀντείποι βροτῶν. Mosch. 3, 114. τῷ δ' ἐγὼ οὐ φθονέοιμι. — Neque tamen huc pertinet locus a Reisigio (de vi et usu ἄν particulae p. 126.) et Hartungio (de partt. II. p. 270.) allatus Isocrat. Panath. §. 100. οὐ γὰρ ἀποκρύψαιμι τἀληθές: nam Codicis Urbinatis scripturam ἀποκρύψομαι restituendam esse oratorum usus docet, qui in ejusmodi sententiis reliquae orationi interjectis futurum usurpant. Conf. Isocrat. Panath. §. 225. εἰρήσεται γὰρ τἀληθές: qua formula utitur idem orator Areopagit. §. 76. Dem. adv. Phil. epist. §. 17. — Din. in Dem. §. 10. εἰρήσεται γὰρ ἃ γιγνώσκω. Dem. in Timocr. §. 104. καὶ γὰρ — λέξω καὶ οὐκ ἀποκρύψομαι. — Στέφανον autem τῆς πατρίδος appellat animas virorum fortium i. e. decus patriae: idem imbellem atque ignavum hominem ὄνειδος τῆς πατρίδος nominaverat. Coronae autem quem locum tenuerint inter praemia publice et singulis civibus et universis civitatibus decreta notum est. Vid. Boeckh. Staatshaush. der Athen. I. p. 265. II. p. 298 sq.

§. 51. Καὶ δι' ἃ οὐκ ἀλόγως ἐπετήδευον· ἐπίσασθε κτλ. Pinzger verba δι' ἃ — ἐπετήδευον signis parentheseos includenda esse censuit: quae ratio ab hoc loco aliena

ad Aristophan. Plut. 582. — Ad verborum structuram conf. Andocid. in Alcib. §. 32. τῷ σώματι νικήσαντα πάντας ἀγῶνας τοὺς στεφανηφόρους: quod genus illustrant Matth. gr. gr. p. 746. Bernhardy. Synt. p. 166 sq. Quamquam non uno modo rem designant Graeci: vid. Isocr. de permut. §. 301. τοὺς ἀθλητὰς τοὺς ἐν τοῖς στεφανίταις ἀγῶσι νικῶντας.

πολλαχόθεν — γεγονότας. vid. annot. ad §. 42.

Ὥσπερ τοίνυν τοῖς εὐεργέταις μεγίστας τιμὰς ἀπονέμετε κτλ. Similia leguntur §. 74. χρὴ τοίνυν, ὦ ἄνδρες, ὥσπερ τοὺς ἀγαθοὺς ἐπαινεῖτε καὶ τιμᾶτε, οὕτω καὶ τοὺς κακοὺς μισεῖν τε καὶ κολάζειν. Nomen εὐεργέτης ex eorum numero est, quibus cives et peregrini de re publica bene meriti ornari solebant: conf. Demosth. de fals. leg. §. 330. δοίητ' ἂν ἐν Πρυτανείῳ σίτησιν ἢ ἄλλην τινὰ δωρεὰν αἷς τιμᾶτε τοὺς εὐεργέτας; Isocrat. Plat. §. 1. εἰδότες ὑμᾶς, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, — τοῖς εὐεργέταις μεγίστην χάριν ἀποδιδόντας. Wachsmuth. Hellen. Alterth. I. 1. p. 125. Loquutionem τιμὴν ἀπονέμειν, quam pro vulgari dictione τιμὴν νέμειν Isocrates solet adhibere, magistro acceptam referre Lycurgum equidem contenderim. Vid. Bremi. ad Isocrat. Panegyr. §. 1. Articulum autem quem ante superlativum desiderabat Reiskius hodie nemo inserendum esse censebit. Vid. Isocrat. de Pace §. 117. 123. 139. Evagor. §. 6. 15. etc.

§. 52. ὅτι οὐδ' ἐν ὑμῖν ἐστίν. Vulgatam οὐδὲν ὑμῖν ἐστὶν (Pinzgero et Blumio auctoribus ἔστιν) qui defendunt, ἐστὶν pro ἔξεστιν dictum esse volunt: sed vereor ne non liceat οὐδὲν ἔστιν hoc sensu ponere. Ipse Blumius, qui hanc sententiam amplexus erat, in Addendis et Corrig. ad Lycurgi editionem causam susceptam deseruit. Unice probanda est Taylori conjectura quam recepimus: frequentant enim hanc loquendi formam oratores Attici. Vide Valckenar. ad Herodot. 3, 85. Quamquam Bekkeri conjectura οὐδ' ἐφ' ὑμῖν, si propius accederet ad vitiosam scripturam οὐδὲν ὑμῖν, non displiceret. Ceterum errarunt viri docti qui Taylori conjecturam ita interpretati sunt „ne vobis quidem licitum esse:" quae sententia ab hoc loco prorsus aliena est: nec is verum vidit, qui οὐδ' ad ἐστὶν pertinere contendit atque verbum (ἔστιν) pronuntiatione acuendum esse censuit. Etenim οὐδὲ h. l. non est *ne quidem* sed *nec* auch nicht. Bedenket Männer, dafs es auch nicht bei euch steht (οὐδὲ γάρ, ὦ ἄνδρες, ἐν ὑμῖν ἐστίν). Vid. Hartung. de partt. I. p. 210 sq.

ἀποψηφίσασθαι Λεωκράτους. cf. §. 148. 149. judicio absolvere. — Idem verbum sensum condemnandi adsciscit: quam vim obtinet ubi ad διαψήφισιν ἐν δήμοις, civium recensionem, refertur. De quo genere exposuit Taylor in

praefat. ad Demosth. adv. Eubulid. et ad Demosth. de corp. 271, 7. ed. Reisk. Sensu absolvendi genitivum, sensu reprobandi accusativum assumit: id quod etiam in verbum ἀποχειροτονεῖν cadit. Adversatur huic legi unus Demosthenis in Neaer. locus §. 59. ἀποψηφίζονται τοῦ παιδός, *e tribu sua arcendum decernunt.*

κεκριμένον ἐςὶ καὶ κατεγνωσμένον. Passivam verbi καταγιγνώσκειν formam infra quoque §. 54. posuit: ἃ δὴ κατέγνωσται μὲν παρὰ τῷ δικαιοτάτῳ συνεδρίῳ. Dem. adv. Onetor. I. §. 32. κατεγνωσμένης ἤδη τῆς δίκης. Quibuscum compares verbi καταψηφίζεσθαι passivum genus quod obvium est ap. Lycurg. §. 54. ἃ — κατεψήφιςαι δὲ ὑφ' ὑμῶν τῶν δικάζειν λαχόντων.

Ἡ — ἐν Ἀρείῳ πάγῳ βουλή. De Bekkeri sententia reposui ἐν pro vitioso ἐπ', quod in vulgatis exemplaribus est: etenim quamquam τὸ ἐπὶ Παλλαδίῳ, τὸ ἐπὶ Δελφινίῳ, τὸ ἐπὶ Πρυτανείῳ δικαςήριον (cf. Demosth. in Aristocrat. §. 71 sq.) usitata sunt dicasteriorum nomina, de quibus vide Schoem. Introduction. libr. de Ord. Jud. p. 20. ad Isae. p. 484., nusquam ἡ (τὸ) ἐπ' Ἀρείῳ πάγῳ βουλὴ (δικαςήριον) reperitur, sed legitimae sunt in hac re praepositiones ἐν et ἐκ. v. annot. ad §. 12. Magna autem praepositioni ἐν nonnumquam in codicibus intercedit similitudo cum syllaba ἐπ': ut non mirer scribam parum attentum utrumque confudisse. Conf. Bast. comment. palaegr. p. 741 sq. Schaef. ad Eurip. Med. p. 10. ed. 3. Lips.

καὶ μηδείς μοι θορυβήση. Ejusmodi admonitiones saepenumero ab oratoribus insertae sunt orationibus. Conf. Demosth. de syntax. §. 3. καί μοι μὴ θορυβήσητε ἐφ' ᾧ μέλλω λέγειν, ἀλλ' ἀκούσαντες κρίνατε. ib. §. 14. ὅπως δὲ μὴ θορυβήσει μηδείς, πρὶν ἂν ἅπαντα εἴπω. de Pace §. 15. καὶ μή μοι θορυβήση μηδεὶς πρὶν ἀκοῦσαι. Din. in Dem. §. 55. καί μοι μὴ ὀργισθῆτε. Lys. de munerib. accept. §. 16. καὶ μηδεὶς ὑμῶν ἀχθεσθῇ. Dem. adv. Eubulid. §. 50. καί μοι πρὸς Διὸς καὶ θεῶν μηδεὶς θορυβήση μηδ' ἐφ' ᾧ μέλλω λέγειν ἀχθεσθῇ. Verbum θορυβεῖν (θορυβεῖσθαι Xenoph. Cyrop. 5, 3, 55.) proprie est *tumultuari* et saepissime de auditoribus adhibetur oratori obstrepentibus: conf. locc. laudd. et Xenoph. Apolog. Socrat. 14. 15. Isocrat. de permut. §. 272. Dem. prooem. 26.: at in bonam quoque partem nonnumquam accipiendum est de fausto acclamantium strepitu. cf. Demosth. Phil. II. §. 26. θορυβοῦντες ὡς ὀρθῶς λέγεται. Isocr. Panath. §. 2. καὶ τοὺς ἀκούοντας ἐπισημαίνεσθαι καὶ θορυβεῖν ἀναγκαζουσῶν (ἰδεῶν). ib. §. 233. ἀνέγνωστο δ' ὁ λόγος, ἐπηνημένος δ' ἦν καὶ τεθορυβημένος. Aristoph. Ecclesiaz. 430. εἶτ' ἐθορύβησαν κἀνέκραγον

ὡς εὖ λέγοι. — Non altum illud et grave silentium quod judicem sine ira et studio et actori et reo aures praebentem atque ad rem attentum videtur decere, in foro Attico regnabat, sed odium et favor in voces atque clamores erumpere solebat. De qua re gloriatur senex Philocleon, unice ille judicis munere delectatus, Aristophan. Vesp. 596.:

ἢν γοῦν ἡμεῖς θορυβήσωμεν,
πᾶς τις φησὶν τῶν παριόντων·
Οἷον βροντᾷ τὸ δικαςήριον
ὦ Ζεῦ βασιλεῦ!

Multa autem sunt quae h. l. oratorem inducunt ut benevolos reddere studeat auditores: nam et ipsum nomen illius senatus qui oligarchiae videbatur studere, minus gratum tum temporis erat plebi (v. Hermann. Staatsalterth. p. 205 sq. p. 332.) et judicii illius severitas poterat displicere auditoribus Leocratis causae faventibus: denique extraordinarii judicii mentionem inchoaturus erat orator: nam extra ordinem hoc factum esse ut senatus Areopagiticus in proditores atque desertores patriae animadverteret apertum est.

ταύτην sc. τὴν βουλήν.

τοὺς φεύγοντας τὴν πατρίδα καὶ ἐγκαταλιπόντας τότε τοῖς πολεμίοις λαβοῦσα ἀπέκτεινε. Participium φεύγοντας non dubitavi recipere, memor eorum locorum in quibus participium praesentis cum articulo conjunctum substantivi instar positum est. v. Dem. de cor. §. 223. adv. Aphob. de fals. test. §. 17. 21. cf. annot. ad §. 12. Quamquam Baiterus et Sauppius praeferunt φυγόντας (v. annot. crit.) quia hic non de statu aliquo sed de crimine cogitandum est. Abest autem *status* notio etiam locis modo allatis et multis aliis, quos omnes corruptos credere temerarium foret. — Dativum τοῖς πολεμίοις tutantur ea quae a Bekkero in annot. crit. allata sunt: nam quod e codicibus recepit Osannus τοὺς πολεμίους, haud scio an hoc appositionis genus exemplis careat. — Ἀποκτείνειν autem saepenumero dicitur judex. cf. ap. Lycurg. §. 27. 66. 78. 110. 115. 121. 141. 150. ad legislatorem hoc verbum refertur §. 65. De re quae hic commemoratur vid. Meier. et Schoem. de Ord. Jud. p. 365. n. 14. et p. 344.

τὰ τῶν ἄλλων φονικὰ ἀδικήματα ὁσιώτατα δικάζοντας. Comparandus est locus Dinarchi in Dem. §. 6. καὶ ἡ τῶν ἐκ προνοίας φόνων ἀξιόπιςος οὖσα βουλὴ τὸ δίκαιον καὶ ἀληθὲς εὑρεῖν, καὶ κυρία δικάσαι τε περὶ τοῦ σώματος καὶ τῆς ψυχῆς ἑκάςου τῶν πολιτῶν, καὶ τοῖς μὲν βιαίῳ θανάτῳ τετελευτηκόσι βοηθῆσαι, τοὺς δὲ παράνομόν τι τῶν ἐν τῇ πόλει διαπέπραγμένους ἐκβαλεῖν ἢ θανάτῳ ζημιῶσαι, νῦν — ἄκυρος ἔσται

ῦ δικαίου; Cognoscebat autem Areopagitarum collegium de minibus ἀσεβείας, φόνου ἑκουσίου, φαρμάκων, τραύματος ἐκ ονοίας et πυρκαϊᾶς. Vid. Heffter. Athen. Ger. p. 40. Aeyl. Eumenid. ed. K. O. Mueller p. 151.

§. 53. Ἀλλὰ μὴν Αὐτολύκου κτλ. Ja den Autolykos bt ihr verurtheilt. Particulae ἀλλὰ μὴν saepenumero pontur, ubi iis quae praecedunt majora atque graviora adjiintur: v. Xenoph. Cyrop. 4, 3, 9. ib. 5, 21. 5, 3, 31. Hartung. gr. lingu. partt. II. p. 379. §. 3. De Autolyci causa conratur Nissen de Lycurgi vita etc. p. 65. Annott. ad sumarium Lycurgeae. — Hunc ipse Lycurgus accusaverat, cus oratio in Autolycum ab Harpocratione vv. Αὐτόλυκος et ρία commemorata in deperditarum numero est.

ἔχοντος δ' αἰτίαν. Verbum ἔχειν cum similibus nomibus conjunctum periphrasi inservit, modo activam, modo ssivam significationem admittenti. Ad activam notionem rtinent ὀργὴν ἔχειν i. e. ὀργίζεσθαι Aristoph. Pac. 634. μομὴν ἔχειν i. q. μέμφεσθαι ib. 639. συγγώμην ἔχειν i. q. συγνώσκειν ibid. 643. quamquam multo latius patet passiva gnificatio, quae propria est loquutionum ὑποψίαν ἔχειν, in spicionem vocari, αἰτίαν ἔχειν, accusari et putari. Confer erod. 9, 99. Isocr. de permut. §. 288. Dem. in Theocrin. 29. adv. Eubulid. §. 25. prooem. 34. Demad. frgm. §. 15. erod. Attic. p. 166. 20. ed. Bekk. et Lycurg. §. 125. vid. haefer. appar. ad Dem. V. p. 443. Stallbaum. ad Platon. polog. Socrat. p. 38. C. Similiter Latini loquuntur: v. c. mirationem, odium, suspicionem, crimen habere. Graecis ctionibus modo excitatis opponuntur ἐπιφέρειν et ἐπάγειν αἰκν, similia, velut ap. Dem. adv. Eubulid. §. 33. de cor. §. 1. 143. in Neaer. §. 9. Itaque Schaefero non assentior emosthenis (orat. amator. §. 5.) locum οὐδ' ὑποψίαν ἔχειν logon ὡς ἄν τι πράξειαν αἰσχρόν in appar. ad Dem. V. p. 635. activam trahenti significationem: neque verba Thucydidis 41. καὶ μόνη (ἡ πόλις) οὔτε τῷ πολεμίῳ ἐπελθόντι ἀγαἰκτησιν ἔχει ὑφ' οἵων κακοπαθεῖ, οὔτε τῷ ὑπηκόῳ κατάμψιν ὡς οὐχ ὑπ' ἀξίων ἄρχεται aliam interpretationem adittunt atque eam quae affectionis passivae notionem tribuit ctionibus ἀγανάκτησιν ἔχειν et κατάμεμψιν ἔχειν.

τοὺς υἱεῖς. Conf. Thom. Mag. p. 367. Ritsch. Phrynich. 68. et ib. Lobeck. n.

ὑπεκθέσθαι. Cf. §. 25. Lys. or. funebr. §. 34.

τί δεῖ πάσχειν ὅς κτλ. De pronomine domonstrao ante relativum omisso vide, si tanti est, Bernhardy. Synt. 285. Varias vocis ἀνήρ, quae hoc loco feminis puerisque

opposita ad militarem aetatem spectat, significationes exposuerunt Bergmann et Benseler ad Isocrat. Areopag. p. 149 sq.

οὐκ ἀπέδωκε τὰ τροφεῖα τῇ πατρίδι. Ἀποδιδόναι s. ἐκτίνειν τὰ τροφεῖα, de qua dictione egit Valckenarius ad Euripid. Phoeniss. v. 44, 45., proprie significat „alimentorum mercedem solvere:" plerumque de grato in parentes atque patriam animo ponitur, velut ap. Lys. or. funebr. §. 70. ἐτελεύτησαν δὲ τὸν βίον — τῇ μὲν πατρίδι τὰ τροφεῖα ἀποδόντες. Τροφεῖα nonnumquam a poëtis θρεπτήρια nuncupantur: hi enim τροφέα appellant θρεπτῆρα. Vid. Thom. Mag. p. 362. Ritsch. Interpp. ad Sophocl. Oed. Colon. 1263.

τὸ γινόμενον. Exspectaveris τὸ γεγενημένον s. τὸ γεγονός; respicit ad Autolyci delictum et similia crimina. Sed praesentis notio in talibus delitescit, quae substantivorum instar sunt: τὸ γινόμενον est *res*. Quamobrem haud scio an Andocidis quoque orationi de myster. §. 19. ubi nunc renitentibus codicibus legitur τὰ μὲν γενόμενα ἀκούσατε, restituenda sit scriptura τὰ μὲν γινόμενα.

ἐψηφίσατο. Ad Hyperidis legem haec pertinere, jure videtur contendere Blumius. cf. excurs. I. p. XVIII.

§. 54. Ἃ δὴ κατέγνωσαι μὲν παρὰ τῷ δικαιοτάτῳ συνεδρίῳ. Δὴ particula, postquam singula rei momenta uberius exposita sunt, quum summa omnium rerum conficitur atque breviter exponitur locum habet. „Was also" — vel „kurz was —." Redit enim in talibus atque revertitur oratio ad ea quae ante dicta sunt: quod genus ad hanc potissimum particulam pertinet. Vid. Hartung. de particc. I. p. 261 sq. — De praepositione παρὰ verbo passivo adjecta v. supr. p. 77.

τῶν δικάζειν λαχόντων. Judices enim sorte solebant creari. Huc pertinet Schoemanni liber de sortitione judicum apud Athenienses. Gryphisw. 1820. et quos citat Hermann. Staatsalterth. p. 225.

ὁμολογεῖται. Coraës propter praegressa perfecta hic quoque rescribendum esse ὡμολόγηται suspicatur: quod si in libris scriptum exstaret equidem lubenter amplecterer. Quamquam praesens tempus, ad populi opinionem quae etiamnum obtinet relatum, non displicet.

τούτοις ὑμεῖς ἐναντία ψηφιεῖσθε; Pronomen τούτοις haud respondet relativo ἃ δὴ κτλ.: etenim pron. relativum refertur ad crimina, τούτοις autem ad sententias et suffragia Areopagitarum, judicum heliastarum, concionis. Negligentia oratoris, cui obversata est sententiae notio, factum est, ut verba non apte coirent.

πάντων ἄρ' ἀνθρώπων ἔσεσθε ἀγνωμονέστατοι.

Facile intelligitur perincommodam esse codicum et veterum editionum scripturam γὰρ quam jure mutavit Bekkerus, praeeunte Heinrichio. Vid. annot. crit. De vi atque gravitate conclusionis ejus quae virorum doctorum conjecturae debetur exposui in annot. ad §. 27. Conf. Dem. in Steph. I. §. 70. τοῦτον ὑμεῖς — οὐ τιμωρήσεσθε; δεινὰ ἄρα, ὦ ἄνδρες δικαςαί, ποιήσετε καὶ οὐχὶ δίκαια. — Ἀγνωμονέςατοι Pinzgero sunt „die Undankbarsten:" qui significatus etsi ab hoc verbo non alienus est, v. Xenoph. Cyrop. 8, 3, 49., in hunc locum minime convenit. Latine reddideris: temere atque inconsulto statuetis. Ἀγνωμονέςατοι i. q. ἀνοητότατοι.

ἐλαχίςους ἕξετε τοὺς — κινδυνεύοντας. De articulo cum participio conjuncto confer Bernhardy. Synt. p. 319. qui participium praesentis defendit contra Bekkerum κινδυνεύσοντας proponentem. Conf. Isocrat. de Pace §. 139. πολλοὺς ἕξομεν τοὺς ἑτοίμως καὶ προθύμως συναγωνιζομένους ἡμῖν. Dem. adv. Phaenipp. §. 15. πολλοὺς ποιήσετε τοὺς καταγελῶντας τῶν — γεγραμμένων. in Timocr. §. 143. πολλοὺς τοὺς ἀσελγεῖς εὑρήσετε καὶ τοὺς ὑβρίζοντας ὑμᾶς. de fals. leg. §. 49. βοηθήσει ὁ δῆμος ὁ Ἀθηναίων ἐπὶ τοὺς διακωλύοντας (codd. k. r. s. διακωλύσοντας) ταῦτα γίγνεσθαι. adv. Callicl. §. 18. τί πείσομαι πρὸς Διὸς ὑπὸ τῶν — βλαπτομένων; Huc pertinet etiam Demosth. Phil. III. §. 17. ubi futurum ironiae inservit: εἰ μὴ καὶ τοὺς τὰ μηχανήματα ἐφιςάντας εἰρήνην ἄγειν φήσετε. Quem locum citans Tiberius p. 45. Boisson. pro ἐφιςάντας tenet ἐπιςήσοντας, quod Schaefero non displicet: equidem praesens tempus sine ulla dubitatione praetulerim. Ad sententiam conf. Aeschin. de fals. leg. §. 183. Ἐὰν οὖν ἐθελήσητε σώζειν τοὺς τῆς εἰρήνης καὶ τῆς ὑμετέρας ἀδείας συναγωνιςάς, πολλοὺς βοηθοὺς λήψεται τὸ τῆς πόλεως συμφέρον καὶ κινδυνεύειν ὑπὲρ ὑμῶν ἑτοίμους. Dem. adv. Leptin. §. 166. — κἂν τις ἄρ' ἔλθῃ ποτὲ καιρός, οὐκ ἀπορήσετε τῶν ἐθελησόντων ὑπὲρ ὑμῶν κινδυνεύειν.

§. 55. πυνθάνομαι δὲ αὐτὸν ἐπιχειρήσειν κτλ. Saepenumero oratores hoc modo occupant adversariorum argumenta: contendunt enim se compertum habere quid dicturi sint adversarii, quibus argumentis firmaturi causam, quibus mendaciis decepturi judices. Quod genus Technici nuncupant ἐπιςήμην. Vid. Wolf. ad Lept. in Schaef. app. ad Dem. III. p. 67. A. G. Becker Demosthenes als Staatsmann und Redner. p. 196. Cf. Lys. in Nicom. §. 17. πυνθάνομαι δὲ αὐτὸν λέγειν ὡς ἀνεβῶ καταλύων τὰς θυσίας. Isocrat. in Callim. §. 13. πυνθάνομαι δὲ Καλλίμαχον οὐ μόνον περὶ τῶν ἐγκλημάτων διανοεῖσθαι ψευδῆ λέγειν κτλ. Demosth. de fals. leg. §. 182. ἀγανακτήσει τοίνυν αὐτίκα δὴ μάλα, ὡς ἐγὼ πυνθάνομαι, εἰ κτλ. ib. §. 201. ἃ δ' ἐγὼ πέπυσμαι μέλλειν αὐτὸν λέγειν, ἔςι μὲν ἐγγυ-

τάτω μανίας κτλ. Similiter Aeschin. in Ctesiph. §. 54. 189. 217.

κατὰ ταύτην τὴν ἐργασίαν ἀπεδήμησεν εἰς Ῥόδον. Nomen ἐργασία ad opera et artes pertinet, quibus victum quaerunt homines: cf. Xenoph. Oecon. 6, 8 et 9. Praepositionem κατὰ infra quoque posuit οἱ κατ' ἐμπορίαν πλέοντες. §. 57. κάτ' ἐργασίαν ἐκπλεῖν. §. 58. κατ' ἐμπορίαν ἀπεδήμει. Dem. adv. Timoth. §. 31. κατ' ἐμπορίαν ἰδίαν ἀποδημῶν. Isocr. Trapezit. §. 4. ὁ πατὴρ — ἐξέπεμψεν ἅμα κατ' ἐμπορίαν καὶ κατὰ θεωρίαν. v. Matth. gr. gr. p. 1153. Bernhardy. Syntax. p. 239. Verba ἐπιδημεῖν et ἀποδημεῖν, etsi proprie ponuntur de iis qui commorantur alicubi, tamen cum praepositionibus atque adverbiis junguntur quae ad motum pertinent. Cf. Aristoph. Ran. 48. ποῖ γῆς ἀπεδήμεις. Lucian. Toxar. c. 27. εἰς τὴν Αἴγυπτον ἀποδημῶν. Platon. Parmenid. p. 126. A. ἐπεδήμησα δεῦρο. Dem. in Neaer. §. 37. ἐπιδημήσαντα — εἰς τὰ Μέγαρα. Aeschin. in Ctes. §. 258. ἐπιδημήσαντα εἰς τὴν πόλιν. Verum tenendum est ubi itineris notio prorsus absit hanc verborum structuram locum non habere. Cf. ap. nostr. §. 14. τοῖς ἐπιδημοῦσιν ἐκεῖ. Aesch. in Ctesiph. §. 128. οὐκ ἐπιδημοῦντος ἐν Μακεδονίᾳ Φιλίππου. Itaque jure Bekkerus ap. Aeschin. de fals. leg. §. 154. cum uno cod. i. edidit ἔστι γάρ τις ἐπιδημῶν ἡμῶν ἐν τῇ πόλει spreta ceterorum scriptura εἰς τὴν πόλιν.

ᾧ ῥαδίως λήψεσθε αὐτὸν ψευδόμενον. Λαμβάνειν deprehendere in flagitio, convincere, v. Indd. Demosth. p. 322 sq. Baiterus pro vulgata scriptura ᾧ proposuit ὡς, sine idonea causa.

οὐκ — κατὰ τὴν πυλίδα ἐμβαίνουσιν. De portula quam respicit orator v. §. 17. Praepositionis κατὰ significantis *ex adverso* usum exemplis illustravit Valckenarius ad Herod. 3, 14. Ἐμβαίνειν autem est conscendere navem v. Indd. Demosth. p. 203.: quod verbum cum ἀναβαίνειν et ἐπιβαίνειν commutant scriptores. Conf. Thucyd. I. 111. ἐπὶ τὰς ναῦς — ἐπιβάντες. Dem. in Mid. §. 163. ἀνέβαινεν ἐπὶ τὴν ναῦν. adv. Polycl. §. 48. εἰς τὴν ναῦν ἀναβαίνειν: ut falso tradiderit Thomas Mag. p. 35. Ritsch. ἀναβαίνω ἵππον οὐκ ἐπιβαίνω — ἐπιβαίνω δὲ νεώς. Utrumque enim verbum in utraque re obvium est. v. Passov. lex. v. ἐπιβαίνειν. Nitzsch. ad Hom. Odyss. II. 414 sq.

ἐκ τοῦ λιμένος. Codices perperam εἰσὶ τοῦ λιμένος. Saepissime autem factum est ut syllabae ἐκ et εἰς in codicibus commutarentur: quae res effecisse videtur ut huic loco prava scriptura εἰσὶ obtruderetur, in quam abiit, opinor, vitiosum εἰς. Vid. Bast. comment. palaeogr. p. 720. et Schaef. ad Gregor. Cor. p. 244—246. Equidem propter verba prae-

essa: ἐκ τῆς ἀκτῆς a veterum editionum scriptura ἐκ τοῦ λι-νος non recedendum esse puto. Vid. annot. crit.

ἀποςελλόμενοι. Verbum ἀποςέλλειν h. l. idem valet iod alias προπέμπειν.

μόνος μετὰ παιδὸς τοῦ διακονοῦντος. Transit ora-r a plurali ad singularem numerum (οἱ — πλέοντες, μόνος): iod loquendi genus non tenentes librarii, μόνοι (quod praemt veteres editiones) in verborum ordinem videntur recesse. Conf. Platon. Gorg. p. 478. B. ἆρ' οὖν τὸ ἰατρεύεσθαι ὑ ἐςι καὶ χαίρουσιν οἱ ἰατρευόμενοι; — Μεγάλου γὰρ κακοῦ παλλάττεται. Phaedon. p. 62. D. τὸ γὰρ μὴ ἀγανακτεῖν ὺς φρονιμωτάτους ἐκ ταύτης τῆς θεραπείας ἀπιόντας, ἐν ᾗ ἐπι-ποῦσιν αὐτῶν οἵπερ ἄριςοί εἰσι τῶν ὄντων ἐπιςάται, θεοί, οὐκ ει λόγον. οὐ γάρ που αὐτός γε ἑαυτοῦ οἴεται ἄμεινον ἐπιμε-πεσθαι. Exempla hujus loquendi consuetudinis dabunt Hein-rf. ad Platon. Protagor. p. 319. A. Stallbaum. ad Platon. rep. p. 389. D. Conf. Matth. gr. gr. p. 587. — De omisso ite substantivum articulo vide exempla ad §. 38. enotata. — αῖς ὁ διακονῶν idem est qui ap. Dem. in Neaer. §. 42. οἰ-της διάκονος vocatur, minister, servus cibos potusque mini-rans, mediastinus. Xenophon Memor. 1, 5, 2. una cum opso-tore nominat διάκονον: mensas διάκονοι apponunt, Dem. in eaer. §. 33. atque pocula ministrant Xenoph. Hiero. IV. 2. eterum διάκονος etiam ancilla dicitur. Conferatur Athenae. 93. Καλοῦνται δ' οἱ δοῦλοι ὡς μὲν Κλείταρχός φησιν ἐν ταῖς λώσσαις, ἄζοι καὶ ἀκόλουθοι καὶ θεράποντες καὶ διάκονοι καὶ τηρέται, ἔτι δ' ἐπάμονες καὶ λάτρεις: quae verba ad varia ser-rum genera referas. — Διακονεῖν autem vel διακονεῖσθαι is citur qui hoc ministerio fungitur: vid. Thom. Mag. p. 79. tsch. et grammat. Meermann. de dial. attic. in Schaefer. ed. egor. Cor. p. 647.

§. 56. τί προσῆκεν ἐν Μεγάροις τὸν Ἀθηναῖον ὡς πορον — κατοικεῖν. Wie kam es dafs in Megara der Athe-r als Kaufmann fünf Jahre wohnte. — Vertunt Baiterus et uppius: Quid oportuit Atheniensem quippe quum merca-r esset Megaris commorari? Verum haud scio an consilii tionem particula ὡς substantivo juncta possit adsciscere it mercaturam faceret." vid. Blum. ad h. l. Bekkerus de lenda particula cogitavit. — Verbum κατοικεῖν, quod idem kkerus addubitavit, de inquilino usurpatum recurrit §. 90. quidem quum verbum οἰκεῖν recte ponatur de inquilinis, v. not. ad §. 21., etiam verbum κατοικεῖν, quippe cui genera-notio insit, ad inquilinum jure atque merito referri con-nderim. Citant Funkhaenel. Quaest. Demosth. p. 83 sq.

τὰ ἱερὰ τὰ πατρῷα. Sententia loci flagitante adje-

ctivum πατρῷα, cum Schoemanno, pro vitiosa librorum scriptura πάτρια, genuinum nomen mihi videor reposuisse.

κατεγνώκει τε αὐτοῦ προδεδωκέναι — καὶ μεγάλα πάντας ἠδικηκέναι. Trajecta in his est particula τε ut supra §. 14. ἐπιφανής τε γάρ ἐςι διὰ τὸν ἔκπλουν τὸν εἰς Ῥόδον καὶ τὴν ἀπαγγελίαν. Conf. Schoemann. ad Isae. p. 325. Hartung. de gr. linguae partt. I. p. 116 sq. Quae res non animadversa Reiskium et Coraëm induxit ut τε particulae loco γε in verborum ordinem reciperent.

ὃ καὶ πάντων γένοιτ' ἂν ἀτοπώτατον, εἰ — ταῦτ' ὑμεῖς ἀπολύσετε. Frequentant hoc structurae genus oratores Attici, quod ita explicandum est ut pronomen relativum ad enuntiationem quae subjicitur, cogitatione referatur. Res enim ad quam respicit pronomen relativum tamquam appositio adjicitur enuntiationi relativae. Quod genus fraudi fuit viris doctis qui ὅ in similibus explicarunt δι' ὅ, quare: vid. Reisk. ad Dem. adv. Callicl. §. 63. Pinzger. et Blume ad h. l. — Sequuntur hanc formulam particulae γάρ, ὅτε, ὅταν, εἰ: exempla larga manu dabunt Spohn. ad Isocrat. Panegyr. p. 98. (Bremi ad Isocr. Paneg. §. 124.) Schaefer. appar. ad Dem. V. p. 400. Matth. gr. gr. p. 806 sq. Bernhardy. Synt. p. 297. Ipsi autem pronomini modo καὶ adjungitur, modo δὲ subjicitur: illud, quum sequentia cum praegressis ita conjuncta sunt, ut enuntiatio adjecta eorum quae praecedunt naturam aut eventum exponat, hoc, quando ad novum argumentum transitur, illatum reperies. vid. Schaefer. l. l. Interdum neutrum occurrit, velut ap. Isocr. Panath. §. 54. ὃ σημεῖόν ἐςιν εὐνοίας —, ὅταν κτλ. — Ceterum futurum ἀπολύσετε non habet quod displiceat: quamquam Baiterus praetulerit optativum ἀπολύσαιτε. Eam qua Lycurgus usus est rationem praeivit Homerus Iliad. I. 294.

ἦ γάρ κεν δειλός τε καὶ οὐτιδανὸς καλεοίμην,
εἰ δή σοι πᾶν ἔργον ὑπείξομαι.

Odyss. 24, 434.

εἰ δὴ μὴ παίδων τε κασιγνήτων τε φονῆας
τισόμεθ' οὐκ ἂν ἔμοιγε μετὰ φρεσὶν ἡδὺ γένοιτο,
ζωέμεν.

Conf. Herodot. 7, 9. Thucyd. I, 121. Plat. Phaed. p. 107. C. Gorg. p. 461. E. Congesta sunt hujus structurae exempla e poëtis atque prosae orationis scriptoribus a Pflugk. ad Eurip. Helen. 1010. Matth. gr. gr. §. 524. Hartung. de gr. ling. partt. II. p. 257 sq. Bernhardy. Synt. p. 386. — Verbum προσδοκᾶν saepenumero in malam partem accipitur, velut ap. Demosth. in Phil. II. §. 6. 18. 20. 22. Dinarch. in Demosth. §. 112. quod cadit etiam in v. ἐλπίζειν et ἐλπίς: cf.

Sophocl. Oed. Tyr. 1432. Trachin. 111. Lys. orat. funebr. §. 36. ut erraverit auctor Definitt. in Platon. Opp. v. ἐλπὶς προσδοκία ἀγαθοῦ. — Ἀπολύειν autem sensu forensi plerumque quartum personae quae absolvitur casum assumit: vide exempla a Valckenar. ad Herod. 4, 68. allata: h. l. cum accusativo criminis construitur. Quamquam media hujus verbi forma quae ad reum sese defendentem atque expurgantem pertinet, saepissime accusativum criminis adjunctum habet, velut ἀπολύσασθαι τὰ κατηγορημένα, τὰς αἰτίας, alia. Cf. Indd. Demosth. v. ἀπολύειν.

κύριοι γενόμενοι τῆς ψήφου. conf. §. 146. τοὺς κυρίους ὄντας κολάσαι. Aeschin. in Timarch. §. 187. τί οὖν δὴ λέξετε οἱ τῆς ψήφου νυνὶ γεγονότες κύριοι.

§. 57. Πῶς γὰρ οὐ δεινόν. Πῶς (γὰρ) οὐ est fortiter affirmantis ut πῶς (γὰρ) fortiter negantis: quae particulae nonnumquam reliquae orationi ita interponuntur, ut praedicatum enuntiationis inchoatae e praegressis cogitatione supplendum sit. conf. Platon. Gorg. p. 487. A. τὼ δὲ ξένω τώδε — σοφὼ μὲν καὶ φίλω ἐστὸν ἐμώ, ἐνδεεστέρω δὲ παῤῥησίας καὶ αἰσχυντηροτέρω μᾶλλον τοῦ δέοντος· πῶς γὰρ οὔ; ὥ γε εἰς τοσοῦτον αἰσχύνης ἐληλύθατον, κτλ. Vid. Devar. de gr. linguae particc. p. 195. ed. Klotz. Heindorf. ad Platon. l. l.

ἐπὶ ἐμπορίαν ἀποδημοῦντας. Aliter Demosth. adv. Callipp. §. 3. ἐφ' ἑτέρᾳ ἀποδημῶν ἐμπορίᾳ, alius negotiationis causa peregre agens. — Tertium casum Stephano praeeunte Baiterus atque Sauppius etiam Lycurgo restituendum esse censuerunt: quod haud scio an jure factum sit. Nam quum recte dicatur ἰέναι ἐπὶ θήραν Herod. 1, 37. ἐπὶ θεωρίαν Platon. Criton. p. 52. B. conf. Lobeck. ad Phryn. p. 517. not. 2. Matth. gr. gr. p. 1169. etiam haec: ἐπὶ ἐμπορίαν ἀποδημεῖν sana esse videntur: teneas enim oportet proficiscendi notionem inesse verbo ἀποδημεῖν. Ceterum scriptura ἐμπορείαν quam hic et infra praebent optimi codices non per se rejicienda est, — respicit enim ἐμπορεία ad ἐμπορεύεσθαι ut ἐμπορία ad ἔμπορος —; at quum codicum consensus §. 55. et 58. tutaretur formam ἐμπορία, in alterius scripturae vicinia alteram haud ferendam esse putavi. De codicum in vocibus desinentibus in εία et ία dissensu videndus est Bremi. excurs. I. ad Isocrat. oratt. p. I. p. 197 sq.

καὶ κατ' ἐργασίαν ἐκπλεῖν. Particulam καὶ a Tayloro, Bekkero, Coraë proscriptam merito defendunt recentiores editores: neque tamen sententiam hujus loci sic constituendam esse crediderim „alii redibant, hic *vel abiit*." Etenim καὶ particulam ad verba κατ' ἐργασίαν potissimum pertinere, tum verborum collocatio docet, tum sequentia videntur decla-

rare ἡνίκα — διαφυλάξαι; Germanice reddideris oratoris verba: dafs dieser allein in jenen Zeiten gar zum Erwerb ausschiffte.

οὐδ' ἄν εἷς — οὐδὲν ἄν ἐζήτησεν. Repetitum ἄν neminem morabitur: de quo genere post Hermannum ad Viger. p. 814 sq. subtiliter atque perspicue exposuerunt Hartung. in libro de gr. linguae particc. II. p. 324 sq. et Restius in gr. gr. p. 600. ed. IV. conf. ap. nostr. §. 74. De tmesi οὐδ' ἄν εἷς cf. §. 49. de elliptico usu particulae ἄν cum indicativo junctae v. annot. ad §. 39.

Ἡδέως δ' ἄν αὐτοῦ πυθοίμην, illud libenter ex eo quaesiverim. Acerbas ejusmodi atque subdolas interrogationes frequentant oratores. Conf. Isocrat. de permut. §. 224. ἡδέως δ' ἄν κἀκεῖνο πυθοίμην παρὰ τῶν κτλ. ib. §. 97. ἡδέως δ' ἄν εἰδείην τί ποτ' ἄν ἔπαθον, εἰ κτλ. Isae. de Menecl. her. §. 21. ἡδέως δ' ἄν μοι δοκῶ τούτου πυθέσθαι. Dem. de cor. §. 217. καὶ ἔγωγε ἡδέως ἄν ἐροίμην Αἰσχίνην in Aristogit. II. §. 14. ἡδέως δ' ἄν ἔγωγ' αὐτὸν ἐρωτήσαιμι. Aeschin. de fals. leg. §. 121. ἐγὼ δ' ὑμᾶς ἡδέως ἄν ἐροίμην. A Platonica formula ἡδέως ἄν ἀκούσαιμι, qua creberrime usus est philosophus, plerumque ironia abest. Vid. Stallbaum. ad Platon. de rep. V. p. 470. A.

εἰσάγων. Verbum εἰσάγειν, importare, in nauticorum verborum numero est: oppon. ἐξάγειν, exportare. Vid. Indd. Dem. v. εἰσάγειν.

χρησιμώτερος — τοῦ παρασχεῖν τὸ σῶμα κτλ. Exspectaveris ἢ εἰ παρέσχε vel simile quid: nam infinitivo τοῦ παρασχεῖν responderent verba τί χρησιμώτερον ἐγένετο ἄν τῇ πόλει. Negligentiae oratoris haec verborum structura assignanda est.

τοὺς ἐπιόντας ἀμύνασθαι. conf. §. 77. τοὺς πολεμίους ἀμύνασθαι quae constructio Demostheni est familiaris. ἀμύνεσθαι ὑπέρ τινος Lycurgus adhibet §. 131. ἀμύνειν ὑπέρ τινος. §. 48. 78. ἀμύνειν τῇ πατρίδι. §. 76.

§. 58. Ἄξιον δέ ἐστιν. Pinzger malit ἄξιον δὴ „igitur," quam conjecturam totius loci ratio respuit: transitus enim fit ad novum argumentum. Ἄξιόν ἐστι i. q. προσήκει, decet, convenit.

οὐ μόνον αὐτῷ διὰ τὴν πρᾶξιν ὀργίζεσθαι ταύτην ἀλλὰ καὶ διὰ τὸν λόγον τοῦτον. Pronomen αὐτῷ eum locum obtinet, quem assignaveris verbis διὰ τὴν πρᾶξιν ταύτην: liberius autem saepenumero collocantur particulae οὐ μόνον — ἀλλὰ καὶ, ut verba trajecta esse videantur. Conf. Isocrat. de Pace §. 136. οὐ μόνον εὐδαίμονα ποιήσετε ταύτην τὴν πόλιν ἀλλὰ καὶ τοὺς Ἕλληνας ἅπαντας i. e. οὐ μόνον ταύ-

τὴν τ. πόλιν εὐδ. ποιήσετε ἀλλὰ καὶ κτλ. Dem. adv. Leptin. §. 33. *οὐ μόνον ὑμῖν ἱκανὸν σῖτον ἀπέξειλαν ἀλλὰ τοσούτου* (libri et Schaefer. app. ad Dem. III. p. 120. *τοσοῦτον*) i. q. *οὐ μόνον ἱκανὸν σῖτον ἀπέξειλαν ὑμῖν ἀλλὰ κτλ.* v. ap. Lycurg. §. 145. Pro *ἀλλὰ καὶ* deteriores codices tenent *αλλὰ* quod praetulerunt Osannus, Pinzger. Blumius non male scriptum esse contendit. Quae ratio etsi ferri potest v. annot. ad §. 106. tamen melioris notae codices sequendos esse nemo non videt. Ceterum verba *τὴν πρᾶξιν ταύτην* ad iter Leocratis pertinent, *λόγος* est mendacium viri mercaturae nomen fugae turpi praetexentis.

φανερῶς — ψεύδεσθαι. Conf. §. 76. *φανερῶς ἐπιώρκηκε.* i. q. *φανερός ἐςι ἐπιωρκηκώς.*

ἐγένετο ἐπὶ ταύτης τῆς ἐργασίας. Conf. Demosth. adv. Apatur. §. 4. *ἐπὶ τῆς ἐργασίας ὧν τῆς κατὰ θάλαττα*ν, in Dionysod. §. 48. *οἱ ἐπὶ τοῦ δανείζειν ὄντες.* et similiter Dem. prooem. 1. p. 606. ed. Bekk. *οὐδὲν ὧν ἐποιεῖτε ἐπὶ τοῦ πολεμεῖν ὄντες τοῦ λοιποῦ πρακτέον ἐστίν. Γίγνεσθαι* vel *εἶναι ἐπί τινος* est rei alicui praepositum vel in ea occupatum esse. Vid. Bernhardy. Synt. p. 247. annot. ad Lycurg. §. 121.

ἐκέκτητο χαλκοτύπους. Cives Attici, etsi ab illiberalibus sordidisque artibus abstinebant, non dedignabantur praeesse officinis (*ἐργαςηρίοις*) in quibus servorum sollertia utebantur: v. Dem. adv. Aphob. I. §. 9. Aeschin. in Tim. §. 97. magnoque nonnumquam pretio servos arte atque peritia praestantes coëmebant. Leocrates autem fabros agrarios alverat: itaque consentaneum erat hujus fabricae peritum esse rem non mercaturae exercendae parem.

ἐκπλεύσας — εἰσήγαγεν — ἀποδημήσας. Participiorum verbo *εἰσήγαγεν* junctorum non eadem est vis atque ratio: *ἐκπλεύσας* enim plusquamperfecto tempori Latinorum respondet, *ἀποδημήσας* non item. Sic enim constituenda est sententia: *ἐκπλεύσας ἔξ ἔτη, συνεχῶς ἀπεδήμησε μέν, ὅμως δὲ οὐδὲν εἰσήγαγεν ἐκ Μεγάρων.*

πεντηκοςῆς μετέχων ἐτύγχανεν. De re conf. §. 19. Articulum autem quem ante *πεντηκοςῆς* inserendum esse duxerunt viri docti equidem invitis codicibus haud addiderim. Neque enim quousque processerint Graeci in omissione arculi me perspexisse libere confiteor — conf. Bernhardy. Synt. p. 317. Rost. gr. gr. p. 460. — et notanda potius quam delenda omissi articuli exempla esse crediderim. Quid quod h. l. Graeca possis interpretari: ferner hatte er auch an einem Funfzigstel Theil: etenim non una publicanorum societas universam *πεντηκοςὴν* conduxisse videtur, sed pluribus societatibus hoc vectigal venditum esse verisimile est. Itaque

fieri potuit ut plures *πεντηκοςαί* distinguerentur pro mercium diversitate, velut *ἡ τοῦ σίτου πεντηκοςὴ* etc. Conf. Boeckh. Staatshaush. d. Athen. I. p. 338.

ἀπεδήμει. Hoc verbum loci sententia flagitat: perperam codices *ἐπεδήμει.*

ἂν μέν τι περὶ τούτων λέγῃ. Temere Heinrichius praepositionem seclusit. Conf. Isocrat. Panath. §. 67. *περὶ τῆς εἰσπράξεως τῶν φόρων ἤν τι λέγωσιν.* ib. §. 34. *περὶ σπουδαιοτέρων πραγμάτων ἔχω τι λέγειν ἢ τούτων.* Dem. in Mid. §. 112. *εἰ γὰρ εἰπεῖν τι καὶ περὶ τούτων ἤδη δεῖ.*

οὐδ' ὑμᾶς αὐτῷ ἐπιτρέψειν νομίζω. Conf. §. 13. *πρὸς δ' δεῖ καὶ ὑμᾶς ἀποβλέποντας μὴ ἐπιτρέπειν τοῖς ἔξω τοῦ πράγματος λέγουσιν.* — Pinzger. h. l. reddit: so, meine ich, müfst ihr ihn gar nicht einmal anhören: qui *οὐδ'* cum verbo *ἐπιτρέψειν* conjunxit. At verborum collocatio *οὐδ'* arctissime cum *ὑμᾶς* jungendum esse docet: so glaube ich werdet auch ihr ihn nicht gewähren lassen sc. aeque ac nos qui persuasum habemus non audiendum esse istum nefarium tam impudens mendacium proferentem.

§. 59. Lysiam h. l. expressit Lycurgus: conf. Lys. in Philon. §. 26. *ἄξιον δὲ καὶ τόδε ἐνθυμηθῆναι, ὅτι εἰ μέν τις φρούριόν τι προὔδωκεν ἢ ναῦν ἢ ςρατόπεδόν τι, ἐν ᾧ μέρος τι ἐτύγχανε τῶν πολιτῶν ὄν, ταῖς ἐσχάταις ἂν ζημίαις ἐζημιοῦτο, οὗτος δὲ προδοὺς ὅλην τὴν πόλιν οὐχ ὅπως τιμωρηθήσεται παρασκευάζεται.* Non uno loco haec oratio Lycurgo obversata est: conf. §. 9.

Ἥξει δ' ἴσως ἐπ' ἐκεῖνον τὸν λόγον φερόμενος. Hujusmodi loquendi formulas oratores frequentant. Vid. Isocr. Aeginet. §. 42. *τρέψονται δ' ἴσως ἐπ' ἐκεῖνον τὸν λόγον.* Dem. in Steph. I. §. 51. *οἴομαι τοίνυν αὐτὸν οὐδὲν οὐδαμῇ δίκαιον ἔχοντα λέγειν, ἥξειν καὶ ἐπὶ τοῦτο.* adv. Boeot. de nom. §. 27. *δίκαιον μὲν οὐδὲν ἕξει λέγειν, ἥξει δ' ἐπὶ ταῦθ' ἅπερ ἀεὶ λέγει.* *Ἥξει φερόμενος* de eo dictum est qui cupide arripit excusationem: hac autem re potissimum nisam esse accusati defensionem verisimile est. Lycurgi refútationem mihi haud satisfacere confiteor: at confer Schoemannum in libro de comitt. Athen. p. 192. uberius de hac re disserentem. — Ad verba comparandus est Aeschines in Ctesiph. §. 89. *τυγὼν δὲ συγγνώμης; — πάλιν ἧκε φερόμενος εἰς τὴν ἑαυτοῦ φύσιν,* rursus abreptus est in vitia naturae suae. — *Λόγον* Blumius offucias verborum vel excusationem frigidam et commenticiam designare contendit, quae notio ab hoc loco aliena est, ubi *λόγος* non opponitur *ἔργῳ, ἀληθείᾳ, πράγματι.*

ὃν αὐτῷ συμβεβουλεύκασί τινες τῶν συνηγόρων. Praetulimus optimorum codicum AB scripturam *συμβεβουλεύ-*

κασι vulgatae lectioni *συμβεβλήκασι*, quam Hauptmannus interpraetatur *nonnulli composuerunt*, collato Latinorum *conjicere in chartam;* videtur autem Hauptmanno contemtum hujus argumenti innuere orator. At nusquam *συμβάλλειν λόγον* apud Graecos eo sensu ponitur: itaque si ab oratoris manu profecta esset scriptura *συμβεβλήκασι*, haec sententia efficeretur: *quam exceptionem ei suggesserunt, ministrarunt.* Conf. Passov. lex. v. *συμβάλλειν*. — De *συνηγόροις* conf. annot. ad §. 43. et §. 63. 135.

οὔτε γὰρ νεωρίων κύριος κτλ. Deest imperfectum verbi *εἶναι*, de qua omissione vide Bernhardy. Synt. p. 330. *Κύριος* autem is dicitur penes quem est rei alicujus potestas atque arbitrium, qui praeest alicui rei. Cf. Dem. de fals. leg. §. 183. *εἰσὶ γὰρ οἱ πρέσβεις οὐ τριήρων οὐδὲ τόπων οὐδὲ ὁπλιτῶν οὐδ' ἀκροπόλεων κύριοι.* — *Νεωρίων* mentio fit etiam §. 150. Distinguuntur plerumque *τὰ νεώρια* a *τοῖς νεωσοίκοις*: nonnumquam promiscue dicuntur. Proprie *νεώσοικοι* sunt aedificia singularum navium capacia, in quae hieme etc. subducuntur naves: *νεώριον* et *νεώρια* de universis navalibus ponuntur. Conf. grammat. Bekkeri I. p. 282. *Νεώσοικοι καταγώγια ἐπὶ τῇ θαλάττῃ ᾠκοδομημένα εἰς ὑποδοχὴν τῶν νεῶν ὅτε μὴ θαλαττεύοιεν· τὰ νεώρια δὲ ἡ τῶν ὅλων περιβολή.* Polluc. IX. 28. Harpocrat. v. *νεώρια καὶ νεώσοικοι.* Demosth. de symmor. §. 22. Coraës, Bergmann et Benseler in Benseleri ed. Isocrat. Areopag. p. 342. Amersfoordt in Schaefer. app. ad Demosth. I. p. 773 sq. Navalia quae antiquissimis temporibus erant in portu Phalero a Themistocle in Piraeum translata sunt.

οὔτε — οὔτε — οὔθ' ὅλως. Cf. Isocr. Philipp. §. 39. *οὔτε — οὔτε — οὔθ' ὅλως* Panath. §. 3. *οὔτε — οὔθ' ὅλως.* Aesch. in Timarch. §. 13. *ἢ — ἢ — ἢ — ἢ ὅλως.* Aesch. in Tim. §. 18. *πατρί, ἀδελφῷ, ἐπιτρόπῳ, διδασκάλοις, καὶ ὅλως τοῖς κυρίοις.* — De re confer Dem. adv. Leptin. §. 79. *μίαν μὲν πόλιν εἰ ἀπώλεσεν ἢ ναῦς δέκα μόνας περὶ προδοσίας ἂν αὐτὸν εἰσήγγελλον οὗτοι.* Meier et Schoem. de Ord. Jud. p. 341.

μέρος ἄν τι προδοῦναι i. e. *ὅτι μέρος ἄν τι προδοῖεν* aut *προὔδοσαν*: utrumque enim loci sententia admittit. vid. Hartung. de gr. ling. partt. II. p. 319. De verbis *μέρος τι* confer Orellium ad Isocr. de permut. p. 207 sq.

ἔκδοτον ποιῆσαι τὴν πόλιν i. q. *ἐκδοῦναι.* cf. Isocr. Philipp. §. 100. *τῶν ἐκδοθεισῶν αὐτῷ πόλεων.* Isocr. Panegyr. §. 122. *οὕτω πολλοὺς αὐτῶν ἐκδότους ἐποίησαν.* Aeschin. in Ctesiph. §. 61. *ἔκδοτον δὲ Φιλίππῳ πεποιηκότα Κερσοβλέπτην.* ib. §. 73. *Κερσοβλέπτην καὶ τὸν ἐπὶ Θρᾴκης τόπον ἔκδοτον ποιῆσαι,* hostibus tradere. Similiter dictum est *ἔκδοτον τοῖς*

πολεμίοις παραδιδόναι ap. nostr. §. 85. Cf. Demosth. in Aristocr. §. 85. et 217. ἔκδοτον διδόναι: — ἔκδοτον καταλείπειν τοῖς πολεμίοις Lycurgus posuit §. 136.

τῶν πατρίων νομίμων ἀποςερῶν. Τὰ νόμιμα quae hic commemorantur et ad deorum sacra et ad manes defunctorum spectant: quae πατρῷα non sunt — id quod in vulgatis exemplaribus reperitur —, sed πάτρια. Respiciuntur enim omnium omnino deorum caerimoniae atque mores civitatis. Adi Schoemannum ad Isae. p. 218.

§. 60. οἰκεῖσθαι ἂν συνέβαινε δούλην οὖσαν τὴν πόλιν, ὃν δὲ τρόπον οὗτος ἐξέλιπεν, ἀοίκητον ἂν γενέσθαι. Δὲ particulam quae in libris MSS atque in veteribus editionibus post δούλην collocata est, librariorum culpa in locum alienum immigrasse manifestum est: efficit enim ista particulae collocatio ut verba vehementer inter sese repugnent. Itaque dubium non est, quin Reiskius jure particulam loco non suo moverit. — ἀοίκητος est non habitabilis cf. Isocrat. de permut. §. 22. et non habitatus, ut h. l. et §. 62. Male autem ap. Demosth. in Stephan. I. §. 70. legitur ἀοίκητον τὸν Ἀρχεδήμου παῖδα — πεποιήκας de filio patrimonii exsorte vel domicilio orbato: ubi recte Schaeferus scribendum esse suspicatur ἄοικον. Vid. Schaef. app. ad Dem. V. p. 194. Ad ἂν γενέσθαι cogitatione referendum est verbum συνέβαινε, ad quod pertinet repetita particula. cf. Hartung. de gr. ling. partt. II. p. 330 sq.

ἐκ δὲ τοῦ — γενέσθαι ἀνάςατον. Ἀνάςατος dicitur urbs eversa cujus incolae e patrio solo abducuntur vel certe sedibus suis pelluntur: quod vocabulum nonnumquam de tota regione et ipsis incolis adhibetur. Quo pertinent etiam dictiones ἀνάσπαςον et ἀνάρπαςον ποιῆσαι et γένεσθαι, quae ad incolas potissimum respiciunt. Haec a scribis interdum inter se permutantur, velut Dem. de fals. leg. §. 39. ubi pro ἀνάςατος cod. Υ praebet ἀνάσπαςος. Inter oratores maxime Isocrates frequentat vocabulum ἀνάςατος: de quo exposuerunt Valesius in not. Maussac. ad Harpocrat. Tom. II. p. 415. ed Lips. Wesseling. et Valckenar. ad Herod. IV. 204. Taylor. in Schaefer. appar. ad Dem. II. p. 456. Viri DD. ap. Benseler. Isocr. Areopag. p. 115 sq. — Transiit autem h. l. orator a plurali numero (τὰς πόλεις) ad singularem ἀνάςατον, quem usum supra ad §. 55. notavimus: quamobrem temere Reiskius ἀνάςατοι conjecisse credendus est, qui majore etiam audacia inseri jussit ἀναγκαῖον: etenim εἰκός ἐςιν ad eam quoque quae instat enuntiationem pertinere neminem fugere potest.

τῶν κοινῶν ἐλπίδων στερηθῆναι. Κοινὴ ἐλπὶς est spes quae omnibus concessa est. Conf. Lys. or. funebr. §. 9.

πατρίου τιμῆς ἀτυχήσαντες καὶ Ἑλληνικοῦ νόμου στερηθέντες καὶ κοινῆς ἐλπίδος ἡμαρτηκότες. Aliam autem interpretandi rationem ac viam monstrat Isocrates in Plataic. §. 49. qui incolas eversae urbis haec dicentes inducit: ὁ γὰρ κοινὸς βίος ἀπολωλὼς ἰδίας τὰς ἐλπίδας ἕκαστον ἡμῶν ἔχειν πεποίηκεν.

ἐλπὶς — μεταπεσεῖν. Cf. Demosth. Olynth. I. §. 12. σκοπεῖσθε εἴς τί ποτ' ἐλπὶς ταῦτα τελευτῆσαι. Dem. Prooem. 30. μόλις γὰρ οὕτως ἐλπὶς ἐκ πολλοῦ διώκοντας τὰ προειμένα ἑλεῖν δυνηθῆναι. Isocrat. Panegyr. §. 141. πολὺ πλείων ἐλπίς ἐςιν ἕτερον ἀποςῆναι πρὶν ἐκεῖνον ἐκπολιορκηθῆναι. Verbis sperandi, pollicendi et similibus recte subjungi etiam aoristum Lobeckius docet ad Phryn. p. 751. conf. Bremi. excurs. VIII. ad Lys. oratt. Discrimen quod in ejusmodi sententiis intercedit inter infinitivos praesentis, aoristi et futuri expositum est ab Hermanno ad Sophocl. Ajac. 1061. Matth. gr. gr. p. 950 sq. Bernhardy. Synt. p. 383 sq. Ponunt autem aoristum quando non tam temporis quam actionis et rei quae gerenda est rationem habent: neque enim in ejusmodi enuntiationibus ad rem *uno ictu* peragendam respicere aoristum crediderim.

συναναιρεῖται πάντα δι' ὧν ἄν τις εὐδαιμονήσειεν. Verba εὐδαίμων, εὐδαιμονία, εὐδαιμονεῖν, εὐδαιμονίζειν, post Homerica demum tempora (unus hymn. Homer. 10, 5. habet εὐδαιμονία) invaluerunt, latissime ea quidem patentia, ut recte auctor Definitt. in Platonis Opp. III. 3. p. 568. Bekk. sic definiat εὐδαιμονίας notionem: εὐδαιμονία ἀγαθὸν ἐκ πάντων ἀγαθῶν συγκείμενον· δύναμις αὐτάρκης πρὸς τὸ εὖ ζῆν· τελειότης κατ' ἀρετήν· ὠφέλεια αὐτάρκης ζώου. Ceterum jure δι' ὧν dicit orator non δι' ἃ: loquitur enim de sensibus atque mente et in genere de iis omnibus quae hominem idoneum reddant ad vitae beatae gaudia percipienda.

περὶ τὰς πόλεις cf. §. 21. Bernhardy. Synt. p. 262.

πέρας ἔχειν τὴν ἀτυχίαν. Πέρας ἔχειν est *ad summum fastigium pervenisse, perfectum atque omnibus numeris absolutum esse.* Quam dictionem Lycurgus acceptam refert Isocrati magistro. Conf. Isocr. Philipp. §. 141. ἐγὼ μὲν γὰρ ἡγοῦμαι ταῦτα πέρας ἔξειν· οὐδένα γὰρ ἄλλον ποτὲ δυνήσεσθαι μείζω πρᾶξαι τούτων. Panegyr. §. 5. ὅταν — τὸν λόγον ἴδῃ τις ἔχοντα πέρας, ὥςε μηδεμίαν λελεῖφθαι τοῖς ἄλλοις ὑπερβολήν. — Urbs eversa, inquit, sicut homo mortuus cui spes nulla relicta est, ad summum miseriae fastigium pervenit. Dictio Isocratea male intellecta induxit Taylorum ut ἀτυχίαν cum εὐτυχίαν commutaret: quam rationem temere nonnulli amplexi sunt.

§. 61. Εἰ γὰρ δεῖ τὴν ἀλήθειαν εἰπεῖν. conf. annot. ad §. 49.

πόλεώς ἐστι θάνατος ἀνάςατον γενέσθαι. Infinitivus substantivi munere fungitur atque subjecti vicem gerit: quamquam Bernhardyus negat (Syntax. p. 354.) infinitivum cui non adjiciatur articulus alium quam praedicati locum obtinere. Tu confer Matth. gr. gr. §. 542. p. 1063. Stallbaum. ad Platon. Menexen. p. 247. B. de Rep. p. 493. C. D.

Τεκμήριον δὲ μέγιςον· — γάρ. Hac loquendi ratione creberrime utuntur oratores: loquentis enim affectus ellipticas ejusmodi dictiones et parit et obscurat, ita ut auditor ad rem attentus hiatum qui est in verbis vix deprehendat. Quod genus sunt σημεῖον δέ, κεφάλαιον δέ, αἴτιον δέ, δῆλον δέ, τὸ δὲ μέγιςον, τὸ δὲ δεινότατον, alia, quibus subjici solent γὰρ et ὅτι particulae: quamquam interdum his particulis carent enuntiationes adjectae. Proxime haec ratio accedit ad eam de qua egimus ad §. 56. Rem tangunt atque exemplis illustrant Matthiae gr. gr. §. 630. p. 1293 sq. Bergmann. et Benseler. in ed. Isocr. Areopag. p. 174 sq.

ὑπὸ τῶν τυράννων. Intelligit Pisistratidarum dominationem: cf. Isocrat. Panath. §. 148.

τὸ δ' ὕςερον ὑπὸ τῶν Τριάκοντα, καὶ ὑπὸ Λακεδαιμονίων τὰ τείχη καθηρέθη. Recte Taylor. post Τριάκοντα punxit: muri enim ante triginta virorum dominationem diruti sunt. Τὰ τείχη autem de quibus loquitur orator, sunt τὰ μακρὰ τείχη καὶ τὰ περὶ τὸν Πειραιᾶ. vid. Xenoph. Hellen. II. 3, 11. Rem enarrant Xenoph. Hellen. II. 2. circ. fin. et 3, 11. Diodor. Sicul. 13, 107. Plutarch. Lysand. c. 14.

τῆς τῶν Ἑλλήνων εὐδαιμονίας ἠξιώθημεν προςάται γενέσθαι. Post victoriam a Lacedaemoniis reportatam etsi numquam Athenienses veterem belli gloriam atque amissum recuperarunt imperium, tamen in breve tempus principatum Graeciae denuo obtinuerunt. Pugna enim ad Mantineam commissa, 362 a. Chr. n., quum fractae essent atque debilitatae Graeciae civitates, principatus illius quem ante infaustum bellum Peloponnesiacum tenuerant Athenienses umbram quandam iidem nacti sunt. Quamquam dubitandum non est, quin oratores nimiis laudibus rem extulerint atque auxerint. Cf. Demosth. Olynth. III. §. 27. Λακεδαιμονίων μὲν ἀπολωλότων, Θηβαίων δ' ἀσχόλων ὄντων, τῶν δ' ἄλλων οὐδενὸς ὄντος ἀξιόχρεω περὶ τῶν πρωτείων ἡμῖν ἀντιτάξασθαι. vid. Hermann. gr. Staatsalterth. p. 332. 335. Ceterum loquutiones προςῆναι τῆς Ἑλλάδος, προςάτας εἶναι τῆς Ἑλλάδος de ἡγεμονίᾳ s. principatu usurpantur. Cf. Herodot. I. 96. Isocrat. de permut. §. 86. ap. nostr. §. 104. De vocis προςάτης significatu consulas Wachsmuthium Append. I. ad Hellen. Alterthumskunde I, 2, p. 435. — Ad verba compar. Isocrat. Pan-

ath. §. 76. *μόνος γὰρ ἁπάσης τῆς Ἑλλάδος ἠξιώθη γενέσθαι στρατηγός.*

§. 62. *εἰ καὶ παλαιότερον εἰπεῖν ἐςί* i. q. infra §. 95. *εἰ γὰρ καὶ μυθωδέςερόν ἐςιν.* Infinitivum adjectivo junctum exemplis illustrat Matth. gr. gr. §. 535. b. p. 1049. cf. Bernhardy. Synt. p. 361 sq. Quod Pinzgerus scribendum esse putat *ἔςι*, wenn man auch ältere Begebenheiten erwähnen darf, nihili esse intelligent ii qui graeci sermonis naturam expenderint. De *εἰ καὶ* particularum vi atque usu exposuit Hartung. de gr. ling. partt. I. p. 139.

τὴν Τροίαν τίς οὐκ ἀκήκοεν ὅτι. — Attractio hoc loco obvia verborum sentiendi atque declarandi propria est. Cf. Wesseling. ad Herod. 1, 163. 8, 67. Matth. gr. gr. §. 296. Bernhardy. Synt. p. 466.

πάσης ἐπάρξασα τῆς Ἀσίας. De verbo *ἐπάρχειν* supra dictum est ad §. 42. Isocrateo more Lycurgus auget rem: similiter enim ille Panath. §. 83. de ejusdem urbis opibus atque imperio loquitur: *λόγῳ μὲν πρὸς μίαν πόλιν πολεμήσας* (Agamemno), *ἔργῳ δ' οὐ μόνον πρὸς ἅπαντας τοὺς τὴν Ἀσίαν κατοικοῦντας ἀλλὰ καὶ πρὸς ἄλλα γένη πολλὰ τῶν βαρβάρων οὐκ ἀπεῖπεν οὐδ' ἀπῆλθε, πρὶν τήν τε πόλιν τοῦ τολμήσαντος ἐξαμαρτεῖν ἐξηνδραποδίσατο.*

τὸν αἰῶνα i. q. *ἅπαντα τὸν χρόνον.* Isocr. Panath. §. 21. 40. 124. vel *δι' αἰῶνος* Aeschyl. Choëph. 24. Eumenid. 500. vel *τὸν δι' αἰῶνος χρόνον.* Aeschyl. Agam. 493. Vox *αἰὼν* apud Atticos prosae orationis scriptores crebri non est usus.

Μεσσήνην. Scriptura *Μεσήνη* quam h. l. referunt antiqua exemplaria et codices, genuinae lectionis *Μεσσήνη* locum haud raro occupavit: quam veram esse tum codicum haud semel in scriptura *Μεσσήνη*, *Μεσσήνιοι* etc. conspirantium auctoritas, tum nummorum consensus videtur evincere. conf. Rasche lex. num. Vol. 3. P. 1. p. 592. Eckhel. Doctr. Num. P. 1. vol. II. 275. Discrepantes virorum doctorum de hac re sententias vid. ap. Spohn. ad Isocr. Panegyr. c. 16. p. 44. Krüger. in Dionys. Hal. Historiogr. p. 148. Stallbaum. ad Platon. Alcib. I. p. 122. E. Nihil autem frequentius est in codicibus MSS. librariorum lapsu in geminatis litteris. — De numero annorum mirum quantum inter se dissentiunt scriptores qui de hac re memoriae tradiderunt, Dinarchus in Demosth. §. 73. Diodorus Sic. 15, 66. Pausanias in Messen. c. 27. Messene autem urbs ante Epaminondam nulla fuerat: antiquissimis enim temporibus ipsa terra Messene nominabatur (conf. Strabon. 8, 358. 361.), arci quae a Lacedaemoniis excisa est Ithome nomen erat: quamquam eo ipso loco quo ante Ithome fuerat post Messene condita est.

ἐκ τῶν τυχόντων ἀνθρώπων συνοικισθεῖσαν. Notandus est praepositionis ἐκ usus ubi exspectaveris ὑπό, cujus rationis pauca exempla in Atticorum reliquiis obvia sunt. Cf. Isae. de Philoctem. her. §. 57. οὐ μόνον ἐξ ἡμῶν ἐλέγχονται et alia, quae collegit Bernhardy. Synt. p. 228. Adde Schoemann. ad Isae. p. 348. et quos excitat. ὁ τυχών est quilibet, vulgaris, vilis: vid. Bernhardy. Synt. p. 318. — Aliter rem narrat Pausanias in Messen. 26, 4. Post Leuctricam pugnam, inquit, a Thebanis missi sunt nuntii in Italiam, Siciliam etc. qui invitarent Messenios ibi degentes, ut in patriae gremium redirent: οἱ δὲ θᾶσσον, ἢ ὡς ἄν τις ἤλπισε, συνελέχθησαν γῆς τε τῆς πατρίδος πόθῳ, καὶ διὰ τὸ ἐς Λακεδαιμονίους μῖσος παραμεῖναν ἀεί σφισιν. — Ceterum variatur hoc loco constructio, oratore in praegressis verbo ἀκούειν subjiciente ὅτι particulam cum tempore finito, a quo transit ad participium. Cf. Matth. gr. gr. p. 1074. 1075.

§. 63. τῶν συνηγόρων αὐτῷ. cf. Dem. de cor. §. 41. ὁ δὲ ταύτης τῆς πίςεως αὐτῷ συνεργὸς καὶ συναγωνιςής. Saepenumero substantiva quae a verbis tertium casum assumentibus descendunt eundem casum adsciscunt. Conf. Matth. gr. gr. §. 390. Bernhardy. Synt. p. 92. Verbum τολμᾶν quod instat, idem in similibus valet quod ἐπιχειρεῖν. Cf. Isocrat. de permut. §. 221. ἴσως οὖν ἄν τις πρὸς ταῦτα τολμήσειεν εἰπεῖν i. q. in animum induxerit.

μικρὸν το πρᾶγμα ποιῶν i. q. rei momentum dicendo elevans. cf. Isocrat. in Lochit. §. 5. ἴσως οὖν Λοχίτης ἐπιχειρήσει μικρὸν ποιεῖν τὸ πρᾶγμα διασύρων τὴν κατηγορίαν καὶ λέγων ὡς οὐδὲν ἐκ τῶν πληγῶν κακὸν ἔπαθον. Opponitur huic loquutioni ea quam praebet Demosth. in Mid. §. 71. τῷ λόγῳ τὸ πρᾶγμα ἐγὼ νῦν αἴρω καὶ φοβερόν ποιῶ.

παρ' ἕνα ἄνθρωπον. In transcursu moneo calami errore factum esse, ut hic locus ap. Bernhardyum Synt. p. 258. redderetur: „weniger 1." Παρὰ hic et infra §. 64. 66. de *momento* usurpatur, atque indicat stare rem de qua agitur per id quod adjectus accusativus designat. Cf. Isocr. Archidam. §. 52. ἀναμνήσθητε —, ὅτι — εἰ — εἷς μόνος Λακεδαιμονίων βοηθήσειεν, ὑπὸ πάντων ἂν ὡμολογεῖτο παρὰ τοῦτον γενέσθαι τὴν σωτηρίαν αὐτοῖς. Nicocl. §. 48. μηδὲ καταφρονεῖτε τῶν προστεταγμένων, ὑπολαμβάνοντες ὡς οὐ παρὰ τοῦτ' ἐςίν, ἀλλ' ὡς παρ' ἕκαςον τῶν μερῶν ἢ καλῶς ἢ κακῶς τὸ σύμπαν ἔξον, οὕτω σπουδάζετε περὶ αὐτῶν. Demosth. in Phil. III. §. 2. οὐ παρ' ἓν οὐδὲ δύο εἰς τοῦτο τὰ πράγματα ἀφῖκται. de cor. §. 232. πάνυ γὰρ παρὰ τοῦτο — γέγονε τὰ τῶν Ἑλλήνων εἰ τουτὶ τὸ ῥῆμα ἀλλὰ μὴ τουτὶ διελέχθην ἐγώ. Vid. Schaefer. appar. ad Demosth. II. p. 309. Hartung über die Casus p. 64.

αἰσχύνονται. Neminem offendet pluralis post *τῶν συ-γόρων* — *τις* illatus: designantur enim in universum defen-res: neque praesens tempus futuro (*τολμήσει* — *εἰπεῖν*) con-ı rei naturam cuiquam junctum esse videbitur. Namque s quam futuram esse certo scit orator dicenti jam praesens se atque adesse videtur. Simillimum Lycurgeo locum vid. . Lys. in Agorat. §. 70. *Λέξει δὲ, ὦ ἄνδρ. δικ., καὶ ἐξα-τῆσαι ὑμᾶς πειράσεται, ὡς ἐπὶ τῶν Τετρακοσίων Φρύνιχον τέκτεινε· καὶ ἀντὶ τούτου φησὶν αὐτὸν Ἀθηναῖον τὸν δῆμον ιήσασθαι.* Ceterum de praesentis atque futuri copulatione l. annot. ad §. 139.

ἀπολογίαν ποιούμενοι πρὸς ὑμᾶς: *Πρὸς ὑμᾶς* i. e. ud vos judices, gall. *vis à vis de vous.* Similiter dicunt *τηγορεῖν πρὸς ὑμᾶς* Dem. adv. Aphob. I. §. 53. *δεῖξαι πρὸς ᾶς ἐμαυτὸν Ἀθηναῖον ὄντα* Dem. adv. Eubulid. §. 17. *ἀντι-τῆσαι τῷ παιδὶ — πρὸς ὑμᾶς.* Isae. de Hagn. hered. §. 19. . Schoemann. ad Isae. p. 244. 466. Utuntur in similibus am praepositionibus *ἐν*, *παρὰ* et *πρὸς* cum dativo. Confer emosth. adv. Aphob. II. §. 22. *δίκης ἐν ὑμῖν μὴ τυχεῖν.* v. Aphob. de fals. testim. §. 3. *ἐν ὑμῖν φανερῶς ἐξελεγχθείς.* v. Onetor. II. §. 6. *ἐν ὑμῖν εἰπεῖν.* in Theocrin. §. 11. *δεῖν ἐν ὑμῖν.* adv. Aphob. de fals. test. §. 21. *τῶν πώποτ' ωνισμένων δίκην ἐν ὑμῖν.* pro Phormion. §. 25. *ὁ ἐν ὑμῖν ἡτ-θείς.* — Dem. adv. Aphob. I. §. 2. et II. §. 21. *παρ' ὑμῖν ὑξεσθαι τῶν δικαίων.* Cf. Bremi. ad Dem. adv. Aphob. I. §. 2. ıibuscum compara loquutionem *παρ' ὑμῖν ἀπέθανε* vobis ju-cibus, vestro jussu extremum supplicium passus est, ap. em. adv. Conon. §. 39. Vide Schaefer. appar. ad Dem. V. 387. — Rarior est praepositionis *πρὸς* cum dativo copu-tae usus: vid. Dem. adv. Leochar. §. 58. *πρὸς ἅπασι τοῖς ὑεδρίοις ἔνεστι λόγου μὴ ἀποστερηθῆναι:* sed frequentis usus est rmula *πρὸς τῷ διαιτητῇ λέγειν* Dem. adv. Aphob. I. §. 49. similia apud oratores.

ἐφ' ᾗ δικαίως ἂν ἀποθάνοιεν. *Ἐπὶ* cum tertio su interdum ad causae notionem pertinet. conf. Isocrat. de ırmut. §. 121. *ἐπὶ τοῖς ἐχομένοις δικαίως ἄν τις αὐτὸν — ἐπαι-σειεν.* Plataic. §. 47. *τὰς — συμφορὰς — ἐφ' αἷς ἡμεῖς οὐ-μίαν ἡμέραν ἀδακρυτὶ διάγομεν.* Demosth. in Mid. §. 105. *ἐφ' ματι φεύγειν.* in Timocrat. §. 168. *δεθέντα ἐπὶ χρήμασιν ἐν ὃ δεσμωτηρίῳ.* de Philipp. epist. §. 10. *δόξαν ἔχοντες ἐπ' ἀν-ίᾳ* Olynth. III. §. 24. *τὴν ἐπὶ τοῖς ἔργοις δόξαν.* Proprie in usmodi sententiis praepositio *ἐπὶ* nihil aliud significat nisi ldi aliquid alicui rei, sequi eam vel cum ea conjunctum esse. uo pertinent etiam loquutiones *ἀγανακτῆσαι* ap. Lycurg. §. . 139. *ὀργίζεσθαι* §. 27. 78. *δακρύειν* §. 41. *σεμνύνεσθαι* §. . *φιλοτιμεῖσθαι* §. 98. *ἐκπλήττεσθαι* §. 138. *στεφανοῦσθαι ἐπί*

τινι. §. 139. — Pro ἀποθάνοιεν Pinzgerus maluit ἀποθάνοι quo unus Leocrates designaretur. Quod cur ferendum non sit nemini erit obscurum: etenim in sequentibus ad solos defensores respicit orator. vid. infra.

διαγνῶναι περὶ τοῦ μεγέθους sc. τοῦ πράγματος s. τοῦ ἀδικήματος. Διαγιγνώσκειν in verborum forensium numero est: erkennen i. q. entscheiden. vid. Indd. Demosth. vv. διαγινώσκειν et γινώσκειν.

οὐ μανία δήπου τοῦτο λέγειν —; Bekkero suasore negationem secluserunt, interrogandi signum delerunt Baiterus et Sauppius: qui haud scio an immerito formulae οὐ δήπου; in ejusmodi sententiis nullum omnino locum concedendum putarint. Etenim tutari videntur locum Lycurgi ea quae apud Aristophanem leguntur Avv. 180.

οὐχ οὗτος οὖν δήπου ἐστὶν ὀρνίθων πόλος;

ist das denn nicht, das ist denn doch wohl der Vögel Pol? et Plut. 549.

οὔκουν δήπου τῆς πτωχείας πενίαν φαμὲν εἶναι ἀδελφήν; quod jure proposuisse videtur Devarius de gr. ling. partt. p. 65. ed. Klotz. pro vulgato οὐκοῦν — ἀδελφήν· Sagen wir denn nicht —? De quo particularum οὐ δήπου; usu conferas velim Devarium l. l. et Hartung. de gr. ling. partt. I. p. 285 sq.

ὡς οὐδὲν ἂν ἐγένετο παρὰ τοῦτον; Librorum atque veterum editorum in ἂν γένηται conspirantium scripturam ferendam esse censuit Blumius: ego non item. Etenim in ejusmodi enuntiationibus unus Homerus conjunctivi usum agnoscit, Attici repudiant: quamquam cum Devario de gr. ling. partt. p. 34. ed Klotz. nonnulli ab Atticis hoc genus non prorsus abjudicandum esse putent. Quibus tum optimorum plerumque codicum auctoritas adversatur, tum ipsius conjunctivi modi ratio atque natura, quippe qui numquam in libera enuntiatione ab Atticis positus sit. vid. Bernhardy. Synt. p. 397. Hartung. de gr. l. partt. I. p. 285. Pinzgerus ἂν γεγένηται conjecit, quod non prorsus spernendum esse idem Blumius contendit: quamquam contra rei naturam indicativus perfecti cum ἂν particula copulatus esse videtur. Cf. Devarium de gr. l. partt. p. 30. ed. Klotz. Bernhardy. Synt. p. 390. Rost. gr. gr. p. 592. ed 4. Rescripsi ἂν ἐγένετο propter verba praegressa §. 63. ὡς οὐδὲν ἂν — ἐγένετο: τοῦτον autem quod instat praetuli codicum scripturae τοῦτο propter ea quae sequuntur: ἡγοῦμαι τοὐναντίον τούτοις παρὰ τοῦτον εἶναι τὴν σωτηρίαν τῇ πόλει, ubi codicibus παρὰ τούτων praebentibus nemo calculum adjiciet. Oppositionis enim ratio atque vis infringitur mutata repente pronominis forma: iisdem verbis in utroque membro positis non potest non augeri. — Sen-

ɜntia loci haec fere est: Gravissima poena digni sunt defen-
ɔres rei: etenim si commisit Leocrates facinus de quo agi-
ɪr, isti quum de sceleris magnitudine audeant decernere ju-
icum sibi munus arrogant: sin vero haud obnoxius est ei
rimini, istos insaniae poenas dare consentaneum est, quippe
ui negent per hunc stetisse patriae salutem. Namque tum
emum salva est res publica quum singuli atque universi ci-
es officia sua exsequuntur. — Ceterum oratorie haec atque
rgutius quam verius dicta esse neminem fugiet.

§. 64. *τοὐναντίον τούτοις.* Pronomen masculini ge-
eris est, velut ap. Demosth. adv. Leptin. §. 109. *ὑμεῖς τἀ-
ντία τούτοις τοὺς μὲν εὐεργέτας τιμῶντες κτλ.* Eodem modo
enitivum personae adjiciunt huic nomini, cf. Schaefer. appar.
d Dem. II. p. 416. Saepenumero autem reliquae orationi inter-
onunt accusativum *τοὐναντίον, τἀναντία,* ad quem cogitatione
upplendum esse verbum *ποιεῖν* falso contenditur. Conf. Bern-
ardy. Synt. p. 130. Exempla dabit Foertsch. in obss. critt.
ı Lys. oratt. p. 28.

Ὅταν οὖν ταύτην ἐφ' ἑνός τις παρίδῃ. Ἐφ' ἑνὸς ɜ quelque chose (Thurotus), in einem Stücke (Pinzger.) Cf. ɜ usu praepositionis Isocrat. in Sophist. §. 7. *τὰς ἐναντιώσεις τὰ μὲν τῶν λόγων τηροῦντας, ἐπὶ δὲ τῶν ἔργων μὴ καθορῶν-ας.* Optativum *παρίδοι* cum codicibus retinuerunt Osannus ; Pinzgerus: sed optativus modus qui bene haberet si ex terius cogitatione poneretur enuntiatio, hic locum non ha-ɜt. Conf. Matth. gr. gr. §. 521. p. 1007. Bernhardy. Synt. .413. atque de optativo post *ὁπόταν* et *ὅταν* posito propter ıtecedentem optativum Hermann. de part. *ἄν* III. c. 4. Stall-ıum. ad Platon. Alcibiad. I. p. 146. A.

§. 65. Obversata esse videtur Lycurgo Isocratis oratio in ochitam, ubi similia leguntur. Cf. §. 6. *ὁρῶ δ' ὑμᾶς, ὅταν ıῦ καταγνῶτε ἱεροσυλίαν ἢ κλοπήν, οὐ πρὸς τὸ μέγεθος ὧν ἂν ίβωσι τὴν τίμησιν ποιουμένους, ἀλλ' ὁμοίως ἁπάντων θάνατον ıταγιγνώσκοντας, καὶ νομίζοντας δίκαιον εἶναι τοὺς τοῖς αὐτοῖς ıγοις ἐπιχειροῦντας ταῖς αὐταῖς ζημίαις κολάζεσθαι. Χρὴ τοί-ıν καὶ περὶ τῶν ὑβριζόντων τὴν αὐτὴν γνώμην ἔχειν καὶ μὴ τοῦτο ɜοπεῖν, εἰ μὴ σφόδρα συνέκοψαν, ἀλλ' εἰ τὸν νόμον παρέβησαν, ηδ' ὑπὲρ τοῦ συντυχόντος μόνον, ἀλλ' ὑπὲρ ἅπαντος τοῦ τρό-ου δίκην παρ' αὐτῶν λαμβάνειν ἐνθυμουμένους ὅτι πολλάκις ɜη μικραὶ προφάσεις μεγάλων κακῶν αἴτιαι γεγόνασιν κτλ.* conf. p. nostr. §. 65—67.

Ἐκεῖνοι γὰρ κτλ. Conf. Xenoph. Memorab. 1, 2, 62. *ἴν τις φανερὸς γένηται κλέπτων ἢ βαλαντιοτομῶν ἢ τοιχωρυ-ῶν ἢ ἀνδραποδιζόμενος ἢ ἱεροσυλῶν, τούτοις θάνατός ἐστιν ἡ ημία.* Apolog. Socr. §. 25. *ἐφ' οἷς γε μὴν ἔργοις κεῖται θάνα-*

τος ἡ ζημία. ἱερωσύνας κτλ. Aristotel. Problem. 29. 16. διὰ τί ἐπὶ μὲν κλοπῇ θάνατος ἡ ζημία: Neque tamen hoc dandum est Lycurgo et concedendum, apud veteres Athenienses semper haec crimina fuisse capitalia: quin ipse Solon duo κλοπῆς genera distinxerat: de qua re vide Meier. et Schoemann. de Ord. Jud. p. 356. coll. p. 229. 485. et de ἱεροσυλίᾳ ib. p. 361.

θάνατον ἔταξεν se. ἐπιτίμιον. Cf. Demosth. adv. Lept. §. 135. ἐπὶ ᾧ τοῖς ἄλλοις θάνατον ζημίαν ἐπέξεισι. de fals. leg. §. 252. θάνατον ζημίαν ὑπομεμενηκέναι. Aeschin. in Tim. §. 87. προσκυνήσῃ; ἑκατέρῳ ζημίας; ἐκ τοῦ νόμου θάνατον. Rarius in similibus substantivo ζημία addunt articulum. V. Schaefer. app. ad Demosth. III. p. 254.

ἀπέκτειναν — ἐκόλαζον κτλ. Displicuit Corai atque Baitero repentina temporum mutatio: at res non est tanti. Infra ab imperfecto redit ad aoristum ἀλλ' — ἔφυσαν.

τὸν μὲν οἰκέτην ἀποκτείναντα ἀργυρίῳ ἐζημίουν. Etenim ei qui servum occiderat alienum, plerumque δίκην βλάβης videtur intendisse occisi dominus, quamquam etiam γραφῆ φόνου servi interfectorem persequi licebat. Cf. Meier. et Schoemann. de Ord. Jud. p. 477. 557. Heffter Ath. Gerichtsverf. p. 144. — Δίκην illam ad pretium servi recuperandum instituebant: γραφῇ φόνου caesi sanguinem ulciscebantur. Neque vero ipsa γραφῇ φόνου instituta effectum esse credidorim ut aliquid gravius in percussorem statueretur: nam aliud poenae genus ad eos pertinuisse videtur qui servum aut inquilinum occidissent, aliud ad eos qui civi Attico necem intulissent. Quamquam summorum virorum de hac re sententias inter se discrepare non nescius sum. Meier. et Schoem. de Ord. Jud. p. 308. Heffter Athen. Gerichtsverfass. p. 135. Wachsmuth Hell. Alterth. II. 1. p. 277. Ceterum in jure Attico non criminis tantum naturam sed etiam laesi personam respici certum est. Cf. Dem. in Mid. §. 47. ἐὰν δὲ ἀργυρίου τιμηθῇ τῆς ὕβρεως, δεδέσθω, ἐὰν ἐλεύθερον ὑβρίσῃ, μέχρι ἂν ἐκτίσῃ. — De structura verborum ἀργυρίῳ ἐζημίουν cf. Bernhardy. Synt. p. 103.

εἶργον τῶν νόμων. Codicis A scripturam εἶργον posthabui vulgatae εἴργον, memor eorum quae a Buttmanno de formis εἴργειν et εἴργειν disputata sunt gr. gr. II. p. 124 sq. coll. Matth. gr. gr. I. p. 458. Passov. lex. h. v. Quamquam infra quoque §. 112. bis contra legem a Buttmanno rogatam scriptum est εἰργθέντας, quam scripturam invitis codicibus mutare religioni habui. — Pro νόμων Taylorus conjecerat νομίμων, quod jure, mea quidem sententia, spreverunt Reiskius, Osannus, alii. Εἴργεσθαι τῶν νόμων occurrit in lege excitata

a Demosthene in Timocrat. §. 105. Compara dictionem τυγχάνειν τῶν νόμων, quam praebent Demosthenes adv. Leochar. §. 3. 28. in Aristogit. I. §. 81. Lycurgus §. 93. quos locos nonnulli corrigendos esse censuerunt. Conf. Schaefer. appar. ad Dem. IV. p. 235 sq. V. p. 139. Sed temerarium foret omnibus his locis manum emendatricem admovere. Defendendae vulgatae ea quoque jure a Blumio adhibentur, quae occurrunt in Demosthenis Midiana §. 92. ἀτιμία καὶ νόμων καὶ δικῶν καὶ πάντων στέρησις. — Rem de qua agit orator explicant verba Antiphontis de saltatore §. 3 sq. ἡγοῦμαι μέντοι γε καὶ ὑμῖν τοῖς δικαστῆς περὶ πολλοῦ εἶναι τὰς φονικὰς δίκας ὀρθῶς διαγινώσκειν —, ἀνάγκη γάρ, ἐὰν ὑμεῖς καταψηφίσησθε, καὶ μὴ ὄντα φονέα μηδ' ἔνοχον τῷ ἔνοχῳ χρήσασθαι τῇ δίκῃ καὶ νόμῳ εἴργεσθαι πόλεως, ἱερῶν, θυσιῶν, ἀγώνων, ἅπερ μέγιστα καὶ παλαιότατα τοῖς ἀνθρώποις. Etenim plerumque homicidae exsilio afficiebantur: pauci extremum supplicium patiebantur. Conf. Dem. in Mid. §. 43: οἱ φονικοὶ (νόμοι) τοὺς μὲν ἐκ προνοίας ἀποκτιννύντας θανάτῳ καὶ ἀειφυγίᾳ καὶ δημεύσει τῶν ὑπαρχόντων ζημιοῦσι, τοὺς δ' ἀκουσίως αἰδέσεως καὶ φιλανθρωπίας πολλῆς ἠξίωσαν. Capitis autem deminutio atque bonorum publicatio cum exsilio conjunctae non ad omnes homicidas sed ad eos tantum pertinebant qui sponte atque dolo malo hominem occidissent. Confer de poenis homicidarum Heffter Athen. Gerichtsverf. p. 133 sq.

ἐπὶ πᾶσι καὶ τοῖς ἐλαχίστοις παρανομήμασι θάνατον ὥρισαν εἶναι τὴν ζημίαν. De praepositionis ἐπὶ usu confer annot. ad §. 63. et de καὶ particula Hartung. de gr. l. partt. I. p. 145 sq. Ad formulam θάνατον εἶναι τὴν ζημίαν compara Dem. adv. Leptin. §. 167. τοῦτ' — θάνατος παρ' ὑμῶν ἐστὶν ἡ ζημία. de fals. leg. §. 126. ἅπερ τῶν τοιούτων ὁ νόμος θάνατον τὴν ζημίαν εἶναι κελεύει. §. 131. τὸν νόμον, ὃς θάνατον κελεύει τούτων τὴν ζημίαν εἶναι. §. 286. ἔγραψεν, ἄν τις ὡς Φίλιππον ὅπλα ἄγων ἁλῷ ἢ ἀκεύη τριηρικά, θάνατον εἶναι τὴν ζημίαν. Vid. Schaefer. appar. ad Dem. III. p. 254. Ceterum Draconis potissimum leges oratoris animo obversatas esse bene monuit Blumius: cf. Plutarch. Solon. p. 349. Reisk. μία γὰρ ἀλίγου δεῖν ἅπασιν ὥριζε τοῖς ἁμαρτάνουσι ζημία θάνατος.

§. 66. τὸ ἴδιον — τοῦ γεγενημένου πράγματος. Reiskius intellexit „statum privatum, quod causa esset non ad rempublicam, sed ad homines privatos pertinens:" quae ab hoc loco aliena sunt. Quid sit τὸ ἴδιον τ. γ. πρ. docent opposita εἰ πέφυκε κτλ. est *propria facinoris commissi natura atque ratio*, die Besonderheit des Faktums i. q. das Faktum als einzelnes.

τος ἡ ζημία, ἱεροσυλίᾳ κτλ. Aristotel. Problem. 29, 16. διὰ τί ἐπὶ μὲν κλοπῇ θάνατος ἡ ζημία; Neque tamen hoc dandum est Lycurgo et concedendum, apud veteres Athenienses semper haec crimina fuisse capitalia: quin ipse Solon duo κλοπῆς genera distinxerat: de qua re vide Meier. et Schoemann. de Ord. Jud. p. 356. coll. p. 229. 485. et de ἱεροσυλίᾳ ib. p. 361.

θάνατον ἔταξαν sc. ἐπιτίμιον. Cf. Demosth. adv. Lept. §. 135. ἐφ' ᾧ τοῖς ἄλλοις θάνατον ζημίαν ἐτάξατε. de fals. leg. §. 252. θάνατον ζημίαν ψηφισαμένων. Aeschin. in Tim. §. 87. προκειμένης ἑκατέρῳ ζημίας ἐκ τοῦ νόμου θανάτου. Rarius in similibus substantivo ζημία addunt articulum. V. Schaefer. app. ad Demosth. III. p. 254.

ἀπέκτειναν — ἐκόλαζον κτλ. Displicuit Corai atque Baitero repentina temporum mutatio: at res non est tanti. Infra ab imperfecto redit ad aoristum ἀλλ' — ὥρισαν.

τὸν μὲν οἰκέτην ἀποκτείναντα ἀργυρίῳ ἐζημίουν. Etenim ei qui servum occiderat alienum, plerumque δίκην βλάβης videtur intendisse occisi dominus, quamquam etiam γραφῇ φόνου servi interfectorem persequi licebat. Cf. Meier. et Schoemann. de Ord. Jud. p. 477. 557. Heffter Ath. Gerichtsverf. p. 144. — Δίκην illam ad pretium servi recuperandum instituebant: γραφῇ φόνου caesi sanguinem ulciscebantur. Neque vero ipsa γραφῇ φόνου instituta effectum esse crediderim ut aliquid gravius in percussorem statueretur: nam aliud poenae genus ad eos pertinuisse videtur qui servum aut inquilinum occidissent, aliud ad eos qui civi Attico necem intulissent. Quamquam summorum virorum de hac re sententias inter se discrepare non nescius sum. Meier. et Schoem. de Ord. Jud. p. 308. Heffter Athen. Gerichtsverfass. p. 135. Wachsmuth Hell. Alterth. II. 1. p. 277. Ceterum in jure Attico non criminis tantum naturam sed etiam laesi personam respici certum est. Cf. Dem. in Mid. §. 47. ἐὰν δὲ ἀργυρίου τιμηθῇ τῆς ὕβρεως, δεδέσθω, ἐὰν ἐλεύθερον ὑβρίσῃ, μέχρι ἂν ἐκτίσῃ. — De structura verborum ἀργυρίῳ ἐζημίουν cf. Bernhardy. Synt. p. 103.

εἶργον τῶν νόμων. Codicis A scripturam εἶρχον posthabui vulgatae εἶργον, memor eorum quae a Buttmanno de formis εἴργειν et εἴρχειν disputata sunt gr. gr. II. p. 124 sq. coll. Matth. gr. gr. I. p. 458. Passov. lex. h. v. Quamquam infra quoque §. 112. bis contra legem a Buttmanno rogatam scriptum est εἰρχθέντας, quam scripturam invitis codicibus mutare religioni habui. — Pro νόμων Taylorus conjecerat νομίμων, quod jure, mea quidem sententia, spreverunt Reiskius, Osannus, alii. Εἴργεσθαι τῶν νόμων occurrit in lege excitata

a Demosthene in Timocrat. §. 105. Compara dictionem τυγχάνειν τῶν νόμων, quam praebent Demosthenes adv. Leochar. §. 3. 28. in Aristogit. I. §. 81. Lycurgus §. 93. quos locos nonnulli corrigendos esse censuerunt. Conf. Schaefer. appar. ad Dem. IV. p. 235 sq. V. p. 139. Sed temerarium foret omnibus his locis manum emendatricem admovere. Defendendae vulgatae ea quoque jure a Blumio adhibentur, quae occurrunt in Demosthenis Midiana §. 92. ἀτιμία καὶ νόμων καὶ δικῶν καὶ πάντων στέρησις. — Rem de qua agit orator explicant verba Antiphontis de saltatore §. 3 sq. ἡγοῦμαι μέντοι γε καὶ ὑμῖν τοῖς δικαστῆς περὶ πολλοῦ εἶναι τὰς φονικὰς δίκας ὀρθῶς διαγινώσκειν —, ἀνάγκη γάρ, ἐὰν ὑμεῖς καταψηφίσησθε, καὶ μὴ ὄντα φονέα μηδ' ἔνοχον τῷ ἔρχῳ χρήσασθαι τῇ δίκῃ καὶ νόμῳ εἴργεσθαι πόλεως, ἱερῶν, θυσιῶν, ἀγώνων, ἅπερ μέγιστα καὶ παλαιότατα τοῖς ἀνθρώποις. Etenim plerumque homicidae exsilio afficiebantur: pauci extremum supplicium patiebantur. Conf. Dem. in Mid. §. 43: οἱ φονικοὶ (νόμοι) τοὺς μὲν ἐκ προνοίας ἀποκτιννύντας θανάτῳ καὶ ἀειφυγίᾳ καὶ δημεύσει τῶν ὑπαρχόντων ζημιοῦσι, τοὺς δ' ἀκουσίως αἰδέσεως καὶ φιλανθρωπίας πολλῆς ἠξίωσαν. Capitis antem deminutio atque bonorum publicatio cum exsilio conjunctae non ad omnes homicidas sed ad eos tantum pertinebant qui sponte atque dolo malo hominem occidissent. Confer de poenis homicidarum Heffter Athen. Gerichtsverf. p. 133 sq.

ἐπὶ πᾶσι καὶ τοῖς ἐλαχίστοις παρανομήμασι θάνατον ὥρισαν εἶναι τὴν ζημίαν. De praepositionis ἐπὶ usu confer annot. ad §. 63. et de καὶ particula Hartung. de gr. L. partt. I. p. 145 sq. Ad formulam θάνατον εἶναι τὴν ζημίαν compara Dem. adv. Leptin. §. 467. τοῖς — θάνατος παρ' ὑμῶν ἐστὶν ἡ ζημία de fals. leg. §. 126. ἐπὶ τῶν τοιούτων ὁ νόμος θάνατον τὴν ζημίαν εἶναι κελεύει. §. 131. τὸν νόμον, ὃς θάνατον κελεύει τούτων τὴν ζημίαν εἶναι. §. 286. ἔγραψεν, ἄν τις ὡς Φίλιππον ὅπλα ἄγων ἁλῷ ἢ ἀκεύῃ τριηρικά, θάνατον εἶναι τὴν ζημίαν. Vid. Schaefer. appar. ad Dem. III. p. 254. Ceterum Draconis potissimum leges oratoris animo obversatas esse bene monuit Blumius: cf. Plutarch. Solon. p. 349. Reisk. μία γὰρ ὀλίγου δεῖν ἅπασιν ὥριτο τοῖς ἁμαρτάνουσι ζημία θάνατος.

§. 66. τὸ ἴδιον — τοῦ γεγενημένου πράγματος. Reiskius intellexit „statum privatum, quod causa esset non ad rempublicam, sed ad homines privatos pertinens:" quae ab hoc loco aliena sunt. Quid sit τὸ ἴδιον τ. γ. πρ. docent opposita εἰ πέφυκε κτλ. est *propria facinoris commissi natura atque ratio*, die Besonderheit des Faktums i. q. das Faktum als einzelnes.

αὐτὸ ἐσκόπουν τοῦτο. Proxime in ejusmodi enuntiatis αὐτὸς accedit ad nominis μόνος notionem: cf. Dem. adv. Onetor. I. §. 28. αὐτῆς τῆς γῆς ἀμφισβητεῖν. adv. Lacrit. §. 2. πλείους δίκαι εἰσὶν ἑκάστοτε αὐτῶν τῶν Φασηλιτῶν ἢ τῶν ἄλλων ἁπάντων. Platon. de rep. II. p. 368. A. τεκμαίρομαι δὲ ἐκ τοῦ ἄλλου τοῦ ὑμετέρου τρόπου, ἐπεὶ κατά γε αὐτοὺς τοὺς λόγους ἡπίζουν ἂν ὑμῖν. Aristophan. Lysistr. 276.

ἀλλ αὐτὸ γὰρ μοι τῆς ὁδοῦ λοιπόν ἐστι χωρίον
τὸ πρὸς πόλιν, τὸ σιμόν.

Theocrit. X. 19.

τυφλὸς δ' οὐκ αὐτὸς ὁ Πλοῦτος,
ἀλλὰ καὶ ὡ 'φρόντιςος Ἔρως.

Conf. Matth. gr. gr. §. 468. p. 868. Notandum est in locis citatis pronomen praemissum esse substantivo, qua collocatione vis pronominis augetur: nam plerumque sequitur nomen ad quod refertur. Vid. Bernhardy. Synt. p. 288 sq.

εἰ πέφυκε — μέγα βλάπτειν. Creberrime verbum πεφυκέναι, i. e. natura ita comparatum esse ut — cum infinitivo copulant, velut Sophocl. Philoctet. 88. Thucyd. 2, 64. Isocr. de permut. §. 79. 264. Platon. Sympos. p. 195. B. etc. rarius interposita ὥςε particula, conf. Isocrat. de permut. §. 175. εἰ δὲ τοὐναντίον πέφυκεν (ἡ φιλοσοφία) ὥς' ὠφελεῖν καὶ βελτίους ποιεῖν τοὺς πλησιάζοντας κτλ. Frequentant etiam πεφυκέναι πρός τι vid. annot. ad §. 132. Viger. p. 321. Bernhardy. Synt. p. 363. — ἐπὶ πλεῖον ἔρχεσθαι est ulterius progredi, latius serpere. vid. Hogeveen. ad Viger. p. 628. Heindorf. ad Platon. Gorg. 17. et de similibus Krueger. ad Dionys. Historiogr. p. 86. Ceterum formarum πλείων et πλέων in oratorum Atticorum reliquiis obviarum usum illustravit diligentissimus Benseler. ad Isocrat. Areopagit. p. 238 sq. Exempla a viro docto congesta docent in neutro genere oratores πλέον plerumque praetulisse pleniori formae.

εἰς τὸ Μητρῷον ἐλθών. Leges atque psephismata Athenis servabantur in templo matris deorum, v. Schoem. de comitt. p. 129. 319 Meier. et Schoem. de Ord. Jud. p. 661., in quod etiam acta forensia relata esse videntur. Cf. Schneider. ad Xenoph. Memor. I. 1, 1. Meier. et Schoem. de Ord. Jud. p. 628. n. et 727. Neque tamen fides habenda est auctori argumenti II. or. Demosth. de coron. p. 199. ed. Bekk. narranti v. 25 sq. κελεύει γὰρ (ὁ νόμος) μηδέποτε ψευδῆ γράμματα εἰς τὸ Μητρῷον εἰσάγειν, ἔνθα ἐστὶν ὅλα τὰ δημόσια γράμματα. Nam et in singulorum magistratuum ἀρχεῖος leges servatas atque aliis locis expositas esse certum est. cf. Meier. et Schoem. de Ord. Jud. p. 170. et n. 15. Quo pertinent ἄξονες atque κύρβεις qui in acropoli erant expositi. Cf.

Harpocrat. ὁ κάτωθεν νόμος, lexicogr. vett. h. vv. Plutarch. vit. Solon. c. 25. Schol. in Aristoph. Nubb. 442. Both. Schol. Apollon. Rhod. 4, 280. Lys. in Nicomach. §. 17 sq. Aditus ad leges omnibus patebat ex quorum re erat consulere leges atque exscribere.

ἐξαλείψειεν. Cf. Dem. adv. Leptin. §. 35. εἰ χρὴ τοῦτον (τὸν νόμον) ἐξαλεῖψαι i. e. legem antiquare, tollere de medio. Proprie ἐξαλείφειν et ἀπαλείφειν designant *stilo verso delere*. v. Dem. de fals. leg. §. 159. ἀλλ' ἀναγκασθέντος ὑφ' ὑμῶν τοῦ Φιλοκράτους ταῦτα μὲν ἀπαλεῖψαι γράψαι δ' ἄντικρυς κτλ. Platon. de rep. III. p. 386. C. ἐξαλείψομεν ἄρα, ἦν δ' ἐγώ, ἀπὸ τοῦδε τοῦ ἔπους ἀρξάμενοι πάντα τὰ τοιαῦτα κτλ.

ὡς οὐδὲν παρὰ τοῦτον — ἐστίν. Vid. annot. ad §. 63. Perspicuum est τοῦτον respicere ad νόμον: quod Reiskium et alios qui τοῦτο in textum recipiendum esse crediderunt fugisse miror.

οὐκ ἂν ἀπεκτείνατ' αὐτόν; Praecedit optativus εἰ — ἐξαλείψειεν, ἀπολογοῖτο: ut a communi enuntiationum conditionalium ratione quae in apodosi quoque optativum infert, Lycurgus recesserit. Quae res Beckerum induxit ut Mori correctionem ἀποκτείναιτ' αὐτὸν in textum reciperet: at recte imperfecti et aoristi indicativum particulae ἂν adjectum cum optativo copulari nonnulla docent exempla apud scriptores obvia. Cf. Platon. Alcib. I. p. 111. E. Stallbaum. Xenoph. Cyrop. II. 1, 9. Poppo. Matth. gr. gr. §. 524. 3. Hartung. de gr. l. partt. p. 257 sq.

ἐγὼ μὲν οἶμαι δικαίως. Supple ἀπεκτείνατ' ἂν αὐτόν. Confer Antiphont. I. §. 25. πότερον δικαιότερον οἰκτεῖραι μᾶλλον τὸν τεθνεῶτα ἢ τὴν ἀποκτείνασαν; ἐγὼ μὲν οἶμαι τὸν τεθνεῶτα: et Demosth. in Mid. §. 115. ἆρ' ἄν, εἴγ' εἶχε στιγμὴν ἢ σκιὰν τούτων ὧν κατεσκεύαζε κατ' ἐμοῦ, ταῦτ' ἂν εἴασεν; ἐγὼ μὲν οὐκ οἶμαι. adv. Nausim. §. 12. ἔστιν οὖν οὕτω τις ἄτοπος, ὥσθ' — ἀποδοῦναι; ἐγῶ μὲν οὐκ οἴομαι. Lys. pro Evandro §. 7. τί προσδοκᾶτε —; ἆρ' ἂν ὀλίγα τοιαῦτα ἐν τῷ ἐνιαυτῷ διαπράξασθαι; ἐγὼ μὲν γὰρ οὐκ ἂν οἶμαι. Ceterum in ejusmodi sententiis, ubi μὲν particulae non subjicitur δὲ, proxime μὲν illius vis accedit ad γε particulae potestatem. Conf. ap. nostr. §. 67. ἐγὼ μὲν γὰρ ἡγοῦμαι —. Dem. de symmor. §. 12. ἐγὼ μὲν γὰρ οἴομαι. pro Megalopol. §. 14. ἐμοὶ μὲν γὰρ δοκεῖ τοὐναντίον. Vid. Hermann. ad Viger. p. 841 sq. Hartung. de gr. l. partt. II. p. 412 sq. Stallbaum. ad Platon. de rep. I. p. 334. C. Praemittuntur autem formulae ἐγὼ μὲν οἶμαι et ἐγὼ δὲ οἶμαι non obliquae tantum sed etiam rectae orationi. cf. Stallbaum. ad Platon. Gorg. p. 460. A. de rep.

buit orator, ut aditum sibi compararet ad demonstrativum illud dicendi genus quod quantopere gratum fuerit Isocratis discipulis vix dici potest.

οὕτως ἐςὶν ἀνόητος καὶ παντάπασιν ὑμῶν καταπεφρονηκώς. Est hoc consuetudinis oratorum ut legum, civium atque judicum contemtum exprobrent adversariis. Lys. in Eratosth. §. 84. τοσοῦτον δ' ὑμῶν καταπεφρόνηκεν. Aeschin. in Ctesiph. §. 103. τὸν ῥήτορα ἐξήλεγξα — παντελῶς καὶ ὑμῶν καὶ τῶν νόμων καταπεφρονηκότα. Dinarch. in Philocl. §. 3. νυνὶ δὲ ἀπολογησόμενος ἥκει ὡς οὐδὲν τούτων διαπέπρακται· τοσοῦτον τῆς ὑμετέρας ῥᾳθυμίας καταπεφρόνηκε. De verbi καταφρονεῖν structura v. Matthiae gr. gr. p. 695. et 696.

τὸ κάλλιςον — πρὸς τὸ αἴσχιςον συμβαλεῖν. Συμβάλλειν τι πρός τι idem valet quod παραβάλλειν τι πρός τι (Isocrat. de permut. §. 78.) et τιθέναι τι πρός τι (Isocrat. de permut. §. 158.) i. e. componere, conferre, comparare rem cum re.

§. 69. τίς δ' οὕτως ἢ φθονερός ἐστιν ἢ παντάπασιν ἀφιλότιμος, ὃς οὐκ ἂν εὔξαιτο κτλ. De verborum conformatione atque relativi pronominis post οὕτως illati usu cf. annot. ad §. 39. Φθονερὸς autem h. l. vocatur is qui quum laudi atque gloriae aliorum invideat famam virtutis eorum studet extenuare, ἀφιλότιμος, qui ipse parum gloriae studiosus est. Φθόνου notionem illustrabunt verba Demosthenis adv. Leptin. §. 141. λόγους ἐπιταφίους (ποιεῖσθε), ἐν οἷς κοσμεῖτε τὰ τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν ἔργα; καίτοι τοῦτ' ἐστὶ τὸ ἐπιτήδευμα ζηλούντων ἀρετήν, οὐ τοῖς ἐπὶ ταύτῃ τιμωμένοις φθονούντων. εἶτα μείζας δίδοτε ἐκ παντὸς τοῦ χρόνου δωρεὰς τοῖς τοὺς γυμνικοὺς νικῶσιν ἀγῶνας, τοὺς στεφανίτας καὶ οὐχ ὅτι τῇ φύσει τούτων ὀλίγοις μέτεστιν ἐφθονήσατε τοῖς ἔχουσιν, οὐδ' ἐλάττους ἐνείματε τὰς τιμὰς διὰ ταῦτα.

τὸν τόπον μετήλλαξαν. Confer annominationem quae occurrit ap. Aeschin. in Ctes. §. 78. οὐ γὰρ τὸν τρόπον ἀλλὰ τὸν τόπον μόνον μετήλλαξεν.

πρὸς τὸν ἐπιόντα κίνδυνον καλῶς βουλευσάμεμοι. Praepositio πρὸς in ejusmodi sententiis respondet Latinorum praepositionibus pro, ad, ex, ut βουλεύεσθαι πρός τι sit „consulere de aliqua re prout res, tempus, praesens usus exigat." conf. Thucyd. 7, 47. ἐβουλεύοντο πρός τε τὴν γεγενημένην ξυμφορὰν καὶ πρὸς τὴν παροῦσαν ἀῤῥωςίαν. Aeschin. de fals. leg. §. 165. πρὸς τὸ παρὸν τὰ βέλτιστα συμβουλεύειν. Vid. Matth. gr. gr. p. 1182.

§. 70. Ἐτεόνικος — καὶ Ἀδείμαντος — καὶ τὸ Αἰγινητῶν ναυτικόν. De Adimanti Corinthii ignavia consulendus est Herodotus qui et ad Artemisium eum de ca-

ssenda fuga cum reliquis Graecis deliberasse atque in proe-
ı ad Salaminem commisso turpiter fugisse perhibet. Hero-
ıt. VIII. 4. 94. Graecos autem ad Salaminem collectos bis
gae consilium iniisse idem Herodotus auctor est: quos The-
istocles primum argumentis atque minis a fuga capessenda
vocavit, post dolo atque strategemate elusit et ingratiis ad
pugnandum omnes coëgit. Herod. VIII. 56 — 76. Neque
men Eteonicus classi Lacedaemoniorum erat praefectus, ne-
ıe Aeginetae fugae se committendi consilium ceperunt. Cf.
erod. VIII. 59. 61. ubi Eurybiades Corinthiorum classi prae-
ctus commemoratur: cujus mentio facta est ab Isocrate
ınath. §. 31. — et Herod. VIII. 74. e quo loco discimus
ɔginetas cum Atheniensibus atque Megarensibus resistendi
nsilium iniisse. — Fieri autem potuit, id quod Coraës mo-
ıit, ut oratoris animo obversaretur Eteonicus ille, Lacedae-
ɔniorum dux, cujus mentionem facit Xenophon Hellen. 1,
26. — *Τὸ ναυτικὸν* copiae navales, quibus opponitur ple-
mque *ἡ πεζὴ ςρατιά, δύναμις*: quamquam displicet Thomae
ag. praeceptum p. 309. ed. Ritsch. *Πεζὴ σρατιὰ λέγε, ὡς
ημοσθένης καὶ πάντες καὶ μὴ πεζική, ὡς Θουκυδίδης ἐν
· στρατιᾷ ὥρμηνται καὶ ναυτικῇ καὶ πεζικῇ· ποιητικώτερον γὰρ
ῦτο κτλ.* Formam enim a Thoma poëtis assignatam haud
mel prosae orationis scriptores usurpant: velut Thucyd.
33. Xenoph. Cyrop. 2, 4, 18. Memor. 3, 6, 9. Dinarch. in
ıilocl. §. 10. quae Aeschini quoque restituenda esse videtur
Ctesiph. §. 85. *καὶ ναυσὶ καὶ πεζικῇ δυνάμει* (ubi Bekker.
ım codd. e k l edidit *πεζῇ*) et ib. §. 96.: *ἐκ δὲ τούτων τῶν
ıημάτων ὑπάρξειν καὶ ναυτικὴν καὶ πεζικὴν δύναμιν* (ubi Bek-
ɔrus cum codd. e l *πεζὴν* rescripsit.)

αὐτοῖς — πορίζεσθαι. Conf. annot. ad §. 42.

ἐν Σαλαμῖνι. Vid. annot. ad §. 16.

*μόνοι δὲ ἀμφοτέρων περιγεγόνασι — ὡς ἑκατέ-
ων προσῆκε.* Conf. Demosth. or. amator. §. 28. *ἀμφοτέ-
ων περιγενόμενος ὡς ἑκατέρων προσῆκε.* Ex Isocrate haec ex-
ressa sunt: v. Panegyr. §. 72. *ἀμφοτέρων κρατήσαντες ὡς ἑκα-
ίρων προσῆκε*: quae sententia etiam Aristidi placuit. Panath.
. 39. Vid. Morus ad Isocrat. Panegyr. c. 20. Coraës ad l. l.
[. p. 40. Schaefer. appar. ad Dem. V. p. 648. De infinitivo
ost *προσῆκε* e praecedenti verbo *περιγεγόνασι* supplendo conf.
ernhardy. Synt. p. 455.

μαχόμενοι νικῶντες. Cf. Andocid. de myster. §. 106.
ıκήσαντες μαχόμενοι.* Platon. Legg. I. p. 638. D. *νικῶντας μα-
ɔμένους*, pugnando vincentes. Participiorum autem absque
lla copula cumulatorum, ita ut alterum ex altero pendeat,
pud omnes omnino prosae orationis scriptores exempla ob-

via sunt. Conf. Antiph. de saltator. §. 49. Lys. in Andocid. §. 26. Dem. adv. Lept. §. 117. in Mid. §. 111. De quo genere exposuerunt viri docti ad Viger. p. 348. Matthiae gr. gr. p. 1099. Bernhardy. Synt. p. 473. Foertsch. obss. critt. in Lys. oratt. p. 42. Baiterus ad h. l.

ἆρά γε ὅμοιον τῷ φεύγοντι τὴν πατρίδα τεττάρων ἡμερῶν πλοῦν εἰς Ῥόδον; Ὅμοιον Blumius pro adverbio habet: immerito, mea quidem sententia. Est neutrum genus adjectivi quod omisso subjecto τοῦτο positum esse videtur, loquentis affectu respuente plenius dicendi genus: velut infra §. 108. καλά γε, ὦ ἄνδρες, καὶ χρήσιμα τοῖς βουλομένοις προσέχειν. Quod idioma tetigit Bernhardyus in Synt. p. 285. „Sieht das wohl ähnlich dem Fliehenden etc." Possis tamen cum Blumio ita explicare loci sententiam, ut verbum ἔποιησαν reticuisse oratorem ira commotum statuas. conf. Platon. Gorg. p. 518. E. καὶ σὺ νῦν — ὁμοιότατον τούτῳ ἐργάζει: ubi adjectivum substantivi locum tenet. Confer Euripid. Hippolyt. 278. θαυμαςὸν εἶπας. Platon. Sympos. p. 175. A. ἄτοπόν γ', ἔφη, λέγεις. Platon. Phaedr. p. 274. C. γελοῖον ἤρου. Plura suppeditabit Stallbaum. ad Platon. Sympos. p. 175. A. et Phaedr. p. 274. C. Ceterum verba ὅμοιον τῷ φεύγοντι ad comparationis breviloquentiam pertinent qua delectantur Graeci. Vid. Matth. gr. gr. §. 385. p. 706. — Duplex denique accusativus e verbo φεύγειν suspensus haud recedit a Graecorum consuetudine: vid. Bernhardy. Synt. p. 121 sq. Hartung über die Casus p. 59 sq. Alter accusativus locum a quo fugit, alter spatium quod fugiens emetitur designat. — Vix autem opus est monere, ironiae inservire particulas ἆρά γε quae universae sententiae praemissa sunt: frequentat has particulas Lycurgus cf. §. 119. ἆρά γε ὁμοίως ὑμῖν (δοκοῦσι) γινώσκειν; §. 123. ἆρά γε ὑμῖν δοκεῖ — πάτριον εἶναι Λεωκράτην μὴ ἀποκτεῖναι; Dem. de cor. §. 107. ἆρά γε μικρὰ βοηθῆσαι τοῖς πένησιν ὑμῶν δοκῶ —; de fals. de leg. §. 63. καὶ σκοπεῖτε τί πιςεύσαντες τί ἔπαθον. ἆρά γε ὅμοια ἢ παραπλήσια οἷς οὗτος ἀπήγγελλεν; Aristoph. Plut. 547. ἆρά γε πολλῶν ἀγαθῶν — ἀποφαίνω σ' αἴτιον εἶναι;

§. 71. ἦ που ταχέως ἂν κτλ. Haec quoque ironice dicta esse nemo non videt: contulit Baiterus Andocid. in Alcibiad. §. 27. ἦ που ταχέως ἐπέτρεψεν ἂν ἀνταγωνίζεσθαι ἑαυτῷ —. Jure autem signum interrogandi et post ἀριςείαν et post ἐκόλασαν sublatum est: simplici ἦπου quod infra posuit orator eadem vis inest quae h. l. formulae ἦπου ταχέως. Quod vidit Devarius de gr. l. partt. p. 96. ed. Klotz. Proprie enim particulis ἦ που conjecturae notio tribuenda est cum asseveratione conjunctae: nam ἦ semper est *profecto*, που autem ubi ςοχαςικῶς adhibetur rem non satis certam ac defi-

am esse indicat. Conf. Matth. gr. gr. p. 1212. Stallbaum. Platon. Lys. p. 207. D. Quamobrem et in asseveratione in interrogatione voci ἦπου locus est: nec in loquutione nice prolata positum ἦπου quidquam habet quod displiceat. iamquam ἦπου per se spectatum neque interrogativum est que ironiae speciem prae se fert. Verum ea plerumque ; enuntiationum ironice prolatarum ratio atque natura, ut ıtentiae acerbitas non in singulis verbis atque particulis releat sed e sententiarum nexu atque rerum quae aguntur mparatione cognoscatur. Quotus enim quisque est, qui in ıripideis Phoen. 627. χαρτὰ γοῦν πάσχω, τέκνον, per se speıtis dicti acerbitatem concitatumque matris affectum deprendat? Quamquam γοῦν illud quam vim exerceat neminem ɣiet qui totius diverbii Euripidei rationem expenderit. Cerum de particularum ἦπου ταχέως ἄν cumulatione conf. ger. p. 447. Schaefer. ad Gregor. Cor. p. 44. Hermann. de rtic. ἄν p. 43 sq. ταχέως ἄν idem valere quod τάχ' ἄν pericuum est.

ἀλλ' οὐκ ἄν κατέλευσαν. Ἀλλ' οὐκ in interrogatioıis atque ironicis sententiis, ut recte Blumius monuit, reondet Latinis *potius quam:* quam interpretationem admitnt hae particulae in aliis quoque enuntiationibus quae a rbis dicendi et cogitandi suspensae sunt. Germanice redderis: und nicht vielmehr. Ironia sublata sic constituas sentiam necesse est: οὐκ ἂν ἠνέσχοντο — ἀλλὰ κατέλευσάν ἄν λ. Confer Dem. in Mid. §. 209. ταχύ γ' ἄν χαρίσαιντο, οὐ ;; ἢ δεηθέντι τῷ τῶν πολλῶν προσχοῖεν ἀλλ' οὐκ ἂν εὐθέως τοιεν· τὸν δὲ βάσκανον κτλ. Isocrat. de permut. §. 229. τίις δὲ πώποθ' ἑωράκασιν — ἀναβαλλομένους — τὰς πονηρίας λ' οὐκ εὐθὺς τῇ φύσει — χρωμένους; ib. §. 251. ἔξιν ὅςις ἄν ὺς αἰτίους τοῦ πλούτου μέμψασθαι τολμήσειεν ἀλλ' οὐκ ἄν ὑτοὺς τοὺς ἐξαμαρτάνοντας κολάζειν ἀξιώσειεν; — ib. §. 60. θυμήθητε — εἰ δοκῶ τοῖς λόγοις διαφθείρειν τοὺς νεωτέρους λλὰ μὴ προτρέπειν ἐπ' ἀρετήν —, ἢ δικαίως ἄν δοῦναι δίκην — λ' οὐκ ἄν χάριν κομίσασθαι ib. §. 89. ὥσπερ — τοῦτο δέον ὑτὸν ἀποφαίνειν —, ἀλλ' οὐκ ἐκεῖνο μόνον διδάσκειν.

ἀριςείαν. Vocis notionem explicat Thom. Mag. v. ἱέρεια . 184. ed. Ritsch. τὸ μὲν ἀριςεία, ὃ δηλοῖ τὴν ἀνδραγαθίαν. — onf. Hesych. h. v.

Οὕτω γοῦν ἐφίλουν. Γοῦν et γὰρ particulae in hujusıodi enuntiationibus non idem valent: γὰρ enim in universum rei propositae causam atque rationem indicat, γοῦν adiberi solet ubi e singulis rebus atque exemplis rei propositae argumenta repetuntur. Cf. Lycurg. §. 86. 104. 132.

τὸν παρὰ Ξέρξου πρεσβευτὴν Ἀλέξανδρον κτλ.

Nomen πρεσβευτής, ut ἄγγελος et similia, saepenumero cum praepositionibus jungitur: quod breviloquentiae genus etiam a vernacula nostra non alienum est. Cf. Xenoph. 4, 5, 18, ὁ παρὰ τοῦ Κυαξάρους ἄγγελος. Dem. de cor. §. 77. οἱ παρ' ὑμῶν πρεσβευταί. Aeschin. de fals. leg. §. 61. τοὺς ἀπὸ τῶν Ἑλλήνων πρέσβεις conf. ib. §. 162. σὺν ταῖς ἀπὸ τῶν Ἑλλήνων πρεσβείαις ut jure ediderit Bekkerus ap. Aeschin. in Ctesiph. §. 63. τῷ κήρυκι τῷ ἀπὸ τοῦ Φιλίππου καὶ τοῖς πρέσβεσιν pro depravato ὑπό. ib. §. 100. ἑλέσθαι πρέσβεις εἰς Ἐρετρίαν. ib. §. 242. πρεσβευτὴς ὡς Κλεοπάτραν — χειροτονεῖται. De formis πρεσβευτὴς et πρέσβεις Thomas Mag. disputat p. 299. ed. Ritsch. Οἱ πρέσβεις inquit, καὶ τοὺς πρέσβεις ἐρεῖς, ὁ πρεσβευτὴς δὲ καὶ τὸν πρεσβευτήν. — ὥςε ἁμαρτάνει ὁ λέγων ἐπὶ πληθυντικοῦ πρεσβευταὶ καὶ πρεσβευτάς. οὐδεὶς γὰρ τῶν δοκίμων εἶπε τοῦτο. Eadem tradit Ammonius. Qui videntur errasse. Legimus in epistol. Phil. ap. Dem. de cor. §. 77. οἱ παρ' ὑμῶν πρεσβευταί, et in alia ejusdem regis epist. ib. §. 166. ἀκούσας τῶν πρεσβευτῶν: qui genitivus reperitur etiam apud Dinarch. in Demosth. §. 20. et in codd. k. r. s. ap. Dem. de fals. leg. §. 183. Alia dabit Wurm. in Commentar. in Dinarch. p. 196. Confer Ducker. ad Thucyd. 5, 4. De Alexandro, Amyntae filio, qui quum legatus a Mardonio Athenas missus esset, hortatus Athenienses, ut pacem cum Persarum rege componerent, responsum tulit haud indignum graeco nomine, vide Herodot. 8, 136—144. Harpocration. s. v. Ἀλέξανδρος. Dem. in Phil. II. §. 11. Herodotus autem non terram et aquam legatum poposcisse sed pacem ac foedus suasisse narrat: neque lapidationis mentionem facit. Quamquam in responso quod legato ab Atheniensibus datum est apud Herodotum haec verba leguntur (8, 143.) σὺ δὲ τοῦ λοιποῦ λόγους ἔχων τοιούσδε μὴ ἐπιφαίνεο Ἀθηναίοισι — οὐ γάρ σε βουλόμεθα οὐδὲν ἄχαρι πρὸς Ἀθηναίων παθέειν ἐόντα πρόξεινόν τε καὶ φίλον. Ceterum formula γῆν τε καὶ ὕδωρ ᾔτησε ex Herodoteis fluxit, cf. Herod. 4, 126. 5, 18. 6, 48. 7, 32. 131.

μικροῦ δεῖν κατέλευσαν. De loquendi formulis μικροῦ, ὀλίγου, πολλοῦ δεῖν vid. Hermann. ad Viger. p. 204. Legibus autem neque apud Athenienses neque apud reliquos Graecos hoc poenae genus, quod Lycurgus commemorat, constitutum erat in patriae proditores: quamquam nonnumquam factum est ut plebis ira, posthabita judiciorum auctoritate, armis quibuscumque contenta in viros criminibus obnoxios vel populo invisos animadverteret. Quae res mythicis potissimum temporibus assignanda est. Vide Wachsmuth. Hell. Alterth. II. 1, p. 437 sq. Ceterum de variis poenarum capitalium

neribus apud Athenienses receptis adeas Heffter. Athen. richtsvf. p. 453. Wachsmuth. Hellen. Alterth. II. 1, p. 187.

Ὅπου — ἦπου — οὐ μεγάλαις ἂν ζημίαις ἐκόλα-ν. Ironice haec dicta sunt; quamobrem neque interrondi signum ponendum, neque negatio tollenda est. Vid. pra in annot. ad vv. ἦπου ταχέως ἄν, et Saupp. ad h. l. epenumero autem post particulas εἰ et ὅπου in apodosi nitur ἦπου, sive sine ironia prolata sit enuntiatio subjecta 'e ironice dicta sit. Cf. Andocid. de myster. §. 86. ὅπου ν ἀγράφῳ νόμῳ οὐκ ἐξεστι χρήσασθαι, ἦπου ἀγράφῳ γε ψη-τματι παντάπασιν οὐ δεῖ γε χρήσασθαι. ib. §. 90. ὅπου τοί-ν αὐτοῖς τοῖς Τριάκοντα ὤμνυτε μὴ μνησικακήσειν —, ἦπου ολῇ τῶν γε ἄλλων πολιτῶν τινὶ ἠξιοῦτε μνησικακεῖν. Isocr. de ace §. 24. ὅπου γὰρ Ἀθηνόδωρος καὶ Καλλίστρατος — οἰκίσαι λεις οἷοί τε γεγόνασιν, ἦπου βουληθέντες ἡμεῖς πολλοὺς ἂν πους τοιούτους κατασχεῖν συνηθεῖμεν. de permut. §. 33. ὅπου ρ ὁ μηδ' ἀκηκοὼς μηδὲν πώποτε φλαῦρον εἰς ἀγῶνά με τη-τοῦτον κατέστησεν, ἦπου σφόδρ' ἂν οἱ κακῶς πεπονθότες ἐπει-ίντ' ἂν δίκην παρ' ἐμοῦ λαμβάνειν. ib. §. 70. ὅπου δὲ βασι-ς διαλεγόμενος ὑπὲρ τοῦ δήμου τοὺς λόγους ἐποιούμην, ἦπου ῖς ἐν δημοκρατίᾳ πολιτευομένοις σφόδρ' ἂν παρακελευσαίμην πλῆθος θεραπεύειν. ad Demon. §. 49. ὅπου γὰρ τοὺς τῷ λό-ν μόνον ψευδομένους ἀποδοκιμάζομεν, ἦπού γε τοὺς τῷ βίῳ ντὶ ἐλαττουμένους οὐ φαύλους εἶναι φήσομεν. — Frequentissimi autem usus est loquutio τιμωρίαν λαμβάνειν, poenas repere, vid. ap. nostr. §. 111. Isocr. de permut. §. 34. idem llet δίκην λαμβάνειν ap. nostr. §. 126. Isocr. de permut. §. 3. 19., quibuscum compares Demosth. adv. Boeot. de dote 55. παρ' ἐμοῦ ἐν ὑμῖν λαβεῖν τὸ δίκαιον i. q. jus suum retere.

§. 72. τοιαύταις χρώμενοι γνώμαις i. q. ap. Isocrat. Panegyr. §. 82. τοιαύταις διανοίαις χρώμενοι. Conf. Lycurg. §. 74.

ἐνενήκοντα μὲν ἔτη τῶν Ἑλλήνων ἡγεμόνες κατ-τησαν. Cod. A vitiosam praebet scripturam ἐννενήκοντα, nae saepissime genuinae scripturae ἐνενήκοντα locum usurvit: de quibus formis vide Buttmann. gr. gr. I. p. 283. ntenis ad Plutarch. Aristid. p. 38. — Taylorus hyperbolen atoriam h. l. obviam non ferens aequo animo pro ἐνενή-ντα reponendum esse censuit ἑβδομήκοντα: ceterorum enim rrationi Lycurgea repugnant. Conf. Lys. or. funebr. §. 55. βδομήκοντα μὲν ἔτη τῆς θαλάττης ἄρξαντες. Isocrat. Panath. 56. ἡμεῖς δὲ πέντε καὶ ἑξήκοντα (ἔτη) συνεχῶς κατέσχομεν τὴν ρχήν. Demosthen. in Phil. III. §. 23. καίτοι προσάται μὲν μεῖς ἑβδομήκοντα ἔτη καὶ τρία τῶν Ἑλλήνων ἐγένεσθε (477—

404) et similiter Aristid. Panath. p. 73. *Ἀθηναῖοι πλέον ἢ ἑβδομήκοντα ἔτη κατέσχον τὴν ἀρχήν.* Conf. Morum ad Isocr. Panegyr. (§. 103.) p. 80. ed. Spohn. Clinton. Fasti Hellen. p. 248 sq. Hermann. gr. Staatsalterth. §. 156. et quos citat. Equidem Lycurgo res gestas majorum exornanti atque grandioris dicendi generis quam fidei historicae studiosiori talia condonaverim. Ceterum de principatu Atheniensium nimiis eo laudibus ab Atticis scriptoribus elato dignus est quem adeas Müller. Doriens. I. p. 186.

Φοινίκην κτλ. Fortia Cimonis facta tangit orator, de quibus vide Diodor. XI. 60 sq. XII. 3 sq.

ἐπ' Εὐρυμέδοντι δὲ καὶ πεζομαχοῦντες καὶ ναυμαχοῦντες ἐνίκησαν. Cf. Harpocration v. *Εὐρυμέδων* qui nostri loci memor est. v. Thucyd. I. 100 sq. Ordo verborum *καὶ πεζομαχ. καὶ ναυμαχ.* quem Cod. A praebet, utique praeferendus est veteri scripturae *καὶ ναυμαχ. καὶ πεζομαχ.*: illum enim scriptorum usus videtur commendare, hunc respuere. Thucyd. 1, 100. *πεζομαχία καὶ ναυμαχία.* Isocr. de Pace §. 43. *καὶ μαχόμενοι καὶ ναυμαχοῦντες τοὺς βαρβάρους ἐνίκησαν.*

ἑκατὸν δὲ τριήρεις — αἰχμαλώτους ἔλαβον. Cum Lycurgo consentit Diodorus Sic. XII. 3.: Thucydides ad ducentas naves partim mersas partim captas esse perhibet I. 100, Plutarchus autem ducentas captas esse narrat. vit. Cimon. c. 12. Adjectivum *αἰχμάλωτος* de hominibus, urbibus, navibus usurpatur: cf. Isocrat. Paneg. §. 116. *πόλεις αἰχμάλωτοι γεγόνασιν.* Demosth. adv. Leptin. §. 77. *καὶ πεντήκοντα μιᾶς δεούσας ἔλαβεν αἰχμαλώτους τριήρεις.* cf. Plutarch. Cim. c. 12. Ceterum videndus Thom. Mag. p. 1. *Αἰχμάλωτον ποιῶ καὶ αἰχμάλωτος γίνομαι Ἀττικοὶ λέγουσιν· αἰχμαλωτίζω δὲ καὶ αἰχμαλωτίζομαι καὶ πάντες οἱ ἀπὸ τούτων χρόνοι ἀδόκιμοι παρ' αὐτοῖς*: quod verbum sequiori Graecitati assignandum est. Vid. Phrynich. p. 442. cum annot. Lobeck.

ἅπασαν δὲ τὴν Ἀσίαν κακῶς ποιοῦντες περιέπλευσαν. cf. §. 47. Obversata esse videntur Lycurgo Isocratis verba Panegyr. §. 119. *ἅπασαν δὲ τὴν Πελοπόννησον κακῶς ποιοῦντες περιέπλευσαν.* Bergmann. ad Isocrat. Areopag. §. 6. ap. Benseler. p. 115. Lycurgi locum excitans scribit: *ἅπασαν δὲ τ. Ἀσ. κακ. ποιοῦντες κατέπλευσαν.* Quo loco notetur, inquit, exquisita significatio verbi *καταπλέειν continua navigatione infestare, populari*, quo sensu de pedestribus copiis frequentissimum est *καταθέειν.* — Qui vir doctissimus unde hauserit illud *κατέπλευσαν* equidem conjectura non assequor.

§. 73. *Καὶ τὸ κεφάλαιον τῆς νίκης* i. q. quae summa est victoriae. Ex eo genere est haec dictio elliptica, quo

pertinent τὸ δὲ μέγιστον, τὸ δὲ δεινότατον, aliae. Conf. Schaefer. appar. ad Dem. II. 286. Bergmann et Benseler ad Isocr. Areopag. p. 174 sq. Matth. gr. gr. p. 805. Bernhardy. Synt. p. 327.

οὐ τὸ ἐν Σαλαμῖνι τρόπαιον ἀγαπήσαντες ἔσησαν i. e. non contenti erant victoria parta atque fuga hostium, sicut ii qui ad Salaminem dimicaverunt: neque enim illi aliuum fructum e victoria ceperunt quam hostium depulsionem atque tropaei erigendi facultatem. — Similiter Plutarchus (in vita Cimonis. c. 13.) Cimonis victoriam cum iis comparans quas Salamine atque Plataeis reportaverant Graeci, Κίμων δ', inquit, ὥσπερ ἀθλητὴς δεινός, ἡμέρᾳ μιᾷ δύο καθῃρηκὼς ἀγωνίσματα, καὶ τὸ μὲν ἐν Σαλαμῖνι πεζομαχίᾳ, τὸ δ' ἐν Πλαταιαῖς ναυμαχίᾳ παρεληλυθὼς τρόπαιον, ἐπηγωνίσατο ταῖς νίκαις. — Pro ἀγαπήσαντες ἔσησαν exspectaveris στήσαντες ἠγάπησαν: neque tamen Lycurgi verba a Graecorum usu videntur recedere. Multa enim verba quae plerumque cum participio copulantur interdum ipsa participii formam induunt: quod genus sunt λανθάνειν, φθάνειν. Conf. Matth. gr. gr. p. 1083. n. 1085. n. 1097 sq. — Accusativus autem ad utrumque verbum respicit. De temporum parallelismo h. l. obvio comparandi sunt Hermann. ad Viger. p. 774 sq. Schaefer. appar. ad Dem. II. p. 244. III. p. 432. Bernhardy. Synt. p. 383. — Τρόπαιον στῆσαι dictio usitatior est ea quam invenimus apud Aristophanem Lysistr. 302. θέσθαι τρόπαιον: structuras huc pertinentes illustrabunt exempla a Spohnio ad Isocr. Panegyr. p. 114. congesta. Confer Wolfium quoque ad Dem. Leptin. p. 296. ap. Schaefer. app. ad Dem. III. p. 180. Ceterum de accentu nominis τρόπαιον haec tradit Gregor. Cor. p. 20. ed. Schaef. τροπαῖον παρὰ Θουκυδίδῃ προπεριισπωμένως παρείληπται καὶ παρ' Ἀριστοφάνει ἐν Θεσμοφοριαζούσαις. Vid. Poppo prolegomen. ad. Thucyd. p. 214. interpp. ad Greg. Cor. l. l.

ὅρους τοῖς βαρβάροις πήξαντες. Eandem sententiam in Panegyr. §. 120. expressit Isocrates τὴν ἀρχὴν τὴν βασιλέως ὁρίζοντες — καὶ κωλύοντες αὐτὸν τῇ θαλάττῃ χρῆσθαι. Loquutionis ὅρους πηγνύναι propriam significationem illustrabunt Homerica Il. 21, 403. λίθον εἵλετο — μέλανα, τρηχύν τε, τόν ῥ' ἄνδρες πρότεροι θέσαν ἔμμεναι οὖρον ἀρούρης.

τοὺς εἰς τὴν ἐλευθερίαν κτλ. Εἰς saepenumero finem designat, rarius autem verbo carens substantiva copulat. Vide Bernhardy. Synt. p. 220.

μακρῷ μὲν πλοίῳ μὴ πλεῖν — Φασήλιδος. Celebratae hujus pacis, quam victo Artaxerxe Longimano cum Persa composuerunt Athenienses, conditiones enumerant Dio-

dorus Sicul. XII, 4. *αὐτονόμους εἶναι τὰς κατὰ τὴν Ἀσίαν Ἑλληνίδας πόλεις ἁπάσας, τοὺς δὲ τῶν Περσῶν σατράπας μὴ καταβαίνειν ἐπὶ θάλατταν κατωτέρω τριῶν ἡμερῶν ὁδὸν μηδὲ ναῦν μακρὰν πλεῖν ἐντὸς Φασήλιδος καὶ Κυανέων* et Plutarchus vit. Cimon. c. 13. *ὥςε συνθέσθαι τὴν περιβόητον εἰρήνην, ἵππου μὲν δρόμον ἀεὶ τῆς Ἑλληνικῆς ἀπέχειν θαλάσσης, ἔνδον δὲ Κυανέων καὶ Χελιδωνίων μακρᾷ νηῒ καὶ χαλκεμβόλῳ μὴ πλέειν.* Eadem tradunt oratores Isocrat. Panegyr. §. 118. Areopag. §. 80. Panath. §. 59. Demosth. de fals. leg. §. 273. Aristides Panath. p. 57. Versus septentrionem Cyaneas insulas prope ostium Ponti Euxini sitas, versus meridiem Chelidonias insulas atque urbem Phaselidem i. e. Lyciae fines terminos constitutos esse volunt: in terra continente Halyn fluvium regiae ditionis terminum fuisse perhibent. Conf. Morum ad Isocrat. Panegyr. in ed. Spohn. p. 93. Bergmann. ad Isocrat. Areopag. in ed. Benseler, p. 378 sq. Certum est oratores e quorum reliquiis hauserunt recentiores Graeci pro more suo auxisse atque exornasse et Cimonis et Graeciae gloriam: neque tamen in fabularum numero tota res reponenda esse videtur. Quamquam jure hoc sumere videntur viri docti *litteris has conditiones non fuisse consignatas:* vid. Meier de bon. damnator. p. 117 sq. Dahlmann, Forschungen auf dem Gebiet der Gesch. I. 1—148. Müller. Dorier I. p. 186. Verum indicasse videtur Callisthenes apud Plutarch. Cimon. vit. c. 13. *Καλλισθένης οὔ φησι ταῦτα συνθέσθαι τὸν βάρβαρον ἔργῳ δὲ ποιεῖν διὰ φόβον τῆς ἥττης ἐκείνης κτλ.* Conf. Wachsmuth. Hell. Alterth. I. 2, p. 116. — Ceterum jure h. l. pro depravata librorum scriptura *Φάσιδος* reposuisse editores *Φασήλιδος* loci scriptorum qui de hac pace egerunt inter se comparati docent. De accentu vocis *Φάσηλις* ambigitur: alii *Φάσηλις*, in qua prosodia plurimi atque summi ii auctores conspirant, alii *Φασηλίς*, alii *Φασῆλις* scribunt. Vid. Spohn. ad Isocr. Panegyr. p. 93. Osann. ad h. l.

§. 74. *Καίτοι οἴεσθε ἄν, — τούτων ἄν τι γενέσθαι.* cf. §. 57.

τοὺς κακοὺς μισεῖν τε καὶ κολάζειν. Vid. Cicero. de oratore I, 46. Conquirimus — eum virum — qui scelus fraudemque nocentis possit dicendo *subjicere odio civium supplicioque constringere.*

§. 75. *τίνα τρόπον νενομίκατε περὶ τούτων.* *Νομίζειν* non modo idem valet quod *νομοθετεῖν*, velut ap. Xenoph. Cyrop. 8, 8, 8. *νόμιμον — ἦν αὐτοῖς μήτε πτύειν μήτε ἀπομύττεσθαι. Δῆλον δὲ ὅτι ταῦτα οὐ τοῦ ἐν τῷ σώματι ὑγροῦ φειδόμενοι ἐνόμισαν κτλ.*, sed etiam de iis ponitur qui pro lege aliquid habent atque in morem perduxerunt. Cf. Xenoph.

Hier. 3, 3. μόνους γοῦν τοὺς μοίχους νομίζουσι — νηποινὰ (νηποινὶ) ἀποκτείνειν. Dem. adv. Macartat. §. 79. τὸ μνῆμα —, πολὺς τόπος περιβεβλημένος, ὥσπερ οἱ ἀρχαῖοι ἐνόμιζον. Lycurgum ad antiqua potissimum tempora respexisse quibus leges conditae sunt, sequentia docent: οἱ παλαιοὶ νόμοι κτλ.

πῶς ἔχετε ταῖς διανοίαις. De dativo vid. annot. ad §. 48. Ἔσχετε, quod Pinzgero in mentem venit ab hoc loco alienum esse patet: haec enim verba non ad praeterita tantum tempora respiciunt, sed in universum loquitur orator de animo quo cives antiquis moribus atque legibus adstrictos animatos esse consentaneum sit.

ὅμως καίπερ πρὸς εἰδότας διελθεῖν. Καίπερ vel sequente vel praecedente ὅμως cum participio solet construi. Isocrat. de permut. §. 272. ὅμως δὲ καίπερ οὕτω διακείμενος ἐπιχειρήσω διαλεχθῆναι περὶ αὐτῶν. Demosth. de cor. §. 53. ἵνα καίπερ εἰδὼς Αἰσχίνης ὅμως ἀκούσῃ. Dem. de cor. §. 145. καίπερ ἀθλίως καὶ κακῶς — πολεμούντων αὐτῷ ὅμως — μυρία ἔπασχε κακά. Aeschyl. Theb. 709. πιθοῦ γυναιξὶ καίπερ οὐ φέρουσιν ὅμως. Eurip. Or. 679. κἀγὼ σ' ἱκνοῦμαι καὶ γυνή περ οὖσ' ὅμως. Vid. Zeune ad Viger. p. 428. Quamquam ὅμως in ejusmodi sententiis minime necessarium est. Xenoph. Anab. 1, 1, 10. καὶ τότε προσεκύνησαν καίπερ εἰδότες ὅτι ἐπὶ θανάτῳ ἴοιτο.

Ἐγκώμιον. Quid differat inter ἐγκώμιον et ἔπαινος docet Thomas Mag. p. 205. ed. Ritsch. ὁ μὲν ἔπαινος ἐν βραχεῖ λόγῳ, τὸ δὲ ἐγκώμιον καὶ ἐπὶ τοῦ ἁπλῶς βραχέος λόγου ἐγκώμιον ἔχοντος λέγεται καὶ ἐπὶ τοῦ κατὰ τέχνην ἐγκωμιαστικοῦ λόγου, quod discrimen rhetorum potissimum scholis assignandum est. Vid. Ernesti lex. technol. rhett. gr. p. 92.

τῶν ἐξ ἀρχῆς ταῦτα κατασκευασάντων. Ταῦτα eodem respicit quo id quod supra dictum est, περὶ τούτων: intelligas ea quae ad patriam defendendam atque civium pro patria armis decertantium officium pertinent. Κατασκευάζειν autem in genere est: apparare, instruere, instituere atque ordinare. Itaque legislator, ut Isocrates loquitur, (de permut. §. 232.) ἐνομοθέτησε καὶ τὰ πράγματα διέταξε καὶ τὴν πόλιν κατεσκεύασεν. Xenoph. de rep. Lacedaem. 5, 1. ἃ μὲν οὖν πάσῃ ἡλικίᾳ ἐνομοθέτησεν ὁ Λυκοῦργος ἐπιτηδεύματα σχεδὸν ἔρρηται· οἷαν δὲ καὶ πᾶσι δίαιταν κατεσκεύασε νῦν πειράσομαι διηγεῖσθαι.

σεμνοὶ venerandi propter morum gravitatem.

§. 76. ἐπειδὰν εἰς τὸ ληξιαρχικὸν γραμματεῖον ἐγγραφῶσι. Ν ἐφελκυστικὸν quod h. l. plurimi codices addunt tertiae verbi personae, ut infra A° praebet ἐπιώρκηκεν καὶ — non prorsus spernendum esse videtur. Cf. Bekker.

Anecdd. vol. III. p. 1400. Ἰστέον ὅτι οἱ Ἀττικοὶ πάντα τὰ ἑνικά τε καὶ πληθυντικὰ τρίτα πρόσωπα τῶν ῥημάτων καὶ τὰς τῶν ὀνομάτων δοτικὰς τῶν πληθυντικῶν, συμφώνου καὶ φωνήεντος ἐπιφερομένου, μετὰ τοῦ ν γράφουσιν, ὡς ἔστι σαφῶς συμβαλεῖν ταῖς τοῖς πάλαι σοφοῖς πεπονημέναις ἐντυγχάνοντα βίβλοις. Confer de Isocratis usu Benseler. ad Isocr. Areopag. p. 185 sq. Poppo de elocut. Thucyd. I. p. 444 sq. Buttmann. gr. gr. I. p. 92 sq. De re conferendi sunt Boeckh. de ephebia Attica in Indd. lectt. Berol. aest. 1819. Schoemann. de comitt. p. 76 sq. Platner Beiträge etc. p. 172 sq. Wachsmuth. Hellen. Alterth. I. 1, p. 252. Hermann. Staatsalterth. p. 230 sq. Juvenes octodecim annos nati in curialium album inscribebantur atque in concione hasta et scuto donabantur. Quo ritu peracto in Agrauli templo jurejurando illo sese obstringebant, quod h. l. Lycurgus commemorat. — Nomen albi veteres grammatici ductum esse volunt a τῷ τῶν λήξεων ἄρχειν i. q. τὰ πατρῷα οἰκονομεῖν, rei familiaris curam gerere, patrimonii dominum esse: nam λῆξις est ἡ πατρῷα κληρονομία, ὁ κλῆρος, ἡ οὐσία. Vid. Schoemann. de comitt. p. 379. et quos cital. Adde Harpocrat. v. ληξ. γρ. et schol. in Lucian. Jov. Tragoed. c. 26. Alii ad τὸ λαχεῖν τὰς ἀρχὰς illud nomen pertinere contendunt v. Hermann. l. l. Novos autem demotas lexiarchicis tabulis inscribi solitos fuisse in conventibus magistratuum creandorum s. ἐν ἀρχαιρεσίαις Schoemannus docuit in commentariis ad Isaeum p. 369.

καὶ ἔφηβοι γένωνται. Conf. Dem. de fals. leg. § 303. τίς ὁ — ἀναγιγνώσκων — τὸν ἐν τῷ τῆς Ἀγλαύρου τῶν ἐφήβων ὅρκον. Eandem rem designant formulae δοκιμασθῆναι, εἰς ἄνδρας δοκιμασθῆναι, ἄνδρα γίγεσθαι conf. Meier. et Schoem. de Ord. Jud. p. 408. Hermann. Staatsalterth. p. 232. n. 12 Bergmann. ad Isocr. Areopag. in ed. Benseler. p. 237. Et qui hoc loco ἔφηβοι nominantur iidem et περίπολοι ἔφηβοι numerantur, vid. Polluc. VIII. 106., quia in περιπόλων numero per biennium in finibus patriae stipendia faciebant. — Jurisjurandi quo sese obstringebant novi cives formulam memoriae tradiderunt Pollux. l. l. et Stobaeus Serm. XLI, 141. quae secundum Stobaeum his verbis erat concepta:

Οὐ καταισχυνῶ ὅπλα τὰ ἱερά, οὐδ' ἐγκαταλείψω τὸν παραστάτην ὅτῳ ἂν στοιχήσω· ἀμυνῶ δὲ καὶ ὑπὲρ ἱερῶν καὶ ὑπὲρ ὁσίων καὶ μόνος καὶ μετὰ πολλῶν· τὴν πατρίδα δὲ οὐκ ἐλάσσω παραδώσω, πλείω δὲ καὶ ἀρείω ὅσην ἂν παραδέξωμαι· καὶ εὐηκοήσω τῶν ἀεὶ κρινόντων ἐμφρόνως καὶ τοῖς θεσμοῖς τοῖς ἱδρυμένοις πείσομαι καὶ οὕστινας ἂν ἄλλους τὸ πλῆθος ἱδρύσηται ὁμοφρόνως· καὶ ἄν τις ἀναιρῇ τοὺς θεσμοὺς ἢ μὴ πείθηται, οὐκ ἐπιτρέψω, ἀμυνῶ δὲ καὶ μόνος καὶ μετὰ πάντων· καὶ ἱερὰ τὰ πάτρια

τιμήσω. Ἵστορες θεοὶ τούτων (Pollux. ἵστορες θεοὶ Ἄγραυλος, Ἐνυάλιος, Ζεύς, Θαλλώ, Αὐξώ, Ἡγεμόνη.) Cf. de hoc juramento Schoemann. de comitiis p. 331 sq. Baehr. ad Plutarch. Alcibiad. c. 15. Ipsam formulam Heinrichius, Baiterus et Sauppius infra §. 77. in textum receperunt.

τὰ ἱερὰ ὅπλα. Articulum jure ex optimo A in textum susceperunt recentiores editores: intellige hastam et scutum quibus publice donati erant tirones.

καταισχυνεῖν — λείψειν, ἀμυνεῖν — παραδώσειν. Infinitivos praesentis temporis καταισχύνειν — ἀμύνειν quos tenent et codices et veteres editiones Bernhardyus defendit Synt. p. 371. Verum quum eadem sit ratio infinitivorum καταισχυνεῖν, λείψειν, ἀμυνεῖν, transitus a praesenti ad futurum atque a futuro ad praesens tempus habet quod displicuit. Quamquam neutrum illorum per se spectatum potest ejici: sed alterum alteri officit. — Similiter saepenumero a librariis peccatum est: vide Demosth. adv. Leptin. §. 118. ὀμωμοκότες — δικάσειν — καὶ — κρινεῖν, ubi ante Reiskium vulgabatur κρίνειν, quod tenent codd. Υ Ω s t, et Aesch. in Ctesiph. §. 109. ὤμοσαν — μήτ' αὐτοὶ τὴν ἱερὰν γῆν ἐργάσεσθαι (ἐργάσασθαι codd. a f g h m n ἐργάζεσθαι e k l) μήτ' ἄλλῳ πιτρέψειν (ἐπιτρέπειν e k l) ἀλλὰ βοηθήσειν. — Ceterum structuram ἀμύνειν τινὶ praeeunte Homero Attici scriptores receperunt, velut Aristophanes Equitt. 533.

ἡμεῖς δ' ἀξιοῦμεν τῇ πόλει
προῖκα γενναίως ἀμύνειν καὶ θεοῖς ἐγχωρίοις.

v. 739. εἴ πού τις ἀνὴρ ἐφάνη τῷ δήμῳ μᾶλλον ἀμύνων.

ἀμείνω παραδώσειν. Respiciunt haec verba ad ea: ἣν πατρίδα δὲ οὐκ ἐλάσσω παραδώσω, πλείω δὲ καὶ ἀρείω ὅσην ἐν παραδέξωμαι: quo pertinere videntur ea quae Plutarchus dit. Alcibiad. c. 15. tradit: ὀμνύουσι γὰρ ὅροις χρήσεσθαι τῆς ἀττικῆς, πυροῖς, κριθαῖς, ἀμπέλοις, ἐλαίαις· οἰκεῖαν ποιεῖσθαι διασκόμενοι τὴν ἥμερον καὶ καρποφόρον. Quae verba inter se comparata docent non armis modo potentiorem se reddituros esse patriam jurasse tirones sed etiam pacis artibus atque agri cultura. Vid. Wachsmuth. Hell. Alterth. I. 1, p. 253.

ἐπιώρκηκε. Ἐπιορκεῖν plerumque est *pejerare:* quamquam apud veteres Atticos etiam pro ὀμνύναι adhibetur. Vide Colonis legem ap. Lys. in Theomnest. §. 17. Harpocrat. v. ἐπιορκήσαντα.

εἰς τὸ θεῖον ἠσέβησεν. Veterum editionum scriptura ἠσέβηκεν propter verbi praecedentis formam ἠδίκηκεν reduxerunt Baiterus et Sauppius: neque tamen transitus a perfecto ad aoristum debebat offendere viros doctos. Cf. Sophocl. Philoct. 928. ὦ πῦρ σύ, — οἷά μ' εἰργάσω, οἷ' ἠπάτη-

κας. Vid. Matth. gr. gr. §. 497. not. Bernhardy. Synt. p. 379. Rost. gr. gr. p. 571. ed. 4., annot. nostr. ad §. 5. p. 81. Verbum ἀσεβεῖν copulatur cum praepositionibus εἰς, περὶ, πρὸς quartum casum assumentibus, quae etiam verbo εὐσεβεῖν et adjectivis εὐσεβὴς et ἀσεβὴς adjici solent. Vid. Valckenar. ad Euripid. Phoeniss. v. 1331. Bremi. ad Aeschin. in Ctesiph. §. 118. Quamquam non abhorret a Graecorum consuetudine structura ἀσεβεῖν τινά. cf. Lys. orat. funebr. §. 7. τοὺς ἄνω θεοὺς ἀσεβεῖσθαι. Vid. annot. ad §. 129.

εὐθὺς δῆλός ἐστι παρασκευασάμενος οὐδὲν ποιήσειν τῶν δεόντων. Vulgatae παρεσκευασμένος cum Blumio, Baitero et Sauppio praetuli codicis A scripturam παρασκευασάμενος, quam tuetur quodammodo etiam depravata nonnullorum codicum lectio παρασκευασμένος. Etenim orator ipsum illud consilium notat quod ineunte adolescentia ceperit Leocrates, non in universum mores atque ingenium hominis perstringit: id quod sententiarum nexus docet. Itaque εὐθὺς cum παρασκευασάμενος jungatur necesse est. Ceterum εὐθὺς in Atticorum sermone de tempore (statim), εὐθὺ de loco (recta) adhiberi cum Phrynicho p. 144. Lob. recte statuunt viri docti. Conf. Stallbaum. ad Platon. Gorg. p. 525. A. — Τὸ δέον ποιεῖν Xenoph. Cyrop. II. 4, 4. et τὰ δέοντα ποιεῖν designat *officio fungi, offiicium suum praestare: τὰ δέοντα πράττειν* autem plerumque est *utile quid agere.* Vide Benselm. ad Isocrat. Areopag. p. 144.

δικαίως ἂν αὐτὸν — τιμωρήσεσθε. Quod veteres editiones tenent τιμωρήσησθε soloecum esse nemo non videt: neque tamen possum quin viris doctis adverser qui τιμωρήσαισθε rescribendum esse censuerunt. Quod etsi usitatissimum est in ejusmodi enuntiationibus, non ita necessarium esse videtur ut codicum auctoritas τιμωρήσοισθε et τιμωρήσεσθε praebentium prorsus contemnenda atque pro nihilo putanda sit. Equidem ne vis fieret codicibus, indicativum quem optimus cod. A obtulit cum Blumio restituendum esse opinatus sum: quem futuri modum ἄν particulae adjectum saepenumero librariorum culpa in optativum abiisse certum est, cf. Platon. Apolog. p. 29. C. Platon. de rep. X. p. 615. D., ut dubium non sit, quin optativus quem codices BLPZ suppeditant, correctori nescio cui debeatur. Exempla autem hujus structurae magna codicum consensione firmata dabunt Schaeferus ad Gregor. Cor. p. 66. et quos laudavit, Hermann. de part. ἄν I. 8. Werfer. in Actt. Philol. Monacc. T. I. P. 1. p. 103. P. II. p. 248. ib. p. 252. Matth. gr. gr. §. 599. p. 1199. Reisig. de vi et usu ἂν particulae p. 100. Rost. gr. gr. p. 602. ed. IV. Hartung, de gr. lingu. partt. II. p. 275 sq.

imprimis p. 282 sq. Quem particulae ἄν in ejusmodi sententiis usum etsi alii aliter student explanare, jure contendere mihi videor, hujus idiomatis vestigia diligenter persequenda potius quam delenda esse. Quamquam, ut dicam quod sentio, artificiosa hujus usus interpretatione supersedendum esse crediderim: quid enim obstat quominus dicas per causarum quandam cohaerentiam aliquid futurum esse? Lycurgeum locum germanice explicaverim: wofür ihr ihn, wenn ihr ihn bestrafet (ich weifs aber nicht ob ihr ihn bestrafen werdet), mit Recht bestrafen werdet (Ausdruck der Gewifsheit). Confer locum similem Dinarchi in Demosthenem §. 108. ubi codicibus invitis Bekkerus reposuit ἐλεήσαιτε: πολὺ γὰρ ἂν δικαιότερον ἐλεήσετε τὴν χώραν ἣν οὗτος καθίζησιν εἰς τοὺς κινδύνους.

§. 77. Παρὰ τοῦτον — ἅπαντα πεποίηκε i. e. contra universum hoc juramentum et singulas ejus partes fecit: ποιεῖν παρά τι usitata est dictio.

τίνα δ' ἂν τρόπον ὅπλα καταισχύνειέ τις μᾶλλον ἢ εἰ λαβεῖν μὴ θέλει. — Scripturam θέλει Bekkerus posthabuit vulgatae θέλοι, nimium, ut videtur, tribuens enuntiationum concinnitati. Conf. Xenoph. Cyrop. 5, 3, 5. εἰ βούλεται ὁ βασιλεὺς — κἂν αὐτὸς σὺν ἐκείνῳ μάχοιτο. Sophocl. Oed. R. 692. ἴσθι δὲ παραφόνιμον — πεφάνθαι μ' ἄν, εἴ σε νοσφίζομαι. Vid. Bernhardy. Synt. p. 386. Naegelsbach. in annot. ad Hom. Il. excurs. VII. p. 236. — Formam θέλειν Lycurgus h. l. posuit antecedente vocali, at infra consonantes excipit forma ἐθέλειν §. 104. 107. 132. consonante enim praecedente oratores solent adhibere pleniorem formam, quam rarius ponunt post vocalem. Vide Benseler. ad Isocrat. Areopag. p. 257 sq.

§. 78. ὑπὲρ ὁσίων καὶ ἱερῶν. Complectuntur his verbis ea omnia, sacra atque profana, quorum inter omnes ejusdem reipublicae cives communio est. Vid. Sluiter. Lectt. And. p. 176 sq. Schoemann. de comitt. p. 297 sq. Bergmann. ad Isocr. Areopag. ap. Benseler. p. 338 sq.

τίνι δ' ἂν τὴν πατρίδα παρέδωκε μείζονα [προδοσίᾳ]; τὸ γὰρ τούτου μέρος ἐκλελειμμένη τοῖς πολεμίοις ὑποχείριός ἐστιν. Wesselingio praeeunte vulgatam προὔδωκε μείζονι προδοσίᾳ; commutavimus cum verbis παρέδωκε μείζονα [προδοσίᾳ]; Neque enim dubium est quin orator comparet Leocratis facinus cum singulis jurisjurandi partibus quae supra §. 76. indicatae sunt. Itaque haec verba respondeant necesse est illis καὶ ἀμείνω παραδώσειν. Vocem προδοσίᾳ autem, tamquam a docto quodam viro qui non habuit quo referret depravatum προὔδωκε μείζονι assutam, cum Voigtlaendero atque Baitero seclusi. Sententiam oratoris hanc esse

censeo: Cui majorem patriam tradidisset is qui quantum in se fuit desertam eam hostibus tradidit? — Vulgatae patrocinium suscepit Pinzgerus: quam sic interpretatus est: Wie hätte er das Vaterland mehr verrathen können? Verum ut juro sumatur, non respici hoc loco illa juramenti verba, nego haec apte cohaerere atque congruere cum iis quae instant. Atrox enim et crudele et inauditum facinus commemoraturum esse oratorem verba *τίνι — προύδωκε μείζονι προδοσίᾳ*; declarant: quam exspectationem decipiunt atque frustrantur ea ipsa quae sequuntur. Nemo enim est quin videat, in omnes omnino patriae desertores cadere haec *τὸ γὰρ τούτου μέρος — ὑποχείριός ἐστιν*: quorum longe alia vis erit quam admiserimus Wesselingii emendationem. Namque verba *μείζονα παρέδωκε* opposita sunt verbis *ἐκλελειμμένη — ὑποχείριός ἐστιν*: non modo non majorem atque potentiorem reddidit patriam sed plane ad nihilum redegit. Ceterum quod Pinzgerus contendit oratorem non potuisse respicere hanc jurisjurandi partem, *τὴν πατρίδα δὲ οὐκ ἐλάσσω παραδώσω πλείω δὲ καὶ ἀρείω*, quae ad civem pertineat hereditatis instar patriam potentiorem posteris relinquentem atque ad mortuum non ad vivum spectet, haud attendisse videtur interpres ad *ἂν* particulam verbo *παρέδωκεν* adjectam qua indicatur e conditione haec apta esse sc. *εἰ ἀπέθανε*. Atque, ne quid sciens praeteriisse videar, si quis parum apte oratorem adjectivum *μείζονα* in vocabuli *πλείω* (cf. §. 76.) locum substituisse credat, expendat velim neutrum inesse juramenti formulae quae horum loco *πλείω δὲ καὶ ἀρείω* praebet: quamquam utrumque jurisjurandi sententia admittit. — Dativus *προδοσίᾳ* autem nullo modo defendi posse videtur: etenim neque haec sententia apta est: „Cui majorem tradidisset patriam *proditione?*" neque Sauppii interpretatio arridet: „*Quanam* vero *re* patriam majorem tradidisset? *num proditione?* nimirum patriam desertam hostibus tradidit." neque Wesselingii ratio *προδοσίᾳ γὰρ* scribentis atque arctissime cum iis quae instant copulantis temeritatis crimen effugere potest.

τίνας οὖν τιμωρήσεσθε; τοὺς ἕν τι τούτων ἡμαρτηκότας; Signum interrogationis cum Heinrichio post *τιμωρήσεσθε* inserendum esse duxi: quo omisso sententia „in quemnam igitur hominem uni horum criminum obnoxium animadvertetis?" excludere videtur ea quae in eundum sensum dicta sunt *ῥᾴδιον ἔξαι παρ' ὑμῖν ἄρα κτλ.* Quamquam per se spectata enuntiatio *τίνας οὖν τιμωρήσεσθε τοὺς — ἡμαρτηκότας*; minime videtur recedere a Graecorum consuetudine, articulum pronomini interrogativo haud semel jungentium: ut admittat interpretationem *τίνες οὖν εἰσὶ οἱ ἕν τι τούτων ἡμαρ-*

τιμώτες· αὖς τιμωρήσεσθε; Conf. Matth. gr. gr. §. 265. not. Bernhardy. Synt. p. 325. Jacobitz. ad Lucian. Toxar. c. IV. p. 7.

ῥᾴδιον ἔςαι παρ' ὑμῖν ἄρα. — De particula ἄρα vid. §. 27. quae saepenumero longius ab enuntiationis principio remota invenitur. Conf. Stallbaum. ad Platon. Protagor. p. 355. B. et quos laudat.

§. 79. Καὶ μὴν — καὶ τοῦθ' ὑμᾶς δεῖ μαθεῖν κτλ. Καὶ μὴν καὶ Thurotus male reddit *cependant*, Pinzger aber auch. Verum καὶ μὴν καὶ particulae non modo copulant enuntiationes sed indicant a minoribus ascendi ad majora: Ja auch das müfst ihr einsehen. Vid. Hartung. de gr. l. partt. II. p. 379. et 382. — τὸ συνέχον τὴν δημοκρατίαν. Contulit Sauppius locum Andocidis de myster. §. 9. ψηφίζεσθαι κατὰ τοὺς ὅρκους ὅπερ καὶ συνέχει μόνον τὴν πόλιν. συνέχειν est *continere*, zusammenhalten, sc. ne dilabatur. Conf. Demosth. de fals. leg. §. 298. καὶ τὴν πόλιν συνέχειν φησὶν ἡ μαντεία, ὅπως ἂν μίαν γνώμην ἔχωσιν ἅπαντες. in Timocrat. §. 2. ἃ δοκεῖ συνέχειν τὴν πολιτείαν, τὰ δικαςήρια.

ὁ ἄρχων magistratus in genere. Aristotel. Polit. 15. μάλιςα δ' ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν ἀρχὰς λεκτέον ταύτας, ὅσαις ἀποδέδοται βουλεύεσθαί τε περὶ τινῶν καὶ κρῖναι καὶ ἐπιτάξαι καὶ μάλιςα τοῦτο· τὸ γὰρ ἐπιτάττειν ἀρχικώτερόν ἐστι. Vid. Schoemann. de comitt. p. 307 sq. Hermann. dissert. de jure et auctor. magg. apud. Athenienses p. 33 sq.

ἕκαςος ταύτην πίςιν δίδωσιν. Codicis A scripturam cum Bekkero dedimus, ut infra §. 80. Cf. Lys. in Poliuch. de bon. publicandis. §. 19. ταύτην ὑμῖν οἴονται διδόναι πίςιν τῆς αὑτῶν εὐνοίας. Articulus enim omittitur quando pronomen subjecti instar est et substantivum praedicati notionem continet. De quo genere exposuerunt Reisig. conjectan. in Aristoph. p. 177 sq. Stallbaum. ad Plat. Apolog. Socr. p. 18. A. Gorg. p. 510. D. Protagor. p. 341. E. et passim. Bremi. excurs. II. ad Lys. oratt. Bernhardy. Synt. p. 319. Rost. gr. gr. p. 450. ed. IV. — Πίςις autem de quovis veritatis atque fidei pignore, imprimis de jure jurando interposito adhibetur. Cf. Isocrat. Trapezit. §. 44. ἡγούμενος πίςιν ἔχειν ἱκανὴν τὸ χρυσίον. — Frequentissimi usus est dictio πίςιν s. πίςεις διδόναι conf. Bremi. ad Isocrat. Archidam. §. 20. eodem pertinet πίςεις ποιεῖσθαι Thucyd. 4, 51. Xenoph. Hellen. 1, 3, 4. et 12. Ceterum de juramento magistratuum confer Petit. legg. Attic. III. 3., de judicum jurejurando Meier. et Schoemann. de Ord. Jud. p. 128 sq. Wachsmuth. Hell. Alterth. I. 1, p. 260. Hermann. gr. Staatsalterth. p. 249. de civium jurejurando ap. nostr. §. 76.

τοὺς μὲν γὰρ ἀνθρώπους πολλοὶ ἤδη ἐξαπατήσαντες κτλ. Confer quae in eandem sententiam dicta sunt ap. Aristophan. Lysistr. 1201.

εἶτα δὲ δαίμονας
οἷς ἐπὶ μάρτυσι χρησόμεθ' οὐκ ἐπιλήσμοσιν.

Demosth. de fals. leg. §. 239. προσήκει φροντίζειν — παρὰ πάντα τῶν ὅρκων, οὓς αὐτοὶ κάθησθε ὀμωμοκότες· — οὐ γὰρ ἐν κρύβδην ἐστὶν ἡ ψῆφος λήσει τοὺς θεούς, ἀλλὰ τοῦτο καὶ πάντων ἄριστα ὁ τιθεὶς τὸν νόμον εἶδε τὸ κρύβδην ψηφίζεσθαι, ὅτι τούτων μὲν οὐδεὶς εἴσεται τὸν ἑαυτῷ κεχαρισμένον ὑμῶν, οἱ θεοὶ δὲ εἴσονται καὶ τὸ δαιμόνιον τὸν μὴ δίκαια ψηφισάμενον. Plato. de rep. II. p. 365. D. ἐπὶ γὰρ τὸ λανθάνειν ξυνωμοσίας τε καὶ ἑταιρείας συνάξομεν —. ἀλλὰ δὴ θεοὺς οὔτε λανθάνειν οὔτε βιάσασθαι δυνατόν. Vid. Xenoph. Memorab. I. 1, 19.

τὸν ἄλλον χρόνον, in posterum, in reliquum tempus conf. Lys. in Alcibiad. §. 4. ὅπως ἂν ὑμεῖς νυνὶ περὶ αὐτῶν γνῶτε, οὕτω καὶ τὸν ἄλλον χρόνον ἡ πόλις αὐτοῖς χρήσεται. Raro ὁ ἄλλος χρόνος de futuro tempore dicitur, vid. Bremi. ad. Lys. l. l. Stallbaum. ad Platon. Menex. p. 246. B. plerumque ὁ λοιπὸς (ἐπίλοιπος) χρόνος tempus futurum designat. De formulis εἰς τὸν λοιπὸν χρόνον, τὸν λοιπὸν χρόνον, τοῦ λοιποῦ χρόνου et similibus egit Wurm. in commentar. in Din. p. 115 sq.

ἀθῷον τῶν ἀδικημάτων τούτων. Similiter Diodorus Sicul. XIV. 76. genitivum adjungit huic adjectivo: ἀθῷος τῶν ἀσεβημάτων qui poenas non dat injuriarum, impietatis. Cf. Dem. de cor. §. 270. ἀθῷος τῆς Φιλίππου — καὶ — Ἀλεξάνδρου δυναστείας ubi recte Wolfius annotat ἀντὶ τοῦ μὴ βλαβεὶς ὑπὸ ταύτης. Conf. Schaefer. Melet. p. 137. Ἀθῷον scribendum esse, non ἀθῶον monuit Elmslej. ad Eurip. Med. 1241. Etymologus enim tradit apud Archilochum inveniri nomen θωιὴ pro θωή, a quo descendit hoc vocabulum: quamquam alia Hesychius docet v. θωή. Cf. Schaefer. appar. ad Dem. II. p. 184. Quid intersit inter ἀθῷος et ἄθωος i. e. ὁ ἐπὶ τοῦ Ἄθω ἱδρυμένος etc. docent interpretes ad Aeschyl. Agamemn. 257. et Eustath. ad Il. β. p. 358, 42. In transcursu autem notabo Bothii errorem, ad Aristophan. Nubb. 1353. docentis, vocem ἀθῷος haud vulgarem atque tragicam esse: quae in oratorum Atticorum reliquiis creberrime obvia est: conf. vel Demosth. de fals. leg. §. 258. 284. in Aristocr. §. 55. 61. 81. 85. 217. in Theocrin. §. 11. in Aristogit. II. §. 24. in Neaer. §. 66. prooem. 26.

τὴν ἀπ' αὐτῶν τιμωρίαν. Rarior praepositionis ἀπὸ usus est in ejusmodi circumloquutionibus quam praepositionis παρὰ de qua vid. annot. ad §. 15. Conf. Sophocl. Electra 433. ἐχθρᾶς ἀπὸ γυναικὸς κτερίσματα. Thucyd. 6, 76. τοὺς μέλ-

λοντας ἀπ' αὐτῶν λόγους, et alia apud Schoemann. ad. Isae. p. 472. et quos laudavit.

εἰ μὴ αὐτός, οἱ παῖδές γε καὶ τὸ γένος ἅπαν τὸ τοῦ ἐπιορκήσαντος μεγάλοις ἀτυχήμασι περιπίπτει. Vetus est opinio deos non modo ab ipsis perjuris hominibus fractae fidei poenas repetere, sed etiam a perfidorum liberis atque sobole. Confer Homeri Il. 3, 300. 4, 161, 238. atque Herodot. 6, 86. oracul. v. 4.

ὅρκου πάϊς ἐστὶν ἀνώνυμος, οὐδ' ἔπι χεῖρες
οὐδὲ πόδες· κραιπνὸς δὲ μετέρχεται εἰσόκε πᾶσαν
συμμάρψας ὀλέσῃ γενεὴν καὶ οἶκον ἅπαντα.
ἀνδρὸς δ' εὐόρκου γενεὴ μετόπισθεν ἀμείνων.

quibus similia sunt quae in Hesiodeis leguntur, Opp. et dier. v. 282 sq. Itaque ii qui jurejurando sese obstringunt non modo sibi sed etiam posteris perniciem minitantur cf. Andoc. de myster. §. 98. 126. Dem. in Aristocr. §. 67. 68. Ceterum alia quoque parentum scelera liberorum poenis lui docet Lysias in Andocid. §. 20. ὁρῶν καὶ ἑτέρους ἠσεβηκότας χρόνῳ δεδωκότας δίκην καὶ τοὺς ἐξ ἐκείνων διὰ τὰ τῶν προγόνων ἁμαρτήματα. — Particula γε post εἰ μὴ illata μειωτικῶς accipienda est: *saltem, certe, at certe:* ponuntur autem in ejusmodi enuntiationibus particulae γε, ἀλλά, γοῦν, ἀλλά γε, ἀλλ' οὖν, ἀλλ' οὖν γε, ἀλλὰ γοῦν. Cf. Aeschin. in Ctes. §. 154. ἀναμνησθεὶς — ἐκεῖνό γε, εἰ μηδὲν ἕτερον. §. 170. εἰ δὲ μή, τήν γ' εὐγνωμοσύνην ἀεὶ προτακτέον τοῦ λόγου. — Aeschin. ep. 5. §. 2. τὰ μὲν ἄλλα, εἰ καὶ φαυλότερα τῶν Ἀθήνησιν, ὥσπερ ἔλαιον καὶ μέλι, ἀλλ' οἴων παρόντων οὐδὲν ἂν τῶν ἐκεῖ δεηθείημεν. — Demosth. de fals. leg. §. 95. καὶ εἰ μηδὲν ἄλλο τοὔνομα γοῦν ἔχει φιλάνθρωπον. — Aeschin. in Timarch. §. 53. 54. ἤδη γὰρ οἶμαί τινας ὑμῶν ἑωρακέναι ἃ λέγω, εἰ δὲ μή, ἀλλ' ἀκηκοέναι γε. in Ctes. §. 157. ἀλλ' ἐπειδὴ τοῖς σώμασιν οὐ παρεγένεσθε, ἀλλὰ ταῖς γε διανοίαις ἀποβλέψατ' αὐτῶν εἰς τὰς συμφοράς. Aristot. de Mundo Tom. II. p. 271. εἰ καὶ μὴ δι' ἀκριβείας, ἀλλ' οὖν εἰς τυπώδη μάθησιν. — Isocr. Panegyr. §. 171. εἰ δὲ καὶ προαπεῖπον, ἀλλ' οὖν τοὺς γε λόγους ὥσπερ εἰς τὸν ἐπιόντα χρόνον κατέλιπον. Lycurg. §. 141. εἰ καὶ περὶ οὐδενὸς ἄλλου νόμιμόν ἐστι — ἀλλ' οὖν γε περὶ προδοσίας κρίνοντας κτλ. — Aristoph. Thesmophor. 248. ἐπειδὴ σαυτὸν ἐπιδοῦναι φθονεῖς, ἀλλ' ἱμάτιον γοῦν χρῆσον ἡμιν. Vide Devarium de gr. ling. partt. p. 6. ed. Klotz. Sluiter. Lectt. Andocc. p. 177. ed. Schiller. Foertsch. obss. critt. in Lys. oratt. p. 3 sq. — Singularis verbi post nomina παῖδές γε καὶ τὸ γένος ἅπαν — illatus offendit Bernhardyum Synt. p. 416.: nec tamen quidquam insolentiae habet haec structura. Cf. Aristophan. Ran. 1334. αὐτός, τὰ παιδί', ἡ γυνή, Κηφισοφῶν ἐμβὰς καθήσθω. Demosth. de

fals. leg. §. 42. εἰ μὴ Θεσπιαὶ καὶ τὸ Θηβαίους αὐτίκα δὴ μάλα δώσειν δίκην ἀφείλετο τὴν ἀλήθειαν. ib. §. 75. καὶ τί τῶν Φωκέων ἢ τῶν Λακεδαιμονίων ἢ ὑμῶν ἄλλου τινὸς ἀνθρώπων μετὰ τοὺς παρὰ τούτου λόγους ἐξαμαρτόντος οὐκ ἀπέβη τὰ — ῥηθέντα; Minime haec dura sunt: quamquam ne a durioribus quidem abstinent Graeci: qualia haec sunt: Aristophan. Thesmophor. 927.

Ἑρμῆν τε Νόμιον ἄντομαι, καὶ Πᾶνα καὶ Νύμφας φίλας,
ἐπιγελάσαι προθύμως
ταῖς ἡμετέραις χαρέντα χορείαις.

Ran. 549.

πρόῤῥιζος αὐτός, ἡ γυνή, τὰ παιδία,
κάκις' ἀπολοίμην, κἀρχέδημος ὁ γλαμῶν.

Aeschin. de fals. leg. §. 81. εἶδον μὲν ἐγὼ καὶ οἱ συμπρέσβεις. Demosth. in Stephan. I. §. 85. μὴ ὑπερίδητέ με καὶ τὰς θυγατέρας — ἐπίχαρτον γενόμενον. conf. annot. ad §. 33. — De dictionibus περιπίπτειν ἀτυχήμασι, συμφοραῖς, ἀτυχίαις, ζημίαις vide Bergmann. ad Isocr. Areopag. ap. Benseler p. 176.

§. 80. ἔδοσαν αὐτοῖς. Pronominis reciproci loco haud raro reflexivum ponunt Attici: exempla dabunt Matth. gr. gr. p. 920. Bernhardy. Synt. p. 273. Stallbaum. ad Platon. Lys. p. 215. B.

ἐν Πλαταιαῖς. Hanc nominis proprii formam frequentant recentiores: quamquam interdum in codicibus altera quoque occurrit (Πλάταια), qua usus est Homerus Il. II. 498. 504. et inter prosae orationis scriptores Herodotus 8, 50. et Thucydides 3, 52. 7, 18. et passim. Confer Wesseling. ad Herod. l. l. Ducker. ad Thucyd. 3, 52. Bremi. in annot. crit. ad Isocr. Archidam. §. 27. Diversam esse utriusque numeri prosodiam veteres testantur conf. Eustath. ad Homer. Il. β. p. 296. ἑνικῶς μὲν γὰρ ἡ Πλάταια πληθυντικῶς δὲ αἱ Πλαταιαί. Stephan. Byz. v. Πλαταιαί. εἰ μὲν μεταβάλλει τὸν ἀριθμόν, καὶ τὸν τόνον μεταβάλλει.

οὐ παρ' αὐτῶν εὑρόντες. Εὑρίσκειν i. q. invenire, excogitare. Praepositionis παρὰ usum illustrabunt exempla, qualia haec sunt: Isocrat. Evagor. §. 36. οὗτοι i. e. poëtae — παρ' αὐτῶν καινὰς (καθόδους) συντιθέασιν. Panathen. §. 18. οὐδὲν μὲν παρ' αὐτῶν λέγοντες, τὰ δ' ἐκείνων ῥαψῳδοῦντες. de permut. §. 223. ἃ παρὰ τῆς αὐτοῦ φύσεως ἐπίζαται. Alcidam. de Sophist. p. 677, 20. ed. Bekker. ἄν τι — ἐνθύμημα — διὰ τὴν συντονίαν τῆς διανοίας αὐτῶν παρὰ σφῶν αὐτῶν διανοηθῶσιν.

τὸν παρ' ὑμῖν εἰθισμένον ὅρκον i. e. illud tironum jusjurandum de quo exposuit. §. 76 sq.

Ὃν ἄξιόν ἐστιν ἀκοῦσαι· κτλ. Verba a Bekkero e codice A optimo jure recepta ἀκοῦσαι — πεπραγμένων, locum

quem mutilum tradiderunt antiqua exemplaria, ita videntur supplevisse ut facile careamus virorum doctorum conjecturis: quamquam vocabulum ἰσχνῶς quod in omnibus libris est nullo modo ferri potest. Nam etsi ἰσχνῶς εἰπεῖν „mit dürren Worten sagen, geradezu sagen" apud Polybium I, 2, 6. non habet quod displiceat, quid sibi velit ἰσχνῶς ἰδεῖν „tenuiter videre" prorsus non perspicio. Quamobrem e Corais conjectura dedi ἱκανῶς. Sententia loci haec fere est: etsi remotiora sunt a nostris temporibus atque obscuriora quae tum temporis gesta sunt, tamen ex ipsa jurisjurandi formula quam consignatam scribae dedimus recitandam satis apparet eorum qui tum erant virtus.

§. 81. Ante quam proelium ad Plataeas inirent in hanc sententiam conjurasse Graecos etiam Diodorus Siculus testatur (XI. 29.): verum hic in Isthmo, Lycurgus ad Plataeas rem actam esse perhibet. Mentionem hujus juramenti nusquam facit Herodotus, qui aliud decretum commemorat (VII. 132.), quod Xerxis copiis per Graeciam divagatis multisque civitatibus Persarum ditioni subjectis, de decimandis Persarum studiosis sanxerunt Graeci: quod memoratur a Diodoro Sic. XI. 3. Polybio IX. 39. Xenophonte Hellen. 6, 3, 10. 5, 35. At Lycurgei juramenti memor est Isocrates Panegyr. §. 156. Quamquam totam rem ab Atheniensibus confictam esse Theopompus contendit. frgm. 167. ed. Wichers. Videndi Valckenar. ad Herod. VII. 132. Morus ad Isocrat. Panegyr. c. 41. p. 120. ed. Spohn.

τὸ ζῆν. Conf. Thom. Mag. p. 60. ed. Ritsch. βιοῦν ἐπὶ ἀνθρώπων, ζῆν δὲ καὶ ἐπὶ ἀνθρώπων καὶ ἐπὶ ἄλλων ζώων: qui parum recte de horum verborum discrimine statuit. Verum est τὸ ζῆν plerumque opponi τῷ τεθνάναι, τὸ βιοῦν autem saepenumero simul ad vitae instituta atque rationem vivendi spectare.

οὐδὲ καταλείψω. Οὐδ' ἐγκαταλείψω Sauppius proposuit, quo minime opus est. Οὐδὲ καταλείψω Diodorus quoque praebet. Conferas velim Tyrtaei eleg. ap. Lycurg. §. 107. 20. μὴ καταλείποντες φεύγετε τοὺς γεραιούς. Aeschyl. Sept. 199. μήποτ' ἐμὸν κατ' αἰῶνα λίποι θεῶν ἕδε πανήγυρις. Sophocl. Philoct. 809. ἀλλ' ἀντιάζω, μή με καταλίπῃς μόνον. Lycurg. §. 85. οὐ καταλιπόντες τὴν χώραν ὥσπερ Λεωκράτης ᾤχοντο.

κρατήσας — τοὺς βαρβάρους. De verbo κρατεῖν, vincere, quartum casum assumente vid. Matth. gr. gr. p. 675. Bernhardy. p. 169 sq.

μαχεσαμένων. Vid. Matth. gr. gr. p. 473.

τὰς δὲ τὰ τοῦ βαρβάρου προελομένας i. e. τὰς δὲ τὰ τοῦ βαρβάρου ἀντὶ τῶν τῆς Ἑλλάδος ἑλομένας, quae barbari

partibus favent, addictae sunt. Conf. Thucyd. 8, 31. τοὺς τὰ τῶν Ἀθηναίων φρονοῦντας. Matthiae gr. gr. p. 574.

δεκατεύσω. De verbi notione exposuerunt Harpocration v. δεκατεύειν et interpretes Herodoti 7, 132.: *ad decimam deo delphico solvendam adigere*, i. e. ihre Grundstücke zinspflichtig machen, ut recte interpretatus est Boeckhius Staatshaushalt d. Athen. I. 352.

τῶν ἱερῶν τῶν ἐμπρησθέντων καὶ καταβληθέντων ὑπὸ τῶν βαρβάρων οὐδὲν ἀνοικοδομήσω κτλ. Vid. Isocr. Panegyr. §. 156. Διὸ καὶ τοὺς Ἴωνας ἄξιον ἐπαινεῖν ὅτι τῶν ἐμπρησθέντων ἱερῶν ἐπηράσαντο εἴ τινες μνήσειαν ἢ πάλιν εἰς τἀρχαῖα καταςῆσαι βουληθεῖεν, οὐκ ἀποροῦντες πόθεν ἐπισκευάσωσιν, ἀλλ' ἵν' ὑπόμνημα τοῖς ἐπιγιγνομένοις ᾖ τῆς τῶν βαρβάρων ἀσεβείας κτλ. Καταβάλλειν diruere, velut apud Isocrat. de Big. §. 40. εἰ τὰ τείχη καταβάλοιεν, et alios; opponitur ἀνιςάναι cf. Isocr. l. l. Alias de ipsis hostibus caesis adhibetur Herod. 9, 63. Xenoph. Cyrop. 3, 3, 62.

§. 82. τὴν παρὰ τῶν θεῶν εὔνοιαν. Conf. annot. ad §. 15. Ad sententiam confer Xenoph. Anab. 3, 2, 10.

καὶ πάντων Ἑλλήνων ἀνδρῶν ἀγαθῶν γενομένων πρὸς τὸν κίνδυνον. Hoc uno *Leocrateae* loco nomini Ἕλληνες non adjecit articulum Lycurgus: quod induxit Baiterum et Sauppium ut τῶν inserendum esse putarent. Sed abest etiam a Lycurgi frgm. 87. ap. Bait. et Spp. παρὰ πᾶσιν Ἕλλησι. Mihi quidem haec scriptorum inconstantia ferenda esse videtur: conf. excurs. IV. ad Isocrat. oratt. p. I. ed. Bremi. — πρὸς τὸν κίνδυνον gall. vis à vis du péril. conf. Lys. adv. Nicomach. §. 26. ὡς ἀνδρὸς ἀγαθοῦ πρὸς τοὺς πολεμίους. pro Mantith. §. 12. πρὸς τοίνυν τὰς στρατείας καὶ τοὺς κινδύνους τοὺς πρὸς τοὺς πολεμίους σκέψασθε οἷον ἐμαυτὸν παρέχω τῇ πόλει.

ὃ καὶ πάντων ἂν εἴη δεινότατον — τολμᾶν. Ad sententiam comparandus est locus in oratione in Aristogitonem II. quae vulgo tribuitur Demostheni obvius §. 23. ὡς πάνδεινόν ἐςι τοὺς μὲν προγόνους ὑπὲρ τοῦ μὴ καταλυθῆναι τοὺς νόμους ἀποθνήσκειν τολμᾶν ὑμᾶς δὲ μηδὲ τοὺς ἁμαρτάνοντας εἰς αὐτοὺς τιμωρεῖσθαι. De loquendi formula ὃ καὶ κτλ. vid. annot. ad §. 56. quam nonnumquam sequitur infinitivus. Cf. Dem. in Aristogit. II. §. 7. ὃ καὶ δεινότατον ἂν εἴη συμβαῖνον τοὺς μὲν — μὴ τυχεῖν ταύτης τῆς δωρεᾶς, τὸν δὲ — φαίνεσθαι κτλ. Infinitivus praesentis praeteriti vim habet interdum ipso praesenti tempore praecedente: quem usum exemplis illustravit Blumius ad h. l. p. 110. Ceterum eadem est hujus infinitivi ratio atque temporis praesentis finiti pro praeterito usurpati: utrumque enim mobili Graecorum ingenio debetur, quod in

ediam rem solet abripi atque praeterita tamquam praesen-
. intueri.

ὥςε μὴ τὴν πόλιν ἀδοξεῖν. Ὥςε particula proprie
ectum designans ad vim finalem accedit quando ipsum ef-
ctum agentis animo obversatum esse scriptor indicat. Conf.
utarch. Pericl. c. 27. χαλκῆν ἀσπίδα τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ δυοῖν
ετῶν ὑπερεχόντων ὥςε μηδὲν ἐμπεσεῖν τῶν ἄνωθεν. Vid. Hoogev.
ctr. partt. c. 54. sect. 2, 35. Blum. ad h. l. Schoem. ad Isae. p. 472.

τὴν κοινὴν καὶ μετὰ πολλῶν πόνων συνειλεγμένην
κλειαν, ταύτην — καταλυομένην. Conf. §. 110. τὴν ἐξ
ιαντος τοῦ αἰῶνος συνηθροισμένην τῇ πόλει δόξαν κατή-
υνεν. Demosth. in Phil. IV. §. 73. παππῴα καὶ πατρῴα
ξα σοι ὑπάρχει ἣν αἰσχρόν ἐστιν ἐν σοὶ καταλῦσαι. — Μετὰ
ermittelst, mit Aufwand von — conf. Demosth. de
ls. leg. §. 84. ἡ πρότερον βοήθεια — ἣν μετὰ πλειόνων ἢ δια-
σίων ταλάντων ἐποιήσασθε. Lycurg. §. 124. τὸ γὰρ μετὰ πολ-
ῶν παραδειγμάτων διδάσκειν ῥαδίαν ὑμῖν τὴν κρίσιν καθίςησι. —
onominis demonstrativi usum quem hic deprehendimus at-
ri in annot. ad §. 27. In Heinrichii editione articulus ite-
tur τὴν κοινὴν καὶ τὴν μετὰ κτλ. quod in se haud damnan-
ım est, vid. annot. ad §. 128. sed repetitum articulum omnes
norant codices. — Pro διὰ τὴν — πονηρίαν Reiskius διὰ τῆς
πονηρίας scribendum esse censuit: tu confer Aristophan.
cclesiaz. 602.

Praxagora. ταῦτ' ἐς τὸ μέσον καταθήσει,
ἢ μὴ καταθεὶς ψευδορκήσει.
Blepyrus. κἀκτήσατο γὰρ διὰ τοῦτο.

. §. 740. πολλάκις ἀναςήσασά μ' εἰς ἐκκλησίαν
ἀωρὶ νυκτῶν διὰ τὸν ὄρθριον νόμον.

eschin. in Ctesiph. §. 58. καὶ τούτων ἀπεςερήθητε διὰ Δη-
σθένην καὶ Φιλοκράτην καὶ τὰς τούτων δωροδοκίας.

§. 83. τῶν καλῶν ἔργων παράδειγμα τοῖς Ἕλλησι
γονεν. Hac laude saepenumero ab oratoribus ornantur
thenienses: vide quae attulit Orellius ad Isocrat. de per-
ut. p. 294.

τῷ χρόνῳ πασῶν ἐστὶν ἀρχαιοτάτη. De tertio casu
ım adjectivo copulato vid. annot. ad §. 40. — Numquam
dibus suis migrasse Athenienses historicorum consensu com-
obatur. cf. Herodot. 1, 56. 7, 161. 8, 44. Thucyd. I. 2. II. 36.
lde Lesbonact. Protrept. p. 656. ed. Bekker. — Hinc enata
ıtochthoniae laus de qua vid. annot. ad §. 41.

ἀρετῇ διεννηνόχασιν. De dictionibus διαφέρειν τινὶ et
αφέρειν ἔν τινι exposuit Bremius ad Isocrat. de pace §. 115.

§. 84. Ἐπὶ Κόδρου γὰρ βασιλεύοντος κτλ. Qua-
or expeditiones a Doriensibus in Atticam susceptas esse

Herodotus auctor est V. 76. quarum prima fuit ea quae Codro regnante accidit. Confer Pausan. 1, 39. Polyaen. 1, 18. Justin. 2, 6. Vellej. 1, 2. Cicer. Tuscul. quaest. 1, 48.

Πελοποννησίοις γενομένης ἀφορίας. Discrepat cum Lycurgo Etymologus v. *εἰρεσιώνη· Λυκοῦργος δέ φησιν, ἀφορίας γενομένης Ἀθηναίοις τοῦτο ἐπιτελεσθῆναι κατὰ χρησμόν.*

ἡμῶν τοὺς προγόνους ἐξαναστήσαντας κατανείμασθαι τὴν χώραν. Aoristus *κατανείμασθαι* excipit praesens *στρατεύειν*: similiter infra §. 86. *προηροῦντο ἀποθνήσκειν — μᾶλλον ἢ ζῶντες μεταλλάξαι τὴν χώραν.* cf. p. 151. Verba *ἀνιστάναι, ἐξανιστάναι* et *ἀνίστασθαι, ἐξανίστασθαι* idem valent quod *ἀνάστατον ποιεῖν* et *ἀνάστατον γίγνεσθαι.* cf. Suid. v. *ἀναστήσας· ἀναστάτους ποίησας καὶ μετοικίσας.* Thucyd. 1, 12. *Βοιωτοί τε γὰρ — ἐξ Ἄρνης ἀναστάντες ὑπὸ Θεσσαλῶν.* Demosth. pro Megalopolit. §. 25. *μὴ περιορᾶν πόλεις ἀρχαίας ἐξανιστώσας.* Attractione autem neglecta Lycurgus verbis *Πελοπνησίοις — ἔδοξε* subjecit quartum casum *ἐξαναστήσαντας* de quo genere vide annot. ad §. 31. — Loquutio *κατανέμεσθαι τὴν χωραν* de hostibus agros quibus potiti sunt inter se dispertientibus usurpatur: conf. Isocrat. Plataic. §. 7. *τί; γὰρ οὐκ οἶδεν ὅτι καὶ τὴν χώραν ἡμῶν κατανενέμηνται καὶ τὴν πόλιν κατεσκάφασιν;* ib. §. 20. *αὐτοὶ δὲ βίᾳ τὴν ἀλλοτρίαν χώραν κατανέμονται;* similiter ap. Dem. de cor. §. 155. *οἱ ἐξ Ἀμφίσσης τὴν ἱερὰν χώραν κατανειμάμενοι γεωργοῦσι.*

εἰς Δελφοὺς ἀποστείλαντες τὸν θεὸν ἐπηρώτων. *Δελφοὶ* de urbe ponitur §. 93. 99. de civibus §. 85. 87. Cf. Thucyd. I. 112. *καὶ κρατήσαντες τοῦ ἐν Δελφοῖς ἱεροῦ παρέδοσαν Δελφοῖς* ad quem locum schol. annotat *Δελφοὶ δὲ ὁμονύμως ἡ πόλις καί οἱ ἄνδρες ὡς καὶ Λιοντῖνοι.* Verba *ἐρωτᾶν, ἐπερωτᾶν, ἐπερέσθαι* de iis solent adhiberi qui oraculum consulunt. Lycurg. §. 99. *εἰς Δελφοὺς ἰὼν ἠρώτα τὸν θεόν.* Isocr. Archid. §. 23. *ἐπηρώτα τὸν θεόν.* Xenoph. Hell. 4, 7, 2. *ἐπήρετο αὖ τὸν Ἀπόλλω.* Isocrat. Archidam. §. 17. *ἐπερόμενοι τὸν θεόν.* Aeschin. in Ctesiph. §. 130. *ἐπερησομένους τὸν θεόν.*

εἰ ἐπιλήψονται τὰς Ἀθήνας. De verborum structura vid. Bernhardy. Synt. p. 389. Recte autem Blumius monet *ἐπιλαμβάνειν* h. l. idem esse quod *προσλαμβάνειν*: Atticam enim regionem suae ditioni *adjicere* cupiunt Dorienses, nuper illi Peloponneso potiti: ut facile careamus virorum doctorum conjecturis.

ἀνελόντος δὲ τοῦ θεοῦ. Verbum *ἀναιρεῖν* de deo oracula edente Gregorius Cor. de dial. ion. p. 493. ed. Schaefer. dialecti ionicae proprium fuisse tradit: quem erroris arguunt Atticorum scriptorum reliquiae. Attici enim et verbum *ἀναι-*

ρεῖν conf. §. 105. et χρᾶν §. 99. de deo adhibent qui oracula fundit: recentiores etiam verbo ἀναπεῖν utuntur. Diogen. Laert. 1, 30. vid. Schaefer. ad Gregor. l. l. Ὡσαύτως καὶ ἀναιρῶ οὐ μόνον τὸ φονεύω ἀλλὰ καὶ τὸ μαντεύομαι Thom. Mag. p. 23. ed. Ritschel.

τὸν βασιλέα τὸν Ἀθηναίων Κόδρον. Vulgatam τῶν Ἀθηναίων defendunt Pinzgerus et Blumius: illud enim cum vi quadam dictum esse volunt, den König nemlich den der Athener, hoc non item. Confer quos laudavit Blumius p. 111. et Stallbaum. ad Platon. Gorg. p. 455. D. 481. E. Quae lex haud scio an sit antiquanda. Adi Schaefer. Melet. crit. p. 8. ad Gregor. Cor. p. 1084. Appar. ad Demosth. V. p. 530. Bremi. excurs. IV. ad Isocr. oratt. p. I. p. 208. Bernhardy. Synt. p. 321. — Κόδρον Osannus delevit. „Nempe non poterat, inquit, Pythia — ipsum proprium ducis nomen simul significare —. Ac revera in oraculo Pythiam ducis nomen reticuisse, certissime produnt veterum de ejus effato fabulae." Attamen ex oratoris mente addi potuisse nomen proprium manifestum est: quamquam ne ex oratoris quidem mente adjectum arridet nomen quod prosus supervacaneum est, quum praecedant verba ἐπὶ Κόδρου — βασιλεύοντος.

§. 85. τὸ χρηστήριον ut τὸ μαντεῖον de sede oraculi usurpatur: ii qui deum adeunt χρηστηριάζεσθαι dicuntur. Xenoph. Hell. 3, 2, 22. 4, 7, 2.

δι' ἀπορρήτων ἐξήγγελλε, clam renuntiavit. Dem. in Neaer. §. 79. μαρτυρίαν δι' ἀπορρήτου γεγενημένην. Aeschin in Ctes. §. 96. πράξεις πράττειν ἑτέρας δι' ἀπορρήτων. Comparandae sunt loquendi formulae διὰ βραχέων, διὰ ταχέων de quibus vid. Schaefer. ad L. Bos. p. 556. δι' ἑκόντων Platon. Phileb. p. 58. A. — Imperfectum ἐξήγγελλε e codicibus AB reposui. Conf. annot. ad §. 19. Imperfectum haud potest displicere. Xen. Anab. 1, 7. 8. Οἱ δὲ ταῦτα ἀκούσαντες αὐτοί τε ἦσαν πολὺ προθυμότεροι, καὶ τοῖς ἄλλοις ἐξήγγελλον.

ὡς ἔοικεν. De ν ἐφελκυστικῷ vid. annot. ad §. 76. Formula ὡς ἔοικεν nonnumquam Atticae urbanitati debetur, interdum non sine ironia adjicitur i. q. ὡς ἀληθῶς. Conf. Viger. p. 247. Stallbaum. ad Platon. Sympos. p. 176. C. de rep. p. 358. A.

τοὺς ἔξωθεν ἀνθρώπους. Cf. Aeschin. in Ctes. §. 33. οὐ — σεμνύνεσθαι πρὸς τοὺς ἔξωθεν, ἀλλ' ἀγαπᾶν ἐν αὐτῇ τῇ πόλει τιμώμενον. Isocrat. epist. ad Antip. §. 9. τῇ φιλανθρωπίᾳ — ἣν ἔχειν ὑπείληψαι παρὰ τοῖς ἔξωθεν ἀνθρώποις. Vid. annot. ad §. 42.

ἄνδρες δικασταί; Ὦ interjectio quae interdum in oratorum reliquiis judicum compellationi non additur, tum potis-

simum abest quum nomen initio periodi aut in fine collocatum est. Vide Bremi. ad Lys. in Agorat. §. 3. Schoemann. ad Isae. p. 228.

Ἐμβαλόντων — εἰς τὴν Ἀττικήν. Cf. §. 99. *στρατοπέδου μέλλοντος αὐτοῖς εἰσβάλλειν εἰς τὴν χώραν*, qui locus Baiterum induxit ut pro *ἐμβαλόντων* legendum putaret *εἰσβαλόντων*. Verum etsi certissimum est, librariorum culpa in vocibus compositis saepenumero syllabas *ἐν*, *ἐμ* et *ἐς*, *εἰς* commutatas esse, vid. Wasse ad Thucyd. IV. 25. Wasse et Ducker. ad Thucyd. IV. 66. var. lect. ad Isocrat. Panath. §. 193. Bast. comment. palaeogr. p. 726., tamen vulgata omnium codicum consensu firmata servetur necesse est. Etenim alii quoque scriptores verbis *ἐμβάλλειν* et *εἰσβάλλειν* promiscue utuntur quando de incursionibus in agros factis agunt. Conf. Dem. Olynth. I. §. 26. *συνεισβαλοῦσιν ἑτοίμως*, in orat. de cor. §. 213. *συνεμβαλόντες εἰς τὴν Ἀττικήν.* ib. §. 229. *συνεμβαλεῖν εἰς τὴν χώραν* (ubi plures codices tenent *συνεισβαλεῖν* vid. annot. crit. Bekkeri atque Taylor. et Reisk. in Schaefer. appar. ad Dem. II. p. 305., sed Tiberius p. 49. *εἰς τὴν Ἀττικὴν συνεμβαλεῖν.*) Thucydides in hac re semper posuit verbum *εἰσβάλλειν*, vid. interpp. ad locc. supra laudd., Xenophon plerumque verbo *ἐμβάλλειν* usus est. Conf. Xenoph. Cyr. 3, 3, 22. *ἐνέβαλεν εἰς τὴν πολεμίαν.* Anab. 3, 5, 16. *ἐμβαλεῖν ποτὶ εἰς αὐτοὺς — στρατιάν.* ib. 17. *εἰς Καρδούχους ἐμβάλλειν.* Memorab. 3, 5, 4. *ἐμβαλεῖν εἰς τὴν Ἀττικήν.*

οὐ καταλιπόντες —, οὐκ ἔκδοτον τὴν θρεψαμένην καὶ τὰ ἱερὰ — παρέδοσαν. Baiterus et Sauppius ediderunt cum Z *οὐ — οὐδ'*: sed asyndeton quod optimi libri tuentur loquentis affectui accommodatum esse videtur. — De adjectivi *ἔκδοτον* utrumque substantivum respicientis structura adeas Bernhardy. Syntax. p. 431. not. Loquutionem *ἔκδοτον παραδιδόναι* illustrabunt exempla quae attuli in annot. ad §. 59.

διεκαρτέρουν εἰς τὴν πατρίδα. Bernhardyus Synt. p. 215. praepositionem *εἰς* h. l. a Lycurgo pro *ἐν* positum esse statuit: ego non item. Etenim exempla a Bernhardyo ex Atticis scriptoribus allata non ejusdem sunt generis: conf. Schoem. ad Isae. p. 314. Suspicatus est nonnemo verba in hunc ordinem redigenda esse *κατακλεισθέντες εἰς τὴν πατρίδα ἐπολιορκοῦντο κτλ.* coll. Dem. in Androtion. §. 13. *κατακλεισθέντες εἰς Σαλαμῖνα — ἔσωσαν κτλ.* Verum haud scio an jure jungantur verba *διεκαρτέρουν εἰς τὴν πατρίδα*, ut *εἰς* idem sit quod für, in commodum alicujus, quem significatum capit praepositio *εἰς* in dictione: *σπουδάζειν εἰς τὰ σά.* Dem. in Mid. §. 195. et similibus. Ceterum opponi videntur verba *κατα-*

λιπόντες — ᾤχοντο verbis κατακλεισθέντες ἐπολιορκοῦντο, atque haec ἔκδοτον τὴν θρεψαμένην — τοῖς πολεμίοις παρέδοσαν iis quae instant διεκαρτέρουν εἰς τὴν πατρίδα.

§. 86. προῃροῦντο ἀποθνήσκειν — μᾶλλον ἢ κτλ. Προαιρεῖσθαι μᾶλλον ἢ idem est quod βούλεσθαι μᾶλλον ἢ quam dictionem frequentant oratores. Vide exempla quae congessit Foertsch. in obss. critt. in Lys. oratt. p. 39. 40. Ἀξιοῦν μᾶλλον ἢ exstat ap. Lys. or. funebr. §. 13. καὶ ἠξίουν ὑπὲρ τῶν ἀσθενεστέρων μετὰ τοῦ δικαίου διαμάχεσθαι μᾶλλον ἢ τοῖς δυναμένοις χαριζόμενοι τοὺς ὑπ' ἐκείνων ἀδικουμένους ἐκδοῦναι. Αἱρεῖσθαι μᾶλλον ἢ v. ap. Dem. or. funebr. §. 28. τεθνάναι μᾶλλον ἠροῦντο ἢ καταλυομένης ταύτης — ζῆν φιλοψυχήσαντες. Plerumque autem in ejusmodi sententiis verba μᾶλλον ἢ pluribus verbis interpositis a verbo βούλεσθαι etc. dirimuntur. — Τῶν ἀρχομένων. Cf. Xen. Anab. 1, 3, 15. ἄρχεσθαι ἐπίσαμαι. Cyrop. 1, 6, 8. δεῖν τὸν ἄρχοντα τῶν ἀρχομένων διαφέρειν τῷ — δειπνεῖν. Isocrat. ad Nicocl. §. 31. σημεῖον ἔστω σοι τοῦ καλῶς βασιλεύειν, ἐὰν τοὺς ἀρχομένους ὁρᾷς εὐπορωτέρους καὶ σωφρονεστέρους γιγνομένους κτλ. Dem. in Phil. epist. §. 9. Φίλιππόν τε καὶ τοὺς ἀρχομένους.

[ἑτέραν] μεταλλάξαι τὴν χώραν. Ἑτέραν seclusi tamquam alienum ab hoc loco. Schoemannus in diurn. litter. Halens. 1826. p. 554 sq. aut ἑτέρας legendum aut τὴν delendum esse censet, in qua sententia etiam Kruegerus est ap. Blum. p. 112. vid. Baiter. et Saupp. ad h. l. p. 132. Equidem Heinrichii rationem amplexus sum propter §. 69. τὸν τόπον μετήλλαξαν: vid. annot. ad h. l. Vulgatam autem ἑτέραν — τὴν ferri non posse, quippe quae cogitatione comprehendi ac percipi nequeat, certissimum est.

Φασὶ γοῦν. Conf. §. 71.

λαβόντα πτωχικὴν στολήν. Conf. argumentum Acharnens. Aristophanis αἰτεῖ πτωχικὴν στολήν, καὶ στολισθεὶς τοῖς Τηλέφου ῥακώμασι κτλ. Ennium ap. Non. 14, n. 6. septus mendici stola. Aristoph. Eccles. 846. ἱππικὴν στολὴν ἔχων. Thesmophor. 92. στολὴν γυναικὸς ἠμφιεσμένον. ib. 809. γυναικεία στολή. Thom. Mag. p. 147. ed. Ritsch. Ἰστέον δὲ ὅτι ἐσθὴς καὶ στολὴ διαφέρει τῷ τὴν μὲν ἐσθῆτα ἐπὶ τῶν ἁπλῶς ἐνδυμάτων τάττεσθαι τὴν δὲ στολὴν ἐπὶ τῶν διαφόρων σχημάτων τῶν ἐσθήτων, οἷον ἄλλη στολὴ τῶν Ἑλλήνων καὶ ἄλλη τῶν βαρβάρων.

ὅπως ἂν ἀπατήσῃ. Exempla particulae ἄν conjunctioni finali ὅπως junctae vid. ap. Matth. gr. gr. p. 1002 sq. Hartung. de gr. ling. partt. II. p. 289. Rost. gr. gr. p. 626. ed. IV.

κατὰ τὰς πύλας ὑποδύντα. Dissentiunt inter se viri

docti de verborum sententia: G. Beckerus subaudit τῷ τῶν φρυγανηλόγων ὁμίλῳ: Pinzgerus interpretatur: dafs Kodros — in der Gegend des Thores zum Schein dürres Holz aufgelesen habe: Blumius verba latine reddit: quum per portam *successisset* sc. ad hostium castra. — Quae quum temeritate non vacent, non possum quin adverser doctis interpretibus: ὑποδύντα autem eundem sensum capere credo qui inest participio ὑπεκδύντα, quod temere h. l. reponendum esse censuerunt Ernestius, Schulzius, Coraës. Confer Hesych. v. ὑποδῦναι, ὑπεκδῦναι. Odyss. 6, 127.

Ὡς εἰπὼν θάμνων ὑπεδύσετο δῖος Ὀδυσσεύς.

Odyss. 20, 53. κακῶν δ' ὑποδύσεαι ἤδη. Eustath. ad Odyss. 5, 337. θάμνων ὑπεδύσετο, φησίν, Ὀδυσσεύς, ἀντὶ τοῦ ὑπεξῆθεν. Demosthen. in Aristogit. I. §. 28. ὑποδύει παρὰ ταῦτα, tamen erepis, aufugis. Quibuscum compara Aristophan. Ecclesiaz. 54.

καὶ πάνυ ταλαιπώρως ἔγωγ', ὦ φιλτάτη,
ἐκδρᾶσα παρέδυν.

Vide Nitzsch. ad Odyss. II. p. 106. — κατὰ τὰς πύλας autem designat *per portam*, ut κατὰ τὴν γέφυραν *per pontem* Xenoph. Anab. 6, 3, 22.

φρύγανα συλλέγειν — ἀποκτεῖναι — ἀποκτεῖναι. Infinitivum praesentis sequuntur aoristi, quorum ratio in aperto est: ille enim imperfecto respondet, hi perfecti Latinorum vim exercent. Frondes enim atque folia *colligebat* rex quum supervenerunt duo milites, quorum alterum *interfecit*, ab altero ipse *interfectus est*.

δυοῖν ἀνδρῶν. Buttmannus in gr. gr. I. p. 282. haec scripsit: Schwerlich wird man irgendwo bei Attikern die Form δυοῖν mit der pluralischen des Substantivs unmittelbar verbunden finden: quem erroris arguunt exempla a Goettlingio ad Theodos. grammat. p. 212. Poppone ad Thucyd. p. I. vol. I. p. 225. et Blumio ad h. l. collecta.

τῷ δρεπάνῳ προσπεσόντα. Προσπίπτειν aggredi, anfallen, ut περιπίπτειν über einen herfallen. conf. Dem. in Conon. §. 8. εἷς μὲν — τῷ Φανοστράτῳ προσπίπτει καὶ κατέβαλεν ἐκεῖνον. ib. ἐμοὶ περιπεσόντες τὸ μὲν πρῶτον ἐξέδυσαν κτλ. — Moeris et Thomas Mag. formam δρέπανον Graecorum communem esse contendunt, Atticis nomen δρεπάνη vindicant: quibus adversantur Attici scriptores. In Homericis utraque forma obvia est: Il. 18, 551. Odyss. 18, 368. sed Attici quamquam non abstinent ab adjectivo δρεπανηφόρος (quocum comparanda sunt nomina κανηφόρος, βαλαντιητόμος et similia de quibus vid. Lobeck. ad Phrynich. p. 635.) tamen δρέπανον

praeferunt. Cf. Thucyd. 6, 4. Aristophan. Pac. 1128. 1131. Ran. 538. ed. Both. Eurip. Cyclop. 393. Xen. Anab. 1. 8, 10.

§. 87. *παροξυνθέντα τῷ Κόδρῳ.* Conf. Aeschin. in Timarch. §. 110. *προσκρούσας τι τούτῳ καὶ παροξυνθείς. Παροξύνεσθαί τινι* dictum est ut *ὀργίζεσθαί τινι*: itaque Pinzgerus male interpretatus est durch Kodrus gereizt: est gegen Kodrus heftig aufgebracht. Participiorum copulatio ne quem offendat, adeat Stallbaum. ad Platon. Apolog. Socr. p. 27. A.

ἀποκτεῖναι τὸν Κόδρον. Exspectabas *αὐτόν*: praecedit enim *τῷ Κόδρῳ.* Negligentiae atque festinationi scriptorum hoc genus assignandum est, quod limatior oratio videtur respuere. Quamquam saepenumero substantivum recurrit ubi pronomini locus erat. Vid. Krueger. ad Xenoph. Anab. I, 3, 14.

κήρυκα πέμψαντες. Cf. Harles de praeconibus apud Graecos. Jenae 1760.

δοῦναι τὸν βασιλέα θάψαι. Vid. Matthiae. gr. gr. p. 1039 sq. cf. §. 43.

τῷ — Κλεομάντει τῷ Δελφῷ — αὐτῷ τε καὶ ἐκγόνοις. De articulo nomini proprio cui adjicitur appositio praemisso disserui p. 109. Verba *αὐτῷ τε καὶ ἐκγόνοις* per appositionem nomini *Κλεομάντει* addita a Graecorum consuetudine non abhorrent. Cf. Hom. Il. 3, 301. *ὧδέ σφ' ἐγκέφαλος χαμάδις ῥέοι —, αὐτῶν καὶ τεκέων.* coll. Odyss. 3, 381. Sophocl. Oed. Col. 864. *τοι γὰρ σέ, καὐτὸν καὶ γένος τὸ σὸν κτλ.* Platon. Apol. Socr. p. 42. A. *δίκαια πεπονθὼς ἐγὼ ἔσομαι ὑφ' ὑμῶν αὐτός τε καὶ οἱ υἱεῖς.* Criton. p. 50. D. *οὐχὶ ἡμέτερος ἦσθα δοῦλος, αὐτός τε καὶ οἱ σοὶ πρόγονοι;* Sympos. p. 221. D. *οἷος δὲ οὗτοσὶ γέγονε τὴν ἀτοπίαν ἄνθρωπος, καὶ αὐτὸς καὶ οἱ λόγοι αὐτοῦ.* Demosth. adv. Leptin. §. 33. *οὗτος ὁ ἀνὴρ καὶ αὐτὸς καὶ οἱ πρόγονοι.* Confer Reisig. Conjectann. p. 309. et ad Oed. Colon. p. 313. Stallbaum. ad Platon. ll. laudd. et ad Lys. p. 203. B. — Articulum *τοῖς* ante *ἐκγόνοις* e cod. Z receperunt Osannus, Pinzgerus, Blumius: quod temere factum est. Cf. Demosth. de fals. leg. §. 71. *ἐξώλη ποιεῖν αὐτὸν καὶ γένος καὶ οἰκίαν.* ib. §. 271. *ἐχθρὸν εἶναι — αὐτὸν καὶ γένος πᾶν.* in Mid. §. 113. *ἄτιμος ἔστω καὶ παῖδες καὶ τὰ ἐκείνου.* Aristophan. Thesmophor. 328. *κακῶς ἀπολέσθαι τοῦτον αὐτὸν κἀκίαν ἀρᾶσθε.* et quae citantur a Sauppio ad h. l. p. 133. Neque tamen ipse Sauppius temeritatis crimen effugit: etenim „suspectus foret (articulus), inquit, si positus esset." Quam sententiam refellere videntur loci supra allati. — Ceterum saepissime in codicibus commutantur *ἔκγονος* et *ἔγγονος* quod h. l. praebent ZB°: conf. Dem. de cor. §. 186. de

fals. leg. §. 48. et locos a Tayloro ad Dem. in Mid. p. 356. 8. ed. Reisk. excitatos. Cujus permutationis ansam praebuerunt et litterarum ductus et ipsa verborum notio: nam Demosthenis tempore ἔγγονος abiisse videtur in vocis ἔκγονος significatum. Conf. de fals. leg. §. 48. *Φιλίππῳ καὶ τοῖς ἐγγόνοις*. Dorvill. ad Chariton. p. 327. ed. Lips.

ἐν Πρυτανείῳ ἀΐδιον σίτησιν ἔδοσαν. De victu qui publice praebebatur in prytaneo magistratibus nonnullis, legatis atque civibus bene de patria meritis vide Boeckh. Staatshaush. d. Athen. I. p. 265. Wachsmuth. Hell. Alterth. I, 2. p. 34. Hermann. gr. Staatsalterth. p. 239. Inter honores autem et praemia quibus decorari solebant boni cives haud ultimum locum obtinet haec *σίτησις*, quam nonnumquam filiis decretam esse scimus quo patri post mortem honos haberetur. Dem. adv. Leptin. §. 107. 120. Isocrat. de permut. §. 94. Dinarch. in Dem. §. 101. Schaefer. appar. ad Dem. V. p. 494. — Pluralis verbi numerus *ἔδοσαν* per synesin copulatus est cum substantivo *πόλις*. Conf. Thucyd. 3, 80. *ὁ δὲ δῆμος — τοῖς τε ἱκέταις ἤεσαν εἰ; λόγους καὶ τοῖς ἄλλοις*. Demosth. orat. funebr. §. 2. *εἰδυῖα γὰρ* (*ἡ πόλις*) — *ᾠήθησαν*. in Neaer. §. 96. *καὶ ἡ πόλις — οὐκ ἠναντιοῦτο — ἵνα μὴ φθονηθῶσιν*. Vid. annot. ad §. 42. et 142. Bremi. excurs. X. ad Isocrat. oratt. fasc. I. Bernhardy. Synt. p. 420.

§. 88. *Ὁρᾶτε, ὁμοίως ἐφίλουν.* Neque particula *δὲ* opus est, quam vett. editiones ponunt post *ὁρᾶτε*, neque emendatio *ἆρά γε*, quam Coraës proposuit in ed. Lycurgi p. 65., ferri potest. Saepenumero enim reliquae orationi praemittuntur aut inseruntur *ὁρᾷς, ὁρᾶτε, δοκῶ, οἴομαι, οἶδα, εὖ ἴσθι, εὖ ἴστε, ἐμοὶ δοκεῖ* et similia, ita ut per se sententiam efficiant: quae res nonnumquam fraudi fuit editoribus. Multa hujus usus exempla congesta sunt a Schaefero ad Sophocl. Oed. Colon. 995. et in appar. ad Dem. V. p. 96. Heindorf. ad Platon. Protag. p. 336. B. Fritsch. Quaestion. Lucian. p. 25 sq. Poertsch. obss. critt. in Lys. oratt. p. 53 sq. Jacobitz. ad Lucian. Toxar. p. 113. et 114. Praemissis *ὁρᾷς, ὁρᾶτε* nonnumquam, velut hoc loco, ironia atque irrisio inest. Vid. Heindorf. l. l. Stallbaum. ad Platon. Sympos. p. 202. D.

οἵ γε προηροῦντο i. e. *quippe qui* praeferrent. *Ὅς γε* causae notionem continet: velut Thucyd. 1, 11. *ῥᾳδίως ἂν μάχῃ κρατοῦντες εἷλον, οἵ γε καὶ οὐκ ἀθρόοι — ἀντεῖχον*. Aristophan. Ran. 692. *πῶς γὰρ οὐχὶ γεννάδας, ὅς γε πίνων οἶδε καὶ βινεῖν μόνον;* Demosth. de cor. §. 312. *οὐκ ἀπορῶν, πῶς γάρ; ὅς γε κεκληρονόμηκας*. — Exempla dabunt Hartung. de gr. ling. partt. I. p. 407. Stallbaum. ad Platon. Phaedr. p. 257. E.

ἀντὶ τῆς — σωτηρίας ἀντικαταλλάττεσθαι. Cf. Platon. Menex. p. 237. A. καὶ τὴν τελευτὴν ἀντὶ τῆς τῶν ζώντων σωτηρίας ἠλλάξαντο. Plerumque verbum ἀντικαταλλάττεσθαι cum genitivo atque accusativo construitur, τί τινος. Dinarch. in Demosth. §. 2. 14.

μονώτατοι ἐπώνυμοι τῆς χώρας εἰσίν. Superlativum gradum μονώτατος, de qua forma conferas Matth. gr. gr. p. 257. Schaefer. Melet. p. 102. not., fuerunt inter veteres grammaticos qui a prosa oratione abjudicarent. Conf. Thom. Mag. p. 25. et 240. ed. Ritsch. et quos cit. Osann. ad h. l. Quamquam non modo apud poëtas (Aristoph. Plut. 182. Equitt. 351. Theocrit. 15, 137.) haec forma reperitur sed etiam in prosa oratione. Conf. infra §. 89. Auct. vit. Homeri c. 37. Aesop. fab. 350. Multa autem hoc genus contra rei naturam recepta apud oratores inveniuntur: quo pertinent αἰτιώτατος, ἀλλοτριώτατος, ἐναντιώτατος: audaciora etiam comici habent, velut αὐτότατος, Δαναώτατος (Bastius ad Gregor. Cor. p. 366.) geminissimus, Plaut. Pers. 5, 2, 49. — Transit orator a Codro rege ad heroës eponymos qui tribubus nomina imposuerunt (cf. annot. ad §. 1. Demosth. orat. funebr. §. 27 — 34. Meurs. lectt. Attic. V. 5. Hermann. gr. Staatsalterth. §. 111. 2.): in quorum numero Codrus non erat repositus, quamquam hic rex cum Academo, Harmodio, Aristogitone et aliis in heroum numero habebatur. Vid. Wachsmuth. Hell. Alterth. II. 2. p. 144. Pinzgerus cui durior visa est conjunctio Codri cum heroibus eponymis, mutata interpunctione τοιγαροῦν μονώτατοι, ἐπώνυμοι τῆς χώρας, εἰσὶν κτλ. scribendum esse ratus, verba germanice reddit: Deshalb sind sie ja auch einzig und allein, gleich denen welche dem Lande Namen gegeben haben, göttlicher Ehre theilhaftig geworden. Quae interpungendi atque interpretandi ratio audacior est quam quae ferri possit in prosa oratione.

ὑπὲρ ἧς γὰρ οὕτω σφόδρα ἐσπούδαζον. Ζῶντες cum Lobeckio sine idonea causa nonnulli inserunt. vid. annot. crit. Structuram σπουδάζειν ὑπέρ τινος vide ap. Demosth. in Neaer. §. 77. Idem valet σπουδάζειν περί τινος ap. Lycurg. §. 107. vid. Indd. Demosth. v. σπουδάζειν, Sauppium atque Baiterum ad Lycurg. §. 107. Bremi. ad Isocrat. Archidam. §. 23. in annot. crit. περί τι ap. Demosthenem et Xenophont. Cyrop. 6, 1, 50. Memorab. 4, 5, 10. ἐπί τινι ap. eund. Demosth. et Xenoph. Memor. 1, 3, 11. εἴς τι Dem. in Mid. §. 195. πρός τι Dem. in Androt. §. 76. Σπουδάζειν τι, occupatum esse re, exstat ap. Xenoph. Cyrop. 6, 1, 48. Sympos. 8, 17. de re equestr. 11, 10. de rep. Laced. 10, 3.

ταύτην καὶ τεθνεῶτες ἐκληρονόμουν. Eandem verbi

κληρονομεῖν constructionem Polybius habet 9, 39. τὰ δ' ἐδάφη κληρονομοῦσι — Αἰτωλοί. Sequiori graecitati assignandus est accusativus rei verbo κληρονομεῖν adjectus: Attici oratores genitivum rei cum hoc verbo solent conjungere. Vid. Lobeck. ad Phrynich. p. 129. Matthiae gr. gr. §. 329. — Formam τεθνεώς Lycurgus praebet etiam §. 89. τεθνάναι §. 125. at pleniorem habet §. 114. τεθνηκώς, quae Benselero suspecta est. cf. Benseler. ad Isocrat. Areopag. p. 88. At vide Buttmannum gr. gr. II. p. 150. coll. p. 15. et locos oratorum pleniorem formam exhibentes ab ipso Benselero excitatos. — Ceterum respicit orator honorem his viris habitum, quippe ἀφ' ὧν Ἀθηναίοις ὕστερον τὰ ὀνόματα ἔσχον αἱ φυλαί. Pausan. 1, 5.

§. 89. οὔτε ζῶν οὔτε τεθνεώς. Haec scriptura quam optimi codices AB praebent utique praeferenda est veterum editionum lectioni οὐδὲ τεθνεώς: quamquam negari non potest in sequentibus οὐδὲ γὰρ καλὸν κτλ. non tam vivi quam mortui Leocratis respectum haberi.

μονώτατος δ' ἂν — ἐξορισθείη τῆς χώρας. Καὶ μονώτατος δ' vett. edd. Bekkerii codices neque καὶ neque δ' habent: quamquam alterutrum recipiendum esse manifestum est. Utrumque enim locum non habet quum in verbis non insit oppositio sed amplificatio eorum quae praecedunt. Vide de particularum καὶ — δὲ potestate Hartung. de gr. ling. partt. I. p. 181 sq. Jacobitz. ad Lucian. Timon. p. 45. Toxar. p. 37. — Equidem cum Bekkero καὶ particulam ejicere malui quam cum Osanno δ' particulam repudiare.

δικαίως ἂν ἐξορισθείη τῆς χώρας. Conf. Dem. in Aristogit. A. §. 95. δεῖ δὴ — τοῦτο τὸ θηρίον ὑμᾶς ἐξορίσαι, ῥῖψαι ἐκ τῆς πόλεως, ἀνελεῖν κτλ.

καλύπτει. Dictiones ἡ γῆ (γαῖα) καλύπτει, κατέχει τινά ex Homericis fluxerunt: unde hauserunt etiam tragici. Conf. Aeschyl. Pers. 610. οἷον οὔπω Περσὶς αἶ' ἐκάλυψεν. Ipsum verbum καλύπτειν apud tragicos interdum idem valet quod θάπτειν. Conf. Aeschyl. Sept. 964. καὐτὴ καλύψω. Sophocl. Antigon. 28. ἐκκεκηρύχθαι τὸ μὴ τάφῳ καλύψαι.

§. 90. Καίτοι γε ἐπεχείρησεν εἰπεῖν, ὃ καὶ νῦν ἴσως ἐρεῖ πρὸς ὑμᾶς, ὡς οὐκ ἄν ποτε ὑπομεῖναι τὸν ἀγῶνα τοῦτον. Conf. Isocrat. adv. Euthyn. §. 16. ἴσως δ' Εὐθύνους ἐρεῖ ἃ καὶ πρότερον ἤδη, ὅτι κτλ. Καίτοι γε est verum quidem: accurate de his particulis post Hermannum ad Viger. p. 840. egit Hartungius de gr. ling. partt. I. p. 410 sq. — Ἐπεχείρησεν εἰπεῖν autem nihil aliud designat quam ausus est dicere. Conf. Aristoph. Ecclesiaz. 426.

μετὰ τοῦτο τοίνυν εὐπρεπὴς νεανίας
λευκός τις ἀνεπήδησ', ὅμοιος Νικίᾳ,

δημηγορήσων, κἀπεχείρησεν λέγειν,
ὡς χρὴ παραδοῦναι ταῖς γυναιξὶ τὴν πόλιν.

Optativus ὑπομείναι me quidem non magnopere offendit, licet magna sit dissensio de hoc loco inter viros doctos. Sunt enim qui contendant et sensum flagitare indicativum aoristi (ὑπέμεινε) et ipsam optativi formam ὑπομείναι a Lycurgi usu abhorrere. Quibus hoc libenter damus terminationes αις, αι optat. aor. I. plerumque a Lycurgo spretas esse (cf. §. 43. 49. 60. 66. 77. 91. 99. 100. 119. 133. 144. quae a Baitero citantur), illud non concedimus ut invitis codicibus hanc formam deleant. cf. Buttmann. gr. gr. I. p. 362. Sensum autem haud respuere optativum non dubito affirmare: pendent enim verba ὡς οὐκ ἄν ποτε ὑπομείναι κτλ. e praegressis ἐπεχείρησεν εἰπεῖν, quibus per parenthesin adjecta sunt vv. ὃ καὶ νῦν ἴσως ἐρεῖ πρὸς ὑμᾶς. Itaque quum ante ipsius judicii tempus haec dicta sint, quid obstat quominus reo tribuas haec: οὐκ ἂν ὑπομείναιμι τὸν ἀγῶνα τοῦτον συνειδὼς ἐμαυτῷ κτλ. ich würde mich nicht vor Gericht stellen, wenn ich mir bewufst wäre u. s. w. Immo aptior videtur optativus quam indicativus ὑπέμεινε, quo prorsus non poterat uti is cujus causa nondum coram judicibus agebatur. Cf. Andocid. de myster. §. 4. αὐτίκα ἐγὼ πολλῶν μοι ἀπαγγελλόντων ὅτι λέγοιεν οἱ ἐχθροὶ ὡς ἄρα ἐγὼ οὔτ' ἂν ὑπομείναιμι οἰχήσομαί τε φεύγων, — „τί γὰρ ἂν καὶ βουλόμενος Ἀνδοκίδης ἀγῶνα τοσοῦτον ὑπομείνειεν, ᾧ ἔξεστι μὲν ἀπελθόντι ἐντεῦθεν ἔχειν πάντα τὰ ἐπιτήδεια —; οὗτος ἄρα βουλήσεται περὶ τοῦ σώματος τοῦ ἑαυτοῦ κινδυνεῦσαι; κτλ. Ceterum quod Pinzgerus cum Aldo et Melanchthone dedit ὑπομεῖναι, si codices tenerent haud dubitarem in textum recipere: quippe quod in se nullo modo damnandum sit. Etenim particulae ὅτι, ὡς ab Atticis scriptoribus haud semel copulantur cum infinitivo, verbis cogitandi atque dicendi subjectae. Cf. Isac. de Philoctem. her. §. 10. ἐπεὶ δὴ δὲ προς διαμεμαρτύρηκεν ὡς υἱὸν εἶναι γνήσιον Εὐκτήμονος τοῦτον. Xenoph. Cyrop. II, 4, 15. ἀκούω γὰρ ὅτι καὶ συνθηρευτάς τινας τῶν παίδων σοι γενέσθαι αὐτοῦ· Exempla satis multa dabunt quos citat Stallbaumius ad Platon. Phaedon. p. 63. C., et Foertsch. obss. critt. in Lys. oratt. p. 79. Conf. Schoemann. ad Isac. p. 327. sq.

συνειδὼς ἑαυτῷ — διαπεπραγμένῳ. Cf. Matth. gr. gr. p. 1075 sq.

ὥσπερ οὐ πάντας καὶ τοὺς κλέπτοντας καὶ ἱεροσυλοῦντας τούτῳ τῷ τεκμηρίῳ χρωμένους. Particulae ὡς et ὥσπερ cum accusativo absolute posito conjungi solent: quod genus et poetae et pedestris orationis scriptores et maxime oratores frequentant. Dem. adv. Dionysod. §. 43. ὡς

ἐπ' αὐτοῖς ἐσόμενον. in Theocrin. §. 63. ὡς ὑμᾶς διὰ τούτους εὐποροῦντας οὐ τούτους διὰ τὸν δῆμον. Lys. in Alcibiad. §. 16. ὡς ἐκεῖνον πολλῶν ἀγαθῶν ἀλλ' οὐχὶ πολλῶν κακῶν αἴτιον γεγενημένον. Aeschin. in Ctesiph. §. 142. ὡς τοὺς Βοιωτούς — ἀγαπήσοντας ἀλλ' οὐ — ἀγανακτήσοντας in Timarch. §. 22. ὡς ὅπου πλείστη εὐκοσμία ἐστί, ταύτην ἄριστα τὴν πόλιν οἰκησομένην. ib. §. 33. ὡς — οὐδὲ βουλεύεσθαι δυνησομένους ἡμᾶς. Dem. in Mid. §. 36. ὡς — ἥττον ὑμᾶς ὀργιουμένους. adv. Conon. §. 32. ὡς ὑμᾶς εὐθέως πιστεύσοντας τὸ δ' ἀληθὲς οὐ λογιουμένους — Dem. adv. Dionysod. §. 41. ὥσπερ τὸ σὸν πρόσταγμα τῆς συγγραφῆς δέον κυριώτερον γενέσθαι. in Theocrin. §. 49. ὥσπερ ὑμᾶς ἀγνοήσοντας τὸν νόμον — ἢ οὐ πᾶσι δῆλον ὂν κτλ. ib. §. 51. ὥσπερ οὐ περὶ μὲν τῶν ἐγγεγραμμένων τοῦτον (τὸν νόμον) κείμενον — . Isocrat. de Big. §. 23. ὥσπερ οὐ πάντας εἰδότας — . Aeschin. in Ctesiph. §. 189. ὥσπερ ὑμᾶς ἀγνοοῦντας —. epistol. 11. §. 11. ὥσπερ ὑμᾶς οὐκ ἐπιτιμάμενους —. Alia vide apud Sluiter. lectt. Andocc. p. 101. ed. Schill. Zeune ad Viger. p. 560. Matthiae. gr. gr. p. 1122. Rost. gr. gr. ed. IV. p. 674. Cf. Bernhardy. Syntax. p. 134. — Καὶ τοὺς κλέπτοντας καὶ ἱεροσυλοῦντας. Recte Pinzger: als wenn nicht Alle, Diebe *sogar* und Tempelräuber —. Omissio articuli ante ἱεροσυλοῦντας a Graecorum consuetudine non abhorret: conf. Lycurg. §. 30. et quae congesta sunt a Kruegero ad Dionys. Historiogr. p. 140. et ad Xen. Anab. p. 92. Stallb. ad. Menex. Platon. p. 244. C. Bernhardy Synt. p. 318. — Articulum autem ante τεκμηρίῳ sine idonea causa deletum vult Coraës: quamquam si a codicibus abesset, facile equidem carerem articulo. Conf. annot. ad §. 9. p. 92.

τοῦ πράγματός ἐστι σημεῖον, ὡς οὐ πεποιήκασιν i. e. σημεῖον ὡς τὸ πρᾶγμα οὐ πεποιήκασιν. Illustrabunt hanc attractionem exempla quae obvia sunt apud Antiphontem de caed. Herod. §. 83. ἃ ἐγὼ ἀξιῶ μεγάλα τεκμήρια εἶναι τῆς αἰτίας, ὅτι οὐκ ἀληθῆ μου οὗτοι κατηγοροῦσι. et apud Lysiam adv. Philocrat. §. 1. ὃ κἀμοὶ δοκεῖ — εἶναι τεκμήριον τῆς ἀπογραφῆς, ὅτι ἀληθὴς οὖσα τυγχάνει.

ἐν Μεγάροις κατῴκησε. Conf. annot. ad §. 56.

§. 91. ἐπεί γε τὸ ἐλθεῖν τοῦτον, —. Coraës malebat ἐπεὶ τὸ γε ἐλθεῖν κτλ. atque similiter Heindorfius ap. Platon. Gorg. p. 492. B. pro ἐπεί γε οἷς ἐξ ἀρχῆς ὑπῆρξεν ἢ βασιλέων υἱέσιν εἶναι ἢ — τί τῇ ἀληθείᾳ αἴσχιον καὶ κάκιον εἴη σωφροσύνης καὶ δικαιοσύνης τούτοις τοῖς ἀνθρώποις; proposuit ἐπεὶ οἷς γε ἐξ ἀρχῆς κτλ. At interposito vocabulo opus non est quum ad universum enuntiatum pertineat particula γέ. Vid. Hermann. ad Viger. p. 785 sq. Hartung. de gr. ling. partt. I. p. 414 sq. et de vi atque potestate particulae γὲ in

ejusmodi sententiis Hartung. I. p. 406 sq. Naegelsbach ad Homer. Il. I. 352. — Verba τὸ ἐλθεῖν τοῦτον libere vagantur neque in sequentibus habent quo referantur: ut accusativus ἀνακολούθως positus h. l. deprehendatur i. e. *quod attinet ad ejus adventum* —. De quo genere disputarunt Matthiae. gr. gr. p. 789. et Bernhardyus Synt. p. 132 sq.

οἶμαι θεόν τινα αὐτὸν ἐπ' αὐτὴν ἀγαγεῖν τὴν τιμωρίαν. Verba θεόν τινα cum Blumio e codicibus AB recipienda esse putavi pro vulgatis θεῶν τινά. Quamquam non ab omni parte probo Hermanni annotationem ad Sophoclis Ajac. 977. „Recte dicas, inquit, servari aliquem ab aliquo deorum, ubi quum sponte intelligatur, deos esse, qui servent hominem, illud tantum spectatur, non illum certum quemdam, sed aliquem deorum esse. Sed ubi deum esse, non hominem dicere voles, singulari uteris." — Etenim quum pronuntiatione acueris nomen substantivum in θεῶν τις non poterit non idem sensus evadere quem singulari numero vindicat Hermannus. Confer Aeschin. in Ctesiph. §. 88. καὶ εἰ μὴ πρῶτον μὲν θεῶν τις ἔσωσε τὸ στρατόπεδον, ἔπειθ' οἱ στρατιῶται οἱ ὑμέτεροι — ἄνδρες ἀγαθοὶ ἐγένοντο κτλ. Demosth. de cor. §. 195. τότε δ' —, οὐκ ἄξιον εἰπεῖν, ἅ γε μηδὲ πεῖραν ἔδωκε θεῶν τινὸς εὔνοια. Grandiori tamen orationis figurae, quam amat Lycurgus, convenire videtur exquisitior ratio θεόν τινα. — ἐπ' αὐτὴν τὴν τιμωρίαν, gerade zur Bestrafung, zu nichts anderem als zur Bestrafung. Ad rem confer Andocid. de myster. §. 137. κατηγόρησαν δέ μου καὶ περὶ τῶν ναυκληριῶν καὶ περὶ τῆς ἐμπορίας ὡς ἄρα οἱ θεοὶ διὰ τοῦτό με ἐκ τῶν κινδύνων σώσαιεν, ἵνα ἐλθὼν δεῦρο ὡς ἔοικεν ὑπὸ Κηφισίου ἀπολοίμην. et Lys. in Andocid. §. 19. ὁ δὲ θεὸς ὑπῆγεν αὐτόν, ἵνα ἀφικόμενος εἰς τὰ ἁμαρτήματα ἐπὶ τῇ ἐμῇ προφάσει δώῃ δίκην.

ἵν' — τύχοι, καὶ — καταστήσειεν. Pro τύχοι veteres editiones cunjunctioni ἵνα subjiciunt τύχῃ quod per se spectatum minime displicet. Namque diversorum modorum in uno enuntiato post conjunctiones illatorum copulatio non aliena est a Graeci sermonis indole. De quo genere consulendi sunt Matthiae. gr. gr. p. 994 sq. Bremius in excurs. IX. ad Lysiae oratt. p. 446. Bernhardy. Synt. p. 401. Stallbaum. ad Platon. Menex. p. 240. D. Jacobitz ad Lucian. Toxar. p. 71. Sed codicibus in τύχοι conspirantibus, jure a recentioribus editoribus sublatus est conjunctivus.

Ἐτέρωθι μὲν γὰρ ἀτυχῶν οὔπω δῆλον εἰ διὰ ταῦτα δίκην δίδωσιν. Durior haec verborum structura visa est Blumio atque Kruegero: mihi non item. Etenim participium respicit ad sequentia verba δίδωσι, ὑπέχει, ut sen-

tentia sit: εἰ μὲν γὰρ ἑτέρωθι ἀτυχεῖ οὔπω δῆλον εἰ διὰ ταῦτα δίκην δίδωσιν· εἰ δὲ ἐνταῦθα κτλ. Latine sensum reddiderunt Baiterus et Sauppius: *alibi enim mala perpetiens nondum liquet num ob haec sua facinora poenas luat.* Vehementer autem errat Blumius qui sententiam loci sic constitui posse opinatur: εἰ ἠτύχει — δῆλον ἂν ἦν, quae verba nullo modo e Lycurgeis possunt elici: nec opus est tempore praeterito. In Addendis idem vir doctissimus Kruegeri conjecturam amplexus est: Ingeniosa est, inquit, conjectura quam C. G. Kruegerus mecum communicavit: ἂν τυχὼν pro ἀτυχῶν. Jam ὤ jungendum cum οὔπω δῆλον sc. ἦν, atque ipsa verborum trajectio multo tolerabilior, ut de languore verbi ἀτυχεῖν taceam. Quamvis enim et Graeci et Latini, ne male ominentur, de morte loquutionibus: *accidit ei aliquid* — et simil. uti soleant, tamen ejusmodi euphemismus non est satis commodus ubi ad inimicum et adversarium verba referuntur. Hactenus Blumius. Sed in verbo ἀτυχεῖν quod generalem notionem continet συμφοραῖς περιπίπτειν, non est quod quis haereat: quamquam negari non potest per euphemismum saepenumero hoc verbum poni de iis qui infamia notantur etc. Vide Indd. Demosth. p. 94. Schoemann. ad Isae. p. 444. — οὔπω δῆλον. Conf. Isocrat. Helen. Encom. §. 21. εἰ μὲν οὖν ὁ ταῦτα πράξας εἶ; ἦν τῶν τυχόντων —, οὐκ ἄν πω δῆλος ἦν ὁ λόγος, πότερον Ἑλένης ἔπαινος ἢ κατηγορία Θησέως ἐστίν. ib. §. 38. ἐκ μὲν τῆς Κύρου ςρατείας οὔπω δῆλον ὅτι καὶ τοὺς Εὐαγόρου κινδύνους ἂν ὑπέμεινεν, ἐκ δὲ τῶν τούτῳ πεπραγμένων ἅπασι φανερὸν ὅτι κτλ. Sauppius attulit Platonis locum Hipp. Maj. p. 299. E. οὐ γάρ πω διὰ τοῦτο καλή ἐστιν ἡδονή —, ὅτι δι' ὄψεώς ἐστιν. — δίκην διδόναι h. l. est *poenas dare:* quae loquutio interdum nihil aliud designat quam *judicibus rem dijudicandam permittere, judicium subire.* Temere enim cum Casparo Orellio Bremius ad Aeschin. in Ctesiph. §. 124. *illum* significatum tribuit dictioni δίκην διδόναι, *hunc* assignat loquutioni δίκας διδόναι. De qua re optime exposuit Schoemannus ad Isae. p. 357 sq.

ἐνταῦθα δὲ παρ' οἷς προὔδωκε — i. e. ἐνταῦθα δὲ ἀτυχῶν, εἰ δὲ ἐνταῦθα ἀτυχεῖ παρὰ τούτοις οὓς προὔδωκε.

ταύτην τὴν τιμωρίαν. Non reprehendo Bekkerum, summum virum, quod malle se dicit ταύτην τιμωρίαν, sed apta tamen vulgata esse videtur. Conf. annot. ad §. 9.

§. 92. οὐδὲν πρότερον ποιοῦσιν ἢ — παράγουσι. Spurium Bekkero videtur verbum ποιοῦσιν: quod tolerari posse patet e locis a Wurmio ad Dinarch. p. 72 sq. congestis, in quibus verbis οὐδὲν ἄλλο adjecta sunt vv. πράττειν et ποιεῖν. Cf. Demosth. de Chersones. §. 10. οὐδὲν ἄλλο ποιοῦ-

σιν ἢ καθιςᾶσι τὴν πόλιν εἰς τὸν αὐτὸν τρόπον κτλ. ib. §. 27. οὐδὲν οὖν ἄλλο ποιοῦσιν οἱ κατηγοροῦντες ἐν ὑμῖν ἢ προλέγουσιν ἅπασι κτλ. — Ipsos deos hominum quibus irati sint obcoecare mentes atque praecipites eos agere in pravas cupiditates atque cujusvis generis mala, priscorum hominum communis erat opinio. Quo pertinent Homerica Il. 6, 234. 17, 470. 22, 15. Odyss. 14, 178. 23, 10 sq. Cf. Jacobs ad Dem. Philipp. III. §. 54. in ed. Bremi.

τῶν ἀρχαίων τινὲς ποιητῶν. cf. infra §. 132. ὅθεν καὶ τῶν ποιητῶν τινὲς εἰρήκασιν. Obversantur enim oratori similes aliorum poëtarum loci: quorum nonnulli aetatem tulerunt. Conf. Aeschyli fragmentum a Platone de rep. II. p. 380. A., Plutarcho de audiend. poëtis c. 1. et ab Eusebio praepar. ev. 13, 3. servatum:

θεὸς μὲν αἰτίαν φύει βροτοῖς
ὅταν κακῶσαι δῶμα παμπήδην θέλῃ.

Sophocl. Antigon. 622. τὸ κακὸν δοκεῖν ποτ' ἐσθλὸν
τῷδ' ἔμμεν' ὅτῳ φρένας
θεὸς ἄγει πρὸς ἄταν.

et fragmentum apud schol. ad h. l.

ὅταν δ' ὁ δαίμων ἀνδρὶ πορσύνῃ κακά,
τὸν νοῦν ἔβλαψε πρῶτον ᾧ βουλεύεται.

Versus a Lycurgo citatos cum Valckenario ad Eurip. Hippol. p. 198. Euripidi solent assignare.

ὥσπερ χρησμοὺς γράψαντες τοῖς ἐπιγενομένοις — καταλιπεῖν. Confer Isocrat. Panegyr. §. 171. εἰ δὲ καὶ προαπεῖπον, ἀλλ' οὖν τούς γε λόγους ὥσπερ χρησμοὺς εἰς τὸν ἐπιόντα χρόνον ἂν κατέλιπον: et Aeschin. in Ctesiphont. §. 136. qui citatis aliquot Hesiodi versibus, οἶμαι, inquit, ὑμῖν δόξειν οὐ ποιήματα Ἡσιόδου εἶναι, ἀλλὰ χρησμὸν εἰς τὴν Δημοσθένους πολιτείαν. — Spreta librorum scriptura ἐπιγενομένοις Bekkerus de conjectura dedit ἐπιγινομένοις: at jure vulgatam defendunt Blumius, Baiterus et Sauppius. Sunt enim οἱ ἐπιγενόμενοι ii qui post poëtarum illorum tempora vixerunt: qui iidem poëtarum aetate erant οἱ ἐπιγινόμενοι: ut utrumque linguae graecae legibus consentaneum sit. Conf. Isocrat. de pace §. 94. καὶ γὰρ οἱ πρόγονοι — τήν τε πόλιν εὐδαιμονεςάτην τοῖς ἐπιγιγνομένοις παρέδοσαν, καὶ τῆς αὑτῶν ἀρετῆς ἀθάνατον τὴν μνήμην κατέλιπον (Bekker. cum cod. Urbinat.) ubi vulg. ἐπιγενομένοις haud incommoda est.

βλάπτῃ. Praesens de conatu positum nihil habet offensionis. Vid. Bernhardy. Synt. p. 370.

τοῦτ' αὐτὸ πρῶτον. Cf. Demosth. in Aristocrat. §. 149. οὗτος, ἐν μὲν ἁπάντων πρῶτον, κτλ. Vide de hoc genere Bernhardy. Synt. p. 129 sq. Verba τοῦτ' αὐτὸ autem de ea

re poni solent quae maximum momentum habet. Cf. Valcken. ad Herod. 3,71. Stallb. ad Platon. Gorg. p. 482. D. et quos citat.

τὸν νοῦν τὸν ἐσθλόν. Ὁ νοῦς ὁ ἐσθλὸς cui opponit orator τὴν χείρω γνώμην, ad mentis potissimum aciem pertinet: conf. frgm. supra excitatum: τὸν νοῦν ἔβλαψε πρῶτον. Quam θεοβλάβειαν etiam Aeschines commemorat in orat. in Ctesiph. §. 133. Θῆβαι δέ, Θῆβαι, πόλις ἀστυγείτων μεθ' ἡμέραν μίαν ἐκ μέσης τῆς Ἑλλάδος ἀνήρπασαι, εἰ καὶ δικαίως, περὶ τῶν ὅλων οὐκ ὀρθῶς βουλευσάμενοι, ἀλλὰ τήν γε θεοβλάβειαν καὶ τὴν ἀφροσύνην οὐκ ἀνθρωπίνως ἀλλὰ δαιμονίως κτησάμενοι.

§. 93. Τίς γὰρ οὐ μέμνηται τῶν πρεσβυτέρων κτλ. Trivit ejusmodi formulas consuetudo oratorum: compara Antiphont. de caede Herod. §. 71. ταῦτ' ὑμῶν αὐτῶν ἐγὼ οἶμαι μεμνῆσθαι τοὺς πρεσβυτέρους, τοὺς δὲ νεωτέρους πυνθάνεσθαι ὥσπερ ἐμέ. Isocrat. de pace §. 12. θαυμάζω δὲ τῶν τε πρεσβυτέρων, εἰ μηκέτι μνημονεύουσι, καὶ τῶν νεωτέρων, εἰ μηδενὸς ἀκηκόασιν ὅτι κτλ. Pronomen τίς autem in ejusmodi interrogationibus interposito verbo sejungi solet apud oratores a genitivo quocum copulatur. Cf. Dem. de cor. §. 202. τίς γὰρ οὐκ οἶδεν Ἑλλήνων, τίς δὲ βαρβάρων κτλ.; Lycurg. §. 106. τίς γὰρ οὐκ οἶδε τῶν Ἑλλήνων —; Dem. de cor. §. 315. τίς γὰρ οὐκ οἶδε τῶν ἁπάντων —; de fals. leg. §. 83. τίς γὰρ οὐκ οἶδεν ὑμῶν —; eadem Dem. in Mid. §. 37. et passim; sed apud Lycurg. §. 29. τίς γὰρ ὑμῶν οὐκ οἶδεν —; exstat, qua verborum collocatione rarius utuntur oratores.

Καλλίστρατον, οὗ θάνατον ἡ πόλις κατέγνω. De Callistrato oratore adeas quos citat Leloup ad Isocrat. de pace p. 131. atque Boeckhium Staatshaush. d. Ath. I. p. 246. Wachsmuth. Hellen. Alterth. I. 2. p. 281 sq. Hermann. gr. Staatsalth. p. 340. not. 10. Westermann, Geschichte der gr. Beredsamkeit p. 70 sq. Ad verba οὗ θάνατον ἡ πόλις κατέγνω confer quae sequuntur οὐδὲν ἧττον ὑπὸ τῆς πόλεως ἀποθανόντα. Vid. annot. ad §. 1.

ὅτι, ἂν ἔλθῃ Ἀθήναζε, τεύξεται τῶν νόμων. Thom. Mag. p. 12. ed. Ritsch. Ἀθήναζε κάλλιον ἢ εἰς Ἀθήνας· Ἀθήνηθεν οὐκ ἐξ Ἀθηνῶν· Ἀθήνησιν οὐκ ἐν Ἀθήναις. Similia tradunt Gregor. Cor. p. 165 sq. Moeris p. 20. Piers. edit. Lips. conf. Lycurg. §. 16. 19. Sed a praepositionibus haud abstinent Graeci: quamquam rarius nomine proprio cum praepositione copulato usi sunt quam adverbiis illis. Vid. Stallbaum. ad Platon. Hipp. Maj. p. 281. A. — τεύξεται τῶν νόμων. Taylori conjecturam νομίμων posthabui codicum scripturae: vid. quae annotavi ad §. 65. Inest autem Apollinis verbis ambiguitas ea quae oraculorum propria est:

τυγχάνει enim τῶν νόμων et is qui legis beneficio potitur, et homo nefarius qui poena legibus debita afficitur. Vide Reisk. Indd. Demosth. v. νόμος. Callistratum patria extorrem dei oraculum induxit ad sperandum fore ut in patriae gremium reversus, in integrum restitueretur: quae spes misere perdidit credulum atque improvidum hominem.

ἐπὶ τὸν βωμὸν τῶν δώδεκα θεῶν καταφυγόντα. Pro τῶν Bekkerus malit τὸν τῶν: sed iterato articulo opus non esse docent exempla a Matthiaeo gr. gr. p. 566. Baitero et Sauppio ad h. l. p. 135. congesta. Confer Schaefer. appar. ad Dem. I. p. 216. Bernhardy. Synt. p. 321. — Ara duodecim deorum in ea urbis parte quae ad occidentem spectat prope arcem in foro erat exstructa. Dedicaverat eam Pisistratus, Hippiae filius, amplificaverat postea populus, deleta inscriptione. Vide Thucyd. 6, 54. Mentio ejus fit apud Herodot. II. 7. et VI. 108. Boeckh. Corp. Inscript. I. p. 32. II. p. 483. Erat in asylorum numero: quo pertinent Misericordiae, Jovis Agoraei, Dianae et Eumenidum altaria. Vid. Meier. et Schoem. de Ord. Jud. p. 404. Ex hoc antiquissimo exemplari ara illa duodecim deorum, quae olim in villa Borghesiana fuit, nunc Parisiis asservatur, efficta esse videtur. Vid. Müller Archaeologie d. Kunst p. 70. n. 16. p. 440. n. 3. Ceterum de duodecim diis cf. Interpp. ad Aristophan. Avv. 96. Equitt. 235. Platon. Phaedr. p. 246. E. sq. Stallbaum. ad l. l.

ὑπὸ τῆς πόλεως ἀποθανόντα. De loquutione ἀποθνήσκειν ὑπό τινος vid. Hemsterhus. ad Lucian. v. I. p. 333. ed. Bipont. Heindorf. ad Platon. Protagor. p. 462. Bernhardy. Synt. p. 269. Conf. Aristophan. Thesmophor. 508. — με δεῖ δοῦναι δίκην ὑφ' ὑμῶν. Demosth. in Mid. §. 96. τηλικαύτῃ καὶ τοιαύτῃ συμφορᾷ περιπέπτωκεν ὑπὸ τούτου. ib. §. 100. ταῖς ἐσχάταις συμφοραῖς ἀδίκως ὑπὸ τούτου περιπέπτωκεν. ib. §. 144. ὑπὸ τῶν τυράννων — ἐκπεσεῖν.

τὸ γὰρ τῶν νόμων τοῖς ἠδικηκόσι τυχεῖν τιμωρία ἐστίν. Insolentior verborum collocatio hoc loco obvia (pro τὸ γὰρ τῶν νόμων τυχεῖν κτλ.) negligentiam potius quam artem redolet. Similiter infra §. 119. verba trajecta sunt ἐπειδὴ καὶ τὸ σῶμα οὐκ ἐδύναντο ὑποχείριον τοῦ προδότου λαβεῖν. Plato de rep. V. p. 472. D. τὴν ἐκείνοις μοῖραν ὁμοιοτάτην ἕξειν. Lys. in Andocid. §. 17. ὀργίζεσθαι — τοῖς ἀστοῖς ἀδικοῦσι μᾶλλον ἢ τοῖς ξένοις περὶ ταῦτα τὰ ἱερά. Vide exempla congesta a Foertschio in obss. critt. in Lys. oratt. p. 38 sq. et a Bernhardyo in Synt. p. 460.

Ὁ δέ γε θεὸς κτλ. Particularum δέ γε potestatem is perspiciet qui attenderit ad praegessa. Etenim orator in praecedentibus rei per se spectatae naturam atque rationem

exposuit (δικαίως κτλ.): at fieri potuit ut auditores ipsam viri scelesti punitionem justam crederent, partes autem quas deo detulerat orator a divinae naturae gravitate aliēnas putarent: quamobrem jam ipsius dei defensionem suscipit. „Was aber den Gott betrifft so etc." Cf. Hartung. de gr. ling. partt. I. p. 382.

δεινὸν γὰρ ἄν εἴη, εἰ — φαίνονται. Confer Platon. Apolog. Socrat. p. 25. B. πολλὴ γὰρ ἄν τις εὐδαιμονία εἴη περὶ τοὺς νέους, εἰ εἷς μὲν μόνος αὐτοὺς διαφθείρει οἱ δ' ἄλλοι ὠφελοῦσιν. Cratyl. p. 421. D. οὐδὲν θαυμαςὸν ἄν εἴη, εἰ ἡ παλαιὰ φωνὴ πρὸς τὴν νυνὶ βαρβαρικῆς μηδὲν διαφέρει. Protagor. p. 336. C. θαυμάζοιμ' ἄν εἴ τῳ ἀνθρώπων παραχωρεῖ. ib. p. 340. E. πολλὴ ἄν, ἔφη, ἀμαθία εἴη τοῦ ποιητοῦ, εἰ οὕτω φαῦλόν τί φησιν εἶναι τὴν ἀρετὴν ἐκτῆσθαι. Vide Matthiae. gr. gr. p. 1015 sq. Bernhardy. Syntax. p. 386. Stallbaum. ad Platon. Apolog. Socrat. p. 25. B. E quibus patet nihil offensionis habere praesens indicativi tempus in sententia hypothetica positum: quamquam vividiori sermoni hoc tempus assignandum est. Neque pluralis verbi numerus substantivo σημεῖα adjectus cuiquam spurius potest videri: quamquam a Porsoni regula recedit. Hic enim vir doctissimus in Add. ad Eurip. Hecub. 1149. „quantum equidem, inquit, judicare possum, veteres Attici hanc licentiam, si scilicet licentia appellanda est, ut plurale verbum neutri plurali subjicerent, numquam usurpabant, nisi ubi de *animantibus* ageretur." Quem refellunt Xenophon, Plato, Lysias, Isaeus, alii. Vide exempla hujus usus ap. Ast. ad Platon. Legg. p. 46. de rep. p. 386. Hermann. ad Sophocl. Electr. 430. Poppo. Prolegg. ad Thucyd. I. p. 97. ad Xenoph. Anab. I, 2, 23. Krueger. ad Xenoph. Anab. p. 62. Bremi. ad Lys. excurs. X. p. 448. Schoemann. ad Isae. p. 411. — Bernhardy. Synt. p. 418. Neque tamen Sauppio verborum conformatio arrisit, quam et codicum consensio et usus scriptorum satis videntur tueri. „Defendi potest vulgata, inquit, sed *nescio quid pungat* ut vitium subesse credam. Omnia bene procedunt deleto verbo φαίνονται, ita ut ταὐτὰ subjectum, σημεῖα praedicatum sit: si eadem nullo discrimine facto et bonis et malis res futuras indicarent: quum malis ea quae futura sint omnino non debeant indicari." Quae ratio subtilior, mea quidem sententia, atque audacior quam verior est: verba εἰ ταὐτὰ σημεῖα — φαίνονται, si eadem signa — edantur, wenn ein und dieselben Zeichen für die Guten und für die Gottlosen gegeben werden sollten, designant, eadem oracula pro eorum qui deum adeant moribus atque agendi ratione varios induere sensus. — Loquutiones τέρατα, σήματα φαίνειν de deo signa edente jam

Homerus usurpat. Vid. Nitzsch. ad Homer. Odyss. 3, 173 sq. Vocabulum κακοῦργοι autem quod h. l. latissime patet atque de malis in genere ponitur, in jure Attico arctioribus finibus circumscriptum est: de qua re vide Meier. et Schoemann. de Ord. Jud. p. 76.

§. 94. τὴν τῶν θεῶν ἐπιμέλειαν πάσας μὲν τὰς ἀνθρωπίνας πράξεις ἐπισκοπεῖν. Ἐπισκοπεῖν et ἐφορᾶν dicuntur dii quibus curae sunt res humanae: conf. Sophocl. Electra 173.

θάρσει μοι θάρσει τέκνον
ἔστι μέγας ἐν οὐρανῷ
Ζεὺς ὃς ἐφορᾷ πάντα καὶ κρατύνει.

Demosth. in Aristogit. I. §. 11. Δίκην ἣν Ὀρφεὺς — φησὶ — πάντα τὰ τῶν ἀνθρώπων ἐφορᾶν. Quo fit ut nonnumquam ἐπισκοπεῖν designet *favere, tueri:* velut apud Aristophan. Equitt. 1072.

ὦ δῆμ', ἐναργῶς ἡ θεός σ' ἐπισκοπεῖ·

et ib. 1085.

ἐπισκοπεῖ γὰρ (ἡ θεὸς) περιφανῶς τὸ ναυτικόν.

τὴν περὶ τοὺς γονέας καὶ τοὺς τετελευτηκότας καὶ πρὸς αὐτοὺς εὐσέβειαν. Dubium non est quin nomen εὐσέβειαν pariter ad verba τὴν περὶ τοὺς γονέας κτλ. atque ad τὴν πρὸς αὐτοὺς pertineat. Similiter Plato nomen εὐσέβεια de liberorum erga parentes pietate posuit de rep. X. p. 615. C. εἰς δὲ θεοὺς ἀσεβείας τε καὶ εὐσεβείας καὶ γονέας, et Aeschines in Timarch. §. 28. εἴ τις, inquit, οὓς ἐξ ἴσου δεῖ τιμᾶν τοῖς θεοῖς (parentes), εἰς τούτους ἐξὶ φαῦλος, τί ποτε, φησίν, ὑπ' αὐτοῦ πείσονται οἱ ἀλλότριοι καὶ ἡ πόλις ὅλη; — Confer quae sequuntur εἰς τούτους μὴ ὅτι ἁμαρτεῖν — μέγιστον ἀσέβημά ἐστι. et §. 96. ἀφ' ὧν καὶ τὸ χωρίον ἔτι καὶ νῦν προσαγορεύεσθαι τῶν εὐσεβῶν χῶρον. Fuerunt qui ad verba περὶ τοὺς — e praegressis πρᾶξιν cogitatione repeterent atque αὐτοὺς ad parentes referrent quos vel §. 97. poterat dedocere: ipsa autem dictio ἡ περὶ τοὺς γονέας — πρᾶξις vix ac ne vix quidem graeca est. Pronomen autem cum vi illatum propter opposita τοὺς γονέας καὶ τοὺς τετελευτηκότας, jure reflexivi pronominis vim videtur adscivisse: qui pronominis αὐτὸς usus non poëtarum proprius est (v. Bernhardy. Synt. p. 286 sq.) sed in prosa quoque oratione occurrit. Conf. C. F. Hermann. Specim. in Plutarchi de superstitione libellum p. 38 sq. — Ceterum ἡ πρὸς τοὺς θεοὺς εὐσέβεια recurrit ap. Demosth. de cor. §. 7. conf. annot. ad §. 76.: de praepositionis περὶ usu vid. annot. ad §. 129. Paucis autem orator de pietate erga deos atque de officiis quae bonum virum defunctis praestare deceat absolvit, copiosius de pietate erga parentes exponit. Isocrates

enim loquacitate usus ad narratiunculum senex degreditur quae prorsus a causa aliena est.

μὴ ὅτι ἁμαρτεῖν ἀλλ' ὅτι μὴ — καταναλῶσαι. Loquendi formulae *μὴ ὅτι, μὴ ὅπως — ἀλλά, οὐχ ὅτι, οὐχ ὅπως — ἀλλὰ* frequentissimae sunt in Graecorum reliquiis: exempla dabunt Devarius de partt. p. 183 sq. ed. Klotz. Viger. p. 432. 458. coll. 790. 804. Bos. ellips. ed. Schaefer. p. 775. Sluiter. Lectt. Andocc. p. 181. ed. Schiller. et qui optime de formulae vi exposuit, Hartungius in libro de gr. ling. partt. II. p. 153. — Abhorret autem a scriptorum consuetudine *ὅτι* post *ἀλλ'* repetitum: quamobrem Coraës hanc particulam cum *ἔτι* commutandam esse censuit. Nec potest negari in libris MSS nonnumquam confusa esse *ὅτι* et *ἔτι*, vid. Schaefer. ad Gregor. Cor. p. 484. Krüger. ad Dionys. Historiogr. p. 158.: sed *ἔτι* quoque ab hac formula alienum est. Sauppii autem *ἁμαρτεῖν, ἄλλο τι — ἀσέβημά ἐςι;* proponentis rationem me non perspicere libere confiteor. Fuit qui suspicaretur scribendum esse *ἀλλὰ τὸ μὴ κτλ.* conf. Bast. comment. palaeogr. p. 782. — *τὸν αὑτῶν βίον.* Pronomen respicit ad verba *εἰλήφαμεν* et *πεπόνθαμεν*: *nostram* vitam. Etenim pronomen *ἑαυτοῦ* de prima atque secunda persona solet adhiberi: vid. Ruhnken. ad Tim. Gloss. p. 92. Boissonad. ad Eunap. p. 342. Matthiae gr. gr. §. 489. II. Rost. gr. gr. p. 467 sq. ed. IV. Bernhardy. Synt. p. 272. Sine idonea causa Bernhardyus hunc usum plurali pronominis numero tribuit, singulari non item. Qui ne te in errorem inducat adeas velim Stallbaumium ad Platon. Alcibiad. II. p. 143. C.

§. 95. *Λέγεται οὖν.* *Οὖν* particula in mendo videtur cubare: *γοῦν* rescribendum esse in annotatione critica indicavi. Vide quae annotavi ad §. 71. de *γοῦν* particula: utramque nonnumquam confundunt librarii. cf. Jacobitz. ad Lucian. Toxar. p. 89.

εἰ γὰρ καὶ μυθωδέςερόν ἐστιν, ἀλλ' ἁρμόσει καὶ ὑμῖν ἅπασι τοῖς νεωτέροις ἀκοῦσαι. Conf. Isocrat. Panegyr. §. 28. *καὶ γὰρ εἰ μυθώδης ὁ λόγος γέγονεν ὅμως αὐτῷ καὶ νῦν ῥηθῆναι προσήκει.* — „Quae etsi fabulosa sunt tamen etiam vobis, adolescentes dico, auditu sunt utilia." Vocabulum *etiam*, *καὶ*, non habet quod displiceat, i. e. auch für euch noch: cf. Isocr. l. l. male Pinzgerus: besonders für euch Jüngere alle. Neque est quod in verbis *ὑμῖν ἅπασι τοῖς νεωτέροις* haereamus. Cf. Dem. de cor. §. 308. *ἔστιν ἡσυχία — ἣν οἱ πολλοὶ τῶν πολιτῶν ὑμεῖς ἁπλῶς ἄγετε.* in Mid. §. 58. *ὡς ἅπαντες ὑμεῖς οἱ ἄλλοι φεύγετε* et similia quae congessit Schaefer. app. ad Dem. III. p. 321. Itaque ap. Demosth. de cor. §. 98. cum codice *Σ* legendum esse censeo:

εῦτ' ἐποίουν οἱ ὑμέτεροι πρόγονοι, ταῦθ' ὑμεῖς οἱ πρεσβύ-
ερροι (ὑμῶν vulg. Bekk. ὑμῶν ὑμῖν s ὑμῖν k) οἳ — διεκωλύσατε:
no pertinere videtur etiam Dem. adv. Leptin. §. 52. ἃ παρ'
ιῶν τῶν πρεσβυτέρων αὐτὸς ἀκήκοα. — Virorum docto-
ım conjecturis, quas dedi in annot. crit., facile caremus.
eterum ad coronam conversus haec verba orator dixisse pu-
ndus est: cf. Dem. de cor. §. 196. — ἀλλ' ἁρμόσει. De
λλὰ particula post εἰ γὰρ καὶ illata confer Hartung. de gr.
ng. partt. II. p. 40 sq. Verbum ἁρμόζειν in ejusmodi sen-
ntiis frequentant oratores. Cf. Isocrat. de pace §. 1. εἰ —
ρμοσε τοιαῦτα προειπεῖν. de permut. §. 103. οὐκ ἂν ἥρμοσεν —
ήσασθαι τοῖς λόγοις. Demosth. de cor. §. 42. λόγους οὓς αὐ-
κα μᾶλλον ἴσως ἁρμόσει λέγειν. Aeschin. de fals. leg. §. 31.
ερὶ μὲν οὖν τῆς ἐξ ἀρχῆς κτήσεως — τότε μὲν ἥρμοττέ τε λέ-
ειν καὶ ἐῤῥήθη κτλ. Vid. Schaefer. ad Dionys. Hal. de C. V.
. 46. — Historiam quam enarrat orator utriusque linguae
criptores contriverunt. Cf. Aristotel. de mundo 6, 23. Strabo.
, p. 412. B. Pausan. Phocic. 28, 2. Philostrat. Vit. Apollon.
, 17. Nonn. exeges. in Greg. Naz. p. 143. Stobae. Serm. 77,
. 414. Conon. narrat. 43. Valer. Max. 5, 4. extr. 4. Clau-
an. Idyll. 7. Lucil. Jun. 5. Cornel. Sever. Aetna V. 600 sq.
ygin. fab. 254. Apulej. de mundo p. 73. ed. Elmenh. Sil.
al. 14, 196. Auson. de clar. urb. 11. Martial. epigr. 7, 24.
olin. Polyh. 5. Seneca de Benefic. 3, 37. 6, 36. Vid. Pinzg.
Lycurg. p. 223. Duorum autem apud eos quorum nomina
Pinzgeri libro transcripsi, juvenum mentio fit, Lycurgus
ium filium commemorat. Illi ab altero matrem, patrem ab
tero servatum esse perhibent, hic de matre verbum omnino
illum facit. Ceterum Stobaeus, qui de duobus fratribus *Ca-
ensibus* loquitur, rem assignat Olympiadi LXXXI.

ἐκ τῆς Αἴτνης ῥύακα πυρὸς γενέσθαι. Particula
τρ quam post parenthesin cum Osanno inter ἐκ et τῆς non-
illi inserunt, a Graecorum consuetudine abhorret. — Ignes
montis vertice erumpentes ῥύακα etiam Pausan. Phocic. 28, 2.
incupat. Cf. Thom. Mag. p. 324. Ritsch. λέγεται δὲ ῥοῦς
ὶ θαλάττης καὶ ἐπὶ ποταμοῦ, ῥύαξ μέντοι ἐπὶ μόνου ποταμοῦ·
ὴ δὲ ἐπὶ δακρύων καὶ αἵματος, qui vera falsis admiscuit.
id. Aeschyl. Pers. 757. ἔνθα πεδίον Ἀσωπὸς ῥοαῖς ἄρδει.
gamemn. 264. Εὐρίπου ῥοάς. Sophocl. Aj. 419. ὦ Σκαμάν-
ιοι γείτονες ῥοαί.

ἐπὶ τὴν ἄλλην χώραν καὶ δὴ καὶ πρὸς πόλιν τινά.
rticula τε quam ante ἄλλην desiderant Pinzgerus atque Bai-
rus, male videtur abesse. Conf. Stallb. ad Platon. Phaedon.
112. E. de rep. II. 357. A. Jon. p. 530. B. Hartung. de gr. l.

partt. I. p. 265. Exemplum a Blumio allatum Plat. Gorg. 526. E. παρακαλῶ δὲ καὶ τοὺς ἄλλους πάντας ἀνθρώπους —, καὶ δὴ καὶ σέ. ad Lycurgi locum defendendum non posse adhiberi, loco Platonico denuo pensitato, ipsum Blumium, virum humanissimum, concessurum esse confido.

ἕνα δέ τινα. v. Bernhardy. Synt. p. 442.

οὐχὶ δυνάμενον. Major vis inest adverbio οὐχὶ quam negationi οὐ — „gar nicht." Vide Hartung von den Casus p. 239. de gr. l. partt. II. p. 79.

ἀράμενον φέρειν. Cf. Aristoph. Ecclesiaz. 774. καί φασιν οἴσειν ἀράμενοι. Ceterum attendas velim ad infinitivorum discrimen ῥεῖν — ὁρμῆσαι — ἀποχωρεῖν — φέρειν.

§. 96. Φορτίου δ', οἶμαι, προσγενομένου. Οἶμαι intersertum inter substantivum et verbum respondet verbis: natürlicher Weise, sans doute. Viger. p. 270.

ἐγκατελήφθη, ἐγκατελείφθη LPZ Mel. quae confusio frequens est. Vid. Krüger. ad Dionys. Historiogr. p. 296.

ὅθεν δὴ καὶ ἄξιον θεωρῆσαι τὸ θεῖον, ὅτι — εὐμενῶς ἔχει. De attractione h. l. obvia conf. annot. ad §. 62. Aeschin. in Ctes. §. 115. σκέψασθε δὴ τὸν δαίμονα καὶ τὴν τύχην, ὅσῳ περιεγένετο τῆς — ἀσεβείας. — ὅθεν δὴ καί. δὴ particula vocabulo relativo adjecta pondus addit verbo quod per se spectatum parvi momenti est. Conf. Xenoph. Memor. II. 1. 21. Καὶ Πρόδικος δὲ ὁ σοφὸς ἐν τῷ συγγράμματι τῷ περὶ τοῦ Ἡρακλέους, ὅπερ δὴ καὶ πλείοσις ἐπιδείκνυται, ὡσαύτως περὶ τῆς ἀρετῆς ἀποφαίνεται. Platon. Phaed. p. 72. A. ἀναγκαῖον τὰς τῶν τεθνεώτων ψυχὰς εἶναί που ὅθεν δὴ πάλιν γίγνεσθαι.

ἀφ' ὧν καὶ τὸ χωρίον ἔτι καὶ νῦν προσαγορεύεσθαι τῶν εὐσεβῶν χῶρον. Verbum προσαγορεῦσαι quod in veteribus editionibus atque in plurimis codicibus est, nisi cum Blumio ejeceris verba ἔτι καὶ νῦν, ferri non poterit. Qua medicina lenior videtur ea quam huic loco adhibuit Reiskius προσαγορεύεσθαι scribens: nam Corais conjectura προσηγορεῦθαι vereor ne viris doctis tum propter ipsam formam, tum propter praecedentia ἔτι καὶ νῦν pariter displiceat atque vetus scriptura. Pinzgerus e codice P suscepit tempus finitum προσαγορεύεται quod a docti librarii manu emendatrice profectum esse manifestum est: quo recepto quid accusativo χῶρον fiet? — Ceterum de infinitivo post pronomen relativum posito adi Matthiae. gr. gr. p. 1058. cf. Lycurg. §. 100. Locutionem ἀπό τινος προσαγορεύεσθαι illustravit Schaefer. Melet. p. 93. Etiam formula ἔτι καὶ νῦν frequentis est usus. Cf. Aeschin. in Ctes. §. 113. ἀναγεγραμμένων ἔτι καὶ νῦν. ib. 259. δωροδοκήσαντα καὶ ἔτι καὶ νῦν κεκτημένον. — τῶν εὐσε-

βῶν χῶρον. De articuli omissione quam h. l. offendimus vid. annot. ad §. 137. exspectabas enim τὸν τῶν εὐσεβῶν χῶρον. Οἱ εὐσεβεῖς apud Lycurgum pater et filius videntur nominari: quamquam ex aliis scriptoribus patet hoc nomen duobus illis juvenibus inditum fuisse. Cf. Pausan. Phocic. 28, 2. περὶ πλείσου γὰρ δὴ ἐποιοῦντο οἱ πάλαι γονέας, ὥσπερ ἔστιν ἄλλοις τε τεκμήρασθαι καὶ ἐν Κατάνῃ τοῖς καλουμένοις εὐσεβέσιν, οἳ ἡνίκα ἐπέῤῥει τῇ Κατάνῃ πῦρ τὸ ἐκ τῆς Αἴτνης, — ἔφευγον ὁ μὲν ἀράμενος μητέρα, ὁ δὲ αὐτὸν τὸν πατέρα.

τοὺς — γονεῖς ἅπαντας ἐγκαταλιπόντας ἀπολέσθαι. Displicet verborum trajectio: ἅπαντας enim post ἐγκαταλιπόντας collocandum erat. Quamquam non nescius sum quoties in hoc genere ab oratoribus peccatum sit. De forma γονεῖς cf. §. 15. et §. 97.

§. 97. Ὥς τε καὶ ὑμᾶς δεῖν —. Infinitivum δεῖν pro vulg. δεῖ ex optimis codicibus AB cum Baitero et Sauppio in verborum ordinem recipiendum esse putavi.

τὴν παρὰ θεῶν. De omissione articuli ante θεῶν, quod nomen h. l. ad universum genus refertur, v. Schaefer. Melett. p. 4. Schneider. ad Xenoph. Cyrop. 3, 1, 34.

τοὺς μὲν γὰρ θεοὺς τὰς πατρίους τιμὰς ἀπεςέρηκε. Ingeniosa Reiskii conjectura τὰς pro τοὺς jure a recentioribus editoribus recepta omnia plana reddidit. Verba τιμὰς ἀπεςέρηκὲ sine articulo ferri non possunt. Conf. §. 59.

τῶν νομίμων οὐκ εἴασε τυχεῖν. De νομίμοις quae huc pertinent vid. Schoemann. ad Isae. p. 218 sq. 222 sq. Wachsmuth. Hellen. Alterth. II. 2. p. 78. cf. §. 59. τοὺς τετελευτηκότας — τῶν πατρίων νομίμων ἀποςερῶν. et §. 147. τὰ μνήμεῖα αὐτῶν ἀφανίζων καὶ τῶν νομίμων ἀποςερῶν.

§. 98. ποιοῦντες ἐφιλοτιμοῦντο — ἀκούσαντες ἀποδέχοισθε. Attendas ad participia ποιοῦντες et ἀκούσαντες: denn was jene zu thun stolz waren, das dürftet ihr wohl mit Recht nachdem ihr es gehört billigen i. e. hören und billigen. Pinzgerus verba ταῦτα δικαίως — ἀποδέχοισθε reddit: mit Recht möchtet ihr — willig anhören: Blumius „ea merito vobis audientibus erunt accepta." — Dictio φιλοτιμεῖσθαι ἐπί τινι, ex aliqua re laudem sibi vindicare, Isocrati familiaris est: conf. §. 140.

Φασὶ γὰρ Εὔμολπον κτλ. Tangunt hoc bellum Thucydides II. 15. atque Xenophon Memorab. 3, 5, 10. Isocrates Panegyr. §. 68. Panathen. §. 193. Demosthenes or. funebr. §. 8. Plato Menex. p. 239. B. Plutarch. Parallel. XX. Apollodorus libr. III, 15, 4. Pausanias I, 38, 3. quibus adde Schol. ad Eurip. Phoeniss. 854. Lycurgo idem argumentum tractanti obversata esse videntur Isocratis verba (Panath. §

193.) *Θρᾷκες μὲν γὰρ μετ' Εὐμόλπου τοῦ Ποσειδῶνος εἰσέβαλον εἰς τὴν χώραν ἡμῶν, ὃς ἠμφισβήτησεν Ἐρεχθεῖ τῆς πόλεως.* — Chione Orithyiae e Borea filia a Neptuno compressa peperit Eumolpum, qui quum ad Tegyrium Thracem venisset ei in regno successit. Post ab Eleusiniis arcessitus quum opem iis adversus Athenienses ferret ab Erechtheo rege interfectus est. Quamquam superstitem huic bello Eumolpum sacris Eleusiniis praefuisse Pausanias commemorat.

ἐλθεῖν — ἀμφισβητοῦντα. Participii praesentis verbo eundi additi ratio perspicua est. cf. Matth. gr. gr. p. 1106.

Πραξιθέαν τὴν Κηφισοῦ θυγατέρα. Apollodoro teste Praxithea Cephisi fuit *neptis*, non filia, e filia Diogenia, Phrasimi uxore. III. 15, 1. — *Κηφισσοῦ* geminata littera σ praebet Z: quam scripturam aspernatur veterum Graecorum usus. Confer quae de hujus nominis forma disputata sunt ab Osanno ad h. l. et a Muellero in libro: Orchomenos und die Minyer p. 479.

§. 99. *τὴν θυγατέρα.* Cf. Apollodor. III. 15, 4. *ἔχρησεν ὁ θεὸς κατορθώσειν τὸν πόλεμον, ἐὰν μίαν τῶν θυγατέρων σφάξῃ· καὶ σφάξαντος αὐτοῦ τὴν νεωτάτην* — scil. Chthoniam. Vid. Muncker. ad Hygin. fab. 46. Quatuor enim filias et tres filios Apollodorus assignat regi. *κρατήσειν τῶν πολεμίων.* cf. §. 106. *τῶν πολεμίων ἐκράτησαν*: sed §. 81. *κρατήσας τοὺς βαρβάρους* et §. 104. *τὸν ϛόλον — ἐκράτησαν.* Cf. quos laudavi ad §. 81.

ὁ δὲ — ἐξέβαλε. Codicum scripturam *ὡς δὲ* aspernatur totius loci conformatio. *Δὲ* particula in apodosi posita minime molesta est. De quo usu post Buttmannum (excurs. XII. ad Dem. in Mid.), Hermannum ad Sophocl. Philoctet. 86. et alios quos vide ap. Pinzger. ad h. l. p. 226. Blum. p. 122. Stallbaum. ad Platon. Sympos. p. 220. B. luculenter egit Hartungius de gr. l. partt. I. p. 183 sq. — *τοὺς ἐπιστρατευομένους.* cf. §. 49. *τῶν ἐπιόντων.* §. 57. *τοὺς ἐπιόντας.* Ceterum verbum *ἐπιϛρατεύειν, ἐπιϛρατεύεσθαι* quando cum nomine copulatur et tertium et quartum casum adsciscit. Vid. Valckenar. ad Eurip. Phoeniss. 292.

§. 100. *τά τε ἄλλ' ὧν ἀγαθὸς ποιητὴς καὶ τοῦτον τὸν μῦθον προείλετο ποιῆσαι.* Transitus a participio ad tempus finitum nihil offensionis videtur habere: vid. annot. ad §. 17. p. 108. Alia dabit Baiterus ad h. l. p. 137. Eam autem struendi rationem quam Blumius proposuit, *τὰ ἄλλα* aeque ac *τοῦτον τὸν μῦθον* ad *ποιῆσαι* referri posse contendens, ipsa verborum collocatio refellit.

τοῦτον τὸν μῦθον — ποιῆσαι „diesen Mythos poëtisch zu bearbeiten." Vid. Pass. lex. v. *ποιεῖν.*

ἐκείνων. Pronomen respicit ad Erechtheum, Praxitheam et filiam Chthoniam.

συνεθίζεσθαι ταῖς ψυχαῖς τὸ τὴν πατρίδα φιλεῖν. Articulum τὸ pro veterum editionum scriptura τῷ suppeditarunt MSS: quem recentiores editores reposuerunt etsi de verborum explicatione inter se discreparunt. Pinzgerus: durch deren Anschauung und Betrachtung ihren Seelen die Liebe zum Vaterlande sich angewöhne. Cui adversatur Blumius, jure, mea quidem sententia: συνεθίζεσθαι enim adjectum regit infinitivum τὸ τὴν πατρίδα φιλεῖν, cui ex abundanti additur articulus τό, quo significantior reddatur hic modus atque ipsum rei momentum indicetur. Vide de hoc genere Matthiae. gr. gr. §. 543. Bernhardy. Synt. p. 355 sq. Rost. gr. gr. p. 640 sq. ed. IV. — Isocr. de permut. §. 265. συνεθιζόμενοι λέγειν καὶ πονεῖν. ib. §. 277. ὁ δὲ τὰς τοιαύτας (πράξεις) συνεθιζόμενος θεωρεῖν καὶ δοκιμάζειν. Dinarch. in Demosth. §. 55. τὸν ἐν τοῖς μικροῖς συνεθιζόμενον ἀδικεῖν. — Dativus ταῖς ψυχαῖς arcte jungendus est cum verbo συνεθίζεσθαι: cf. διεφθάρθαι ταῖς γνώμαις Xenoph. Cyrop. 4, 1, 8. et similia ap. Matthiae gr. gr. p. 782 sq.

τῶν ἰαμβείων. Hi versus e tragoedia Erechthei nomine insignita desumti sunt. Conf. Plutarch. Parallel. gr. et rom. XX. de exsilio XIII. ubi quatuor versus ex iis qui hoc loco obvii sunt reperiuntur. Apud Matthiaeum et Dindorfium est fragmentum Erechthei XVII.

In Euripidis fragmentum.

Graeci oratores interdum poëtarum versus inserunt orationibus, velut Demosthenes de fals. leg. §. 245. 255. Aeschines in Timarch. §. 128. 129. 144. 148. 149. 150. 151. 152. in Ctesiph. §. 135. 184 sq. 190. neque Romani in foro hoc genus aspernati sunt, quippe quos *vel ad fidem causarum vel ad ornamentum eloquentiae* veterum poemata inseruisse notum sit. Quintilian. 1, 8, 11. Neque tamen potest negari longius in hac re processisse Lycurgum quam vel res pateretur vel fori usus atque consuetudo ferret. Ceterum ipsum Euripidis fragmentum quod seni verborum magnificentiam affectanti atque poëtarum flores decerpenti debetur, multis vitiis inquinatum ad nos pervenisse nemo non intelliget qui vel oculis perlustraverit scripturae varietatem.

v. 1. τὰς χάριτας ὅσις — χαρίζεται ἥδιον. Substantivis abstractis et neutri pronominum atque adjectivorum generi et poëtae et pedestris orationis scriptores subjicere solent pronomina ὅς, ὅσις ad homines relata. De quo genere exposuit Bernhardy. Synt. p. 291. Cf. Matth. gr. gr. p. 900. not.

Schaefer. appar. ad Dem. III. p. 448. IV. 493. V. 597. et quos laudavit. Bremi. ad Dem. adv. Onetor. II. §. 6. Loquutionem χάριτας χαρίζεσθαι, gratiam referre, etiam oratores frequentant. Isocrat. ad Demon. §. 31. τὰς χάριτας ἀχαρίστως χαριζόμενος. Dem. de cor. §. 239. κενάς γε χαρίζῃ χάριτας τοῦτοισὶ συκοφαντῶν ἐμέ. Aeschin. in Ctes. §. 233. ἡ δὲ χάρις πρὸς ὃν ἐχαρίζετο ἄδηλος γεγένηται.

v. 2. ἥδιον: sic codices. Nihil mutandum. Etenim comparativus gradus et per se spectatus defendi potest v. Matth. gr. gr. §. 457. Bernhardy. Synt. p. 433. et propter oppositorum rationem ὅστις εὐγενῶς χαρίζεται ἥδιον —, οἳ — χρόνῳ δὲ δρῶσι — δυγενέστερον, ad hunc locum maxime accommodatus est. — ἐν βροτοῖσιν bei den Menschen, apud homines i. q. hominum judicio. Cf. Sophocl. Antigon. 925. εἰ τάδ' ἐστὶν ἐν θεοῖς καλά. — δρῶσι μέν. Verbum δρᾶν ut ποιεῖν et πράττειν antecedentis verbi vicem gerit (i. e. χαρίζονται) v. Heindorf. ad Platon. Soph. p. 403. Bremi. ad Lys. de ol. sacra §. 12. Wurm. comment. in Dinarch. p. 96.

v. 3. χρόνῳ δὲ δρῶσι . . . δυσγενέστερον. Quod vett. edd. praebent πολλῷ δυσγενέστεροι in codicibus non est: v. annot. crit. Itaque lacunae signum inserui post δρῶσι. Fuit quum suspicarer χρ. δὲ δρῶσι, δυσγενέστερον πολύ. Cf. Euripid. Heraclid. 1013. μεῖζον τίουσα τῆς ἐμῆς ἔχθρας πολύ. ib. 1039. Ἥραν νομίζων θεσφάτων κρείσσω πολύ. Nam quod inter δρῶσι et δυσγενέστερον cum Heinrichio nonnulli inserunt δρῶσι, est illud quidem speciosum, neque tamen arridet verbum ter repetitum. — χρόνῳ post (longum) tempus, mora interposita, cunctanter. Cf. Sophocl. Philoct. 598. χρόνῳ τοσῷδε ib. 723. πλήθει πολλῶν μηνῶν. Valcken. ad Eurip. Phoeniss. 313.

v. 4. δώσω — κτανεῖν. cf. §. 43.

v. 5. πρῶτα μέν. Ἔπειτα quod huc respicit, sequitur v. 14. — πρῶτα μὲν pro πρῶτον μὲν frequentant poëtae. conf. Aeschyl. Supplic. 173. Pers. 385. Euripid. Iphig. in Taur. 1029. et pass. vid. Matth. gr. gr. p. 833.

v. 7. ἦ πρῶτα μὲν λεὼς οὐκ ἐπακτὸς ἄλλοθεν, αὐτόχθονες δ' ἔφυμεν. Conf. Eurip. Jon. 591.

ἄκουσον· εἶναί φασι τὰς αὐτόχθονας,
κλεινὰς Ἀθήνας οὐκ ἐπείσακτον γένος.

De re adeas §. 41. et 83. — ἦ de cujus adverbii potestate vide Hartung. über die Casus p. 90. tuentur codices: conjectura Heinrichii οἳ minime opus est. Pro δὲ post αὐτόχθονες illato exspectaveris ἀλλὰ αὐτόχθονες: sed οὐ — δὲ particularum usus in membris oppositis non recedit a Graecorum consuetudine. Cf. Thucyd. I, 5. οὐκ ἔχοντός πω αἰσχύνην τούτου τοῦ ἔργου, φέροντος δέ τι καὶ δόξης. 4, 86. αὐτὸς δὲ οὐκ

ἐπὶ κακῷ, ἐπ' ἐλευθερώσει δὲ τῶν Ἑλλήνων παρελήλυθα. Vid. Hartung. de partt. I. p. 171 sq. Ceterum verba πρῶτα μὲν membro opposito carent.

v. 9. πεσσῶν ὁμοίαις διαφοραῖς ἐκτισμέναι. Plutarchus de exsil. c. 13. tenet πεσσῶν ὁμοίως διαφορηθεῖσαι βαλαῖς: quae verba qua ratione cum Lycurgeis consociari possint equidem nescio. Neque enim credibile est Plutarchum qui post v. 10. quinque versus adjicit apud Lycurgum non obvios, et hos versus de suo addidisse et illum de quo nunc agimus audacter in alterius locum substituisse. A vero haud absimile est, alia ejusdem tragoediae recensione usum esse Lycurgum, alia Plutarchum: etenim recentiorum poëtarum διασκευῇ et ipsorum histrionum petulantia factum est ut varias veterum poëtarum fabulae induerent formas. Cf. Boeckh. de trag. gr. princ. p. 14 sq. Hermann. praefat. in Trachin. p. XIV. Grysar. de trag. gr. qualis fuit circum tempp. Demosth. p. 3 sq. — Intellige διαφοραῖς ὁμοίαις διαφοραῖς πεσσῶν i. e. casibus conditae similibus calculorum transpositionibus nulla ordinis specie servata huc illuc datorum. Πεττεία autem in antiquissimorum ludorum numero est atque jam Homericis temporibus probata. Cf. Hom. Odyss. 1, 107. Herod. 1, 94. Cujus inventorem alii Aegyptium Theuth, Plat. Phaedr. p. 274. D., alii Palamedem fuisse narrant, velut Alcidamas Ulyss. p. 671. 25. p. 672. 20. ed. Bekker. et Gorgias pro Palamede p. 690. 3. ed. Bekk. cf. Eustath. ad Homer. Odyss. 1, 107. Adi, si tanti est, Ruhnken. ad Timae. p. 217. Hemsterhus. ad Polluc. 9, 97. Hyde histor. aleae p. 112.

v. 10. εἰσαγώγιμοι i. q. εἰσακτοί, ἐπακτοί. cf. Lycurg. §. 26. ἐξαγώγιμον — τὴν βοήθειαν ἐποίησε. Veterum editionum atque plurimorum codicum scripturam εἰσαγώγιμαι ei quam codd. Z et Burnejanus correct. obtulerunt posthabui.

v. 11. πόλεος pro πόλεως metrum sibi vindicat. Vid. Matth. gr. gr. p. 179. — οἰκίζει Beckerus: „qui vero ab alia urbe migrans, aliam incolit" et similiter Thurotus Gallus. At verbum οἰκίζειν non est *incolere* sed *condere* urbem.

v. 12. ἁρμὸς πονηρὸς ὥσπερ ἐν ξύλῳ παγεὶς κτλ. Pinzgerus audacter: „Gleich einem wilden Zweige auf den Stamm gepfropt." Alii ἁρμὸς explicant γόμφος, ἧλος. Sed ἁρμὸς nihil aliud videtur designare quam lignum s. asserem agglutinatum, ein eingefugtes Stück Holz, ut sententia sit „gleich faulem Holz gesundem Holze eingefugt." — ἐν ξύλῳ παγεὶς i. q. ἐμπαγεὶς ξύλῳ.

v. 13. λόγῳ πολίτης ἐστί, τοῖς δ' ἔργοισιν οὔ. Cf. Sophocl. Oed. Colon. 782. λόγῳ μὲν ἐσθλὰ τοῖσι δ' ἔργοισιν κακά. Osannus in codicibus A°B° scriptum esse πολίζης

(scrib. πολιςής) testatur: Bekkerus hanc scripturam ignorat. Quae ut in codicibus reperiatur, a poëtae sententia abhorret. Etenim Euripides conditores urbis (ὅςις — οἰκίζει πόλιν) tamquam adventitios opponit αὐτόχθοσι: πολιςὴς autem si reciperetur, hoc significaret poëta „non urbem condit, sed — coloniam" (Pinzger.) vel potius „civitatem condit quae nomine non re civitas sit." Utrumque ab hoc loco alienum est, ubi non urbis status atque conditio sed civium indoles atque natura respicitur.

v. 14. τοῦδ' ἕκητι. τοῦδ' ἕκατι e Porsoni praecepto de tragicorum Dorismis cum Matthiaeo Baiterus et Sauppius ediderunt: cf. Lobeck. ad Phrynich. p. 428. not. Equidem sine codicum suffragiis (codices enim h. l. ἕνεκα et ἕνεκεν suppeditant) talia non ausim exterminare.

v. 16. πόλεως δ' ἁπάσης τοὔνομ' ἕν, πολλοὶ δέ νιν ναίουσι. Manum poëtae partim codices partim virorum doctorum conjecturae restituerunt. Vid. annot. crit. Quod Sauppius proposuit τοὔμον pro τοὔνομ', ingeniosum id quidem est, sed vulgatae tamen scripturae cedat necesse est, quippe quae minime molesta sit.

v. 18. ὑπὲρ δοῦναι θανεῖν. Cave ne cum codd. ABLP, quos sequuti sunt Pinzgerus, Coraës, Dindorfius, praepositionem jungas cum verbo δοῦναι: copulanda est cum θανεῖν. Verba προθανεῖν et ὑπερθανεῖν in Euripideis sunt. cf. Heraclid. 590. προὔθανον γένους. Phoeniss. 1005. ψυχήν τε δώσω τῆσδ' ὑπερθανεῖν χθονός. De tmesi hoc loco obvia vide Matthiae. gr. gr. p. 1188 sq. et Bernhardy. Synt. p. 196 sq. ὑπερθανεῖν πρό τινος dictum est ut ὑπὲρ κοινῆς ἐλευθερίας προκινδυνεύοντες §. 50.

v. 19. ἀριθμὸν οἶδα καὶ τοὐλάσσονος τὸ μεῖζον. Blumius verbum διακρίνω vel simile quid ex οἶδα repetendum esse contendit: quod necessarium non esse videtur. „Wenn ich die Zahl kenne und was grösser ist als das kleinere." Graeci enim quum recte dicant εἰ δεινὸν ἡγήσαιο τοὺς χείρους τῶν βελτιόνων ἄρχειν καὶ τοὺς ἀνοητοτέρους τοῖς φρονιμωτέροις προστάττειν. Isocrat. ad Nicocl. §. 14. illud quoque idioma non refugisse videntur.

v. 20. Bekkeri conjecturam οὑμὸς praetuli depravatae scripturae ἑνός, conjecturis εἷς μέν, ἐμὸς μέν, et veterum editionum lectioni ἑνὸς μὲν quam Osanno teste firmat cod. Z⁰. Nam μὲν illud quod metro laboranti succurrit a sententia alienum est, quippe quod in sequentibus non habeat cui opponatur: δὲ enim particula (v. 22.) in verbis εἰ δ' ἦν ἐν οἴκοις huc non respicit.

v. 21. Becker.: „Una vero domus afflicta non plus valet

universa urbe, *nec damnum aequale sustinet:*" ἴσον φέρει autem nihil aliud designat atque „idem valet, aequivalet, ist von gleicher Bedeutung" quod vel oppositum πλεῖον σθένει docet. Confer Homericum ἰσοφαρίζειν. Il. 21, 194. Hesiod. opp. 492. Reiskius in Indicibus de pondere et libra Lycurgeam dictionem ductam esse vult: ego non item. Etenim φέρειν in his loquutionibus ad *onus* referri videtur quod *sustinemus.* — Πταίσας· Verbum πταίειν, incidere in mala, et poëtae et pedestris orationis scriptores adhibent. cf. Indd. Demosth. h. v. Plenius loquitur Aeschylus Prometheus. 901. πταίσας δὲ τῷδε πρὸς κακῷ. — πόλεος cf. v. 11.

v. 22. ἐν οἴκοις cf. Aeschyl. Eumenid. 375. Ἀραὶ δ' ἐν οἴκοις, γῆς ὕπαι κεκλήμεθα. Eurip. Iphig. in Taur. 662. σῶζεσθ' αὐτὸς εἰς οἴκους μόνος. Θηλέων sc. σταχύων. Inguina muliebria sulco (ἄλοξ, τέκνων ἄλοξ) poëtae solent comparare: itaque pater dicitur σπείρειν, φυτεύειν, lectus conjugalis designatur verbis λέκτρα φυτάλμια, liberi σταχύων, fratres atque sorores ὁμοσπόρων nomine insigniuntur (cf. v. 36.) — De re ab Euripide dissentit Apollodorus. Vid. annot. ad §. 99.

v. 23. πόλιν δὲ πολεμία κατεῖχε φλόξ. Confer oratoris verba Dem. adv. Polycl. §. 5. ὑπὸ Κυζικηνῶν κατέχονται τῷ πολέμῳ καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλατταν.

v. 24. οὐκ ἄν μιν ἐξέπεμπον —. μιν edidi contra Matthiaei praeceptum gr. gr. p. 274. tragicis formam νιν vindicantis: μὴν particulam quam e codd. ALP suscepit Pinzgerus nihili esse nemo non videt.

v. 25. θάνατον προταρβοῦσ'; Προταρβεῖν plerumque cum genitivo personae copulatur. Cf. Sophocl. Antig. 83. μή μου προτάρβει. Trachin. 90. ὁ ξυνήθης πότμος οὐκ ἐᾷ πατρὸς ἡμᾶς προταρβεῖν. Sed Aeschylus quoque Septem adv. Theb. 317. accusativum rei subjungit huic verbo: βαρείας τοι τύχας προταρβῶ, exhorreo graves illas calamitates. Errat Passovius qui ad Lycurgi locum respiciens verbum προταρβεῖν explicat: „mehr fürchten." — αλλ' ἔμοιγ' ἔστω τέκνα. „Vielmehr mögen mir Kinder zu Theil werden." — ἔστω quod Hermannus conjecit, quia ad codicum scripturam ἔςι proxime accedit, vulgatae εἴη praeferendum censeo: ἔστι autem (vel potius ἔστιν — hanc enim formam si genuinus esset indicativus, metrum efflagitaret —) ab hoc loco alienum esse vel negatio μὴ v. 27. docet.

v. 26. καὶ μετ' ἀνδράσι πρέποι. Cf. Homer. Odyss. 6, 109. ὥς ἥγ' ἀμφιπόλοισι μετέπρεπε. 8, 172. μετὰ δὲ πρέπει ἀγρομένοισιν. De syllaba σι ante πρέποι producta vid. Hermann. elem. doctr. metr. p. 45.

v. 27. μὴ σχήματ' ἄλλως — πεφυκότα. Σχήματ' pro

σχήματα δ' receperunt recentiores editores, quo vitarent anapaestum in secunda senarii sede. Σχῆμα i. q. εἴδωλον, umbra, „ein Schattenbild." — ἄλλως jungas cum v. σχήματ' „nil nisi umbrae" vid. Matthiae. gr. gr. p. 1195.

v. 28. ὅταν πέμπῃ τέκνα. Codices AB optativum πέμποι praebent: quem si quis cum Blumio in verborum ordinem recipiendum esse contendat, equidem non obloquar. Cf. Hermann. ad Viger. p. 822. Opusc. I. p. 282. Bernhardy. Syntax. p. 412.

v. 31. ζῆν παῖδας εἷλον. Sic de Grotii et Scaligeri sententia edidi pro εἵλοντο quod metri natura aspernatur: quamquam exemplum activi αἱρεῖν pro medio αἱρεῖσθαι usurpati mihi haud innotuit. Reliquae enim virorum doctorum conjecturae nimium quantum a codicum scriptura recedunt. Sed haud scio an sine codicum ope sanari nequeat hic locus.

v. 32. καὶ μὴν θανόντες γ' ἐν μάχῃ. — Καὶ μὴν und doch, jedoch. Hartung. de gr. l. partt. II. p. 389. In praegressis Praxithea filiorum fortiter in acie decertantium laudes praedicavit v. 25 sq. Jam addit: *neque tamen* eorum qui pro patriae salute mortem in acie perpessi sunt gloria filiae meae laudem aequat etc. Ceterum participium θανόντες facile caret articulo: cf. Matthiae. gr. gr. p. 556 sq. Bernhardy. Synt. p. 317.

v. 34. 35. τῇ 'μῇ δὲ παιδὶ στέφανος εἷς μιᾷ μόνῃ πόλεως θανούσῃ τῆσδ' ὕπερ δοθήσεται. εἷς μιᾷ μόνῃ — θανούσῃ cum Tyrwhitto dedi pro veterum editionum atque codicum scriptura ἢ μία μόνη — θανοῦσα. — Nam neque θανοῦσα — δοθήσεται pro δοθεῖσα θανεῖται dici posse videtur, neque etiamsi graeci sermonis natura atque indoles talia ferret, ad sententiarum nexum haec satis apta essent. Etenim perspicuum est, poëtam opponere communem eorum qui in proeliis occubuerint gloriam laudi virginis propriae atque plane singulari: quae si jure a nobis sumta sunt quotusquisque est qui ineptam esse neget hanc sententiarum conformationem „illi gloria omnium communi fruuntur, huic honos habebitur." Aptius sane opponitur στέφανος εἷς verbis τύμβον τε κοινὸν et εὔκλειαν τ' ἴσην. Quo accedit quod metri ratio respuit vocabulum μία (⏑ ⏑). — De verborum μιᾷ μόνῃ copulatione confer annot. ad §. 67.

v. 36. καὶ σὲ δύο θ' ὁμοσπόρω σώσει. Verbum unus Melanchthon servavit: reliqui ὡς εἰ praebent. Δύο θ' ὁμοσπόρω pro δύ' ὁμοσπόρους quod in veteribus editionibus exstat Bekkerus e vitiosa codicum AB scriptura δύο θ' ὁμοσπόρων elicuit: ut non dubitandum sit quin poëtae manum referant exemplaria nostra. Quamquam Sauppio vitii aliquid

latere videtur in verbis καὶ σέ: totam enim orationem ab alloquii specie alienam esse persuasum habet.

v. 37. δέξασθαι καλόν; Bernhardy. Synt. p. 361.

v. 38. τὴν οὐκ ἐμήν γε πλὴν φύσει. Γε particulam quam respuunt codices ex antiquis editionibus recepi. Sauppius proposuit ἐμὴν πλὴν τῇ φύσει: verum haud scio an articulum in ejusmodi sententiis respuat vox φύσις. — δώσω — θῦσαι cf. v. 4.

v. 39. 40. εἰ γὰρ αἱρεθήσεται — τί — μέτεςί μοι; Conf. Herod. I. 32. εἰ δὲ πρὸς τούτοισι ἔτι τελευτήσει τὸν βίον εὖ — ὄλβιος κεκλῆσθαι ἄξιός ἐστι. Xenoph. Anab. 4, 7, 3. τῇ γὰρ στρατιᾷ οὐκ ἔστι τὰ ἐπιτήδεια, εἰ μὴ ληψόμεθα τὸ χωρίον. Dem. Olynth. I. §. 19. εἰ μὲν οὖν ταῦτα τοῖς ςρατευομένοις ἀποδώσετε οὐδενὸς ὑμῖν προσδεῖ πόρου, εἰ δὲ μή, προσδεῖ, μᾶλλον δ' ἅπαντος ἐνδεῖ τοῦ πόρου. Lycurg. §. 126. εἰ γὰρ προήσεσθε τοῦτον τὸν καιρὸν ἐν ᾧ —, οὐκ ἔςιν ὑμῖν μετὰ ταῦτα δίκην παρ' αὐτῶν ἀδικούντων λαβεῖν. Praesens tempus in ejusmodi enuntiatis cum futuro copulatum indicat consequutionem arctissimo necessitatis vinculo cum iis quae in protasi sint conjunctam esse.

v. 41. οὐκοῦν ἅπαντα τοὐν ἐμοὶ σωθήσεται· Codicum scriptura ἅπαντας γοῦν τ' in mendo cubat: nec veterum editionum lectio ἅπαντα γοῦν aptum sensum praebet. Nam γοῦν illud quid sibi velit prorsus non perspicio: itaque confugi ad Reiskii conjecturam τοὐν ἐμοί, quantum in me est. De praepositione ἐν cf. Sophocl. Philoct. 963. ἐν σοὶ καὶ τὸ πλεῖν ἡμᾶς, ἄναξ, κτλ. Oed. Colon. 1443. ταῦτα ἐν τῷ δαίμονι καὶ τῇδε φῦναι χἀτέρᾳ. ib. 422. ἐν δ' ἐμοὶ τέλος αὐτοῖν γένοιτο τῆσδε τῆς μάχης πέρι. Vid. commentar. nostr. p. 172.

v. 43. ἐκεῖνο δ', — cf. §. 92. τοῦτ' αὐτὸ πρῶτον. — οὗ τὸ πλεῖςον — μέρος. quod civitatis maxime refert. Μέρος de momento ponitur: conf. Sophocl. Philoct. 498. τοὐμὸν ἐν σμικρῷ μέρει ποιούμενοι.

v. 44. ἑκούσης τῆς ἐμῆς ψυχῆς ἄτερ. G. Hermannus duo dicendi genera hoc loco conjuncta esse contendit ἑκούσης τῆς ἐμῆς ψυχῆς et τῆς ἐμῆς ψυχῆς ἄτερ: verum haud scio an praestet cum Valckenario ad Phoeniss. 1022. pro ἄτερ legere ἄνερ.

v. 45. θέσμι' ὅςις ἐκβαλεῖ. Pronomen ὅςις Reiskii conjecturae debetur: ceterum vide annot. crit. — θέσμια „Satzungen" habes apud Herodot. I. 59. Aeschyl. Supplic. 629. Eumenid. 448. ed. Both. Sophocl. Aj. 712.

v. 46—49. Spreta vulgata ἂν τελείας, ingeniosam Dobrei conjecturam ἀντ' ἐλάας cum Bekkero, Blumio, Baitero et Sauppio in textum recepi: ἀναςέψει autem pro ἀναςρέψει (v. 48.)

jam Musgravius optimo jure restituerat poëtae, „*Numquam committam*, inquit, *ut Eumolpus Athenarum tutelam Palladi Poliadi ademptam patri suo Neptuno tribuat.*" Conf. Boettiger. Amalth. II. p. 313. K. O. Müller. in Götting. gel. Anzeigen. 1823. No. 24. p. 239. et No. 50. p. 494. Quam rationem etiam Schaeferus amplexus est: vid. appar. ad Demosth. II. p. 343.

ἐλάας Böttiger. l. l. *ἐλαίας*. Sed adi Thom. Mag. p. 120. Ritsch. *ἐλάα — κρεῖττον ἢ ἐλαία*. Quamquam libri MSS. de hoc vocabulo inter se dissentiunt: vid. Matthiae. gr. gr. in Addend. et Corrig. p. 513. et Aeschyl. Eumenid. 42. *ἐλαίας — κλάδον*. Agamemn. 433. *κλάδοις ἐλαίας*. — *χρυσέας τε Γοργόνος* intellige simulacrum illud ex manubiis Marathoniis in Poliadis templo constitutum: Gorgonis enim caput in aureo clypeo quem dea gestabat expressum erat. Vid. Boettiger. l. l. et Furienmaske p. 13. 107 sq. — *ὀρθὴν στᾶσαν ἐν πόλεως βάθροις — ἀναστέψει — στεφάνοισι*. Participium aoristi cum futuro tempore conjunctum non habet quod displiceat: quamquam Pinzgerus haec copulari posse negat. „Simulacrum constitutum coronabit i. e. constituet atque coronabit." — *βάθρον* frequens est apud tragicos in circumlocuutionibus. cf. Sophocl. Aj. 135. *Σαλαμῖνος ἔχων βάθρον*. ib. 860. *ὦ πατρῷον ἑξίας βάθρον*. Philoct. 1000. *γῆς τόδ' αἰπεινὸν βάθρον*. Eurip. Iphig. in Aul. 1250. *Τροίας — κλεινὸν βάθρον*. Supplic. 1205. *Ἰλίου — ἐξαναστήσας βάθρα*. — *Θρᾷξ* vid. Buttmann. gr. gr. I. p. 171. Goettling. de accentu p. 59. ad Asistotel. Polit. p. 406. ad Theodos. p. 236. — *ἀναστέψει — στεφάνοισι*. Pinzger: Die Urheber derselben (Emendation) mögen es beim Euripides verantworten, dafs sie ihm den lästigen Pleonasmus *ἀναστέψει στεφάνοισι* aufbürden. At talia ne pedestris quidem oratio refugit. Conf. Isocrat. de permut. §. 94. *ἡ πόλις χρυσοῖς στεφάνοις ἐστεφάνωσεν*. Plat. Jon. p. 530. D. *χρυσῷ στεφάνῳ στεφανωθῆναι* Lys. de caed. Erastosth. §. 48. *τοὺς μὲν φυλάττοντας — ταῖς ζημίαις ζημιώσουσι. — τιμήσεται*. Frequens est apud Atticos et in poëtarum reliquiis et in prosa oratione futurum medium pro passivo. Sophocl. Antigon. 210. *θανὼν καὶ ζῶν ὁμοίως ἐξ ἐμοῦ τιμήσεται*. Demosth. de cor. §. 100. *τιμήσεται καὶ πλέον ἕξει τῶν πολλῶν*. — Isocrat. Areopagit. §. 34. *ἀποστερήσεσθαι*. Dem. de cor. §. 249. *ἀγνοήσεσθαι* (*Σ* Bekker.) de fals. leg. §. 284. *ἠτιμώσεται* (*Σ* Bekk.) adv. Leptin. §. 40. *στερήσεται* ib. §. 164. *ἀδικήσονται*. Plura dabunt Matthiae. gr. gr. p. 928. Bergmann. et Benseler. ad Isocr. Areopag. p. 229 sq. Jacobitz. ad Lucian. Toxar. p. 46. et qui ibi laudantur.

v. 50. *τοῖς ἐμοῖς λοχεύμασιν*. *Λοχεύειν* i. q. *τίκτειν*,

γεννᾶν Hesych. cf. Oedip. Col. 1322. Παρθενοπαῖος — λοχευθεὶς πιςὸς Ἀταλάντης γόνος. Λόχευμα pro παῖς, γόνος frequentat Euripides. Vid. Phoeniss. 810. 1026. Iphig. in Aul. 275.

v. 53. οἵ ναίουσί σε οὕτῳ φιλοῖεν. Accusativus ad utrumque verbum referendus est. Vid. Matthiae. gr. gr. p. 1305 sq.

v. 54. καὶ ῥᾳδίως κτλ. Καὶ non est tentandum. Recte enim Blumius observavit post optatum particulae καὶ vim concludendi inesse. Eurip. Hippolyt. 938. φεῦ. χρὴν βροτοῖσι τῶν φίλων τεκμήριον σαφές τι κεῖσθαι — κοὐκ ἂν ἠπατώμεθα. Conf. Krüger. apud Blumium p. 129. et ad Dionys. Historiogr. p. 20.

§. 101. Ταῦτα, ὦ ἄνδρ., τοὺς πατέρας ἡμῶν ἐπαίδευε. Pinzgerus et Blumius ad verbum ἐπαίδευε cogitatione referunt nomen Εὐριπίδης, coll. Demosth. in Steph. I. §. 72. ἐκτήσατ' αὐτὸν καὶ γράμματα ἐπαίδευσε: quam constructionem equidem ab hoc loco absonam esse persuasum habeo. conf. §. 104. Τούτων τῶν ἐπῶν ἀκούοντες — οὕτως ἔσχον πρὸς ἀρετὴν κτλ. §. 108. Καλά γε — καὶ χρήσιμα κτλ. §. 110. ταῦτα — καὶ μνημονεύεσθαι καλὰ κτλ. Nullo autem negotio in sequentibus ad ἐποίησε poeta subauditur: quae subjecti mutatio nihil duri habet.

Φύσει γὰρ οὐσῶν φιλοτέκνων —. Conf. Aristoph. Thesmoph. 710. φιλότεκνός τις εἶ φύσει. Demosth. de cor. §. 126. καίπερ οὐ φιλολοίδορον ὄντα φύσει. ib. §. 131. ἀχάριςος εἶ καὶ πονηρὸς φύσει. ib. §. 137. τῇ φύσει κατάσκοπος καὶ πολέμιος τῇ πατρίδι.

ταύτην ἐποίησε — φιλοῦσαν. cf. §. 100. ἃ πεποίηκε λέγουσαν τὴν μητέρα.

εἴπερ — τολμήσουσι. Attende ad futuri vim: non enim loquitur de re eventura sed quae jam eventum habuit. Vid. annot. ad §. 33. p. 143 sq.

ἀνυπέρβλητόν τινα. Vim adjectivi auget pronomen indefinitum. Vid. Berhardy. Synt. p. 142.

τὴν εὔνοιαν ὑπὲρ τῆς πατρίδος ἔχειν. Rarius praepositionem ὑπὲρ subjiciunt substantivo εὔνοια: plerumque usurpant vv. εἰς, πρός, περί. Conf. Andocid. de myster. §. 141. τὴν εἰς ὑμᾶς εὔνοιαν. Lys. pro Nic. fratr. §. 3. τήν γε πρὸς ὑμᾶς εὔνοιαν. Demosth. epist. 3. p. 643. v. 30. ed. Bekker. τὴν αὐτὴν εὔνοιαν, ἣν πρὸς ζῶντα Λυκοῦργον εἶχον, δίκαιον εἶναι νομίζω καὶ πρὸς τοὺς παῖδας αὐτοῦ φαίνεσθαι ἔχων. Lys. pro Nic. fratr. §. 4. εὔνοιαν ἣν εἶχε περὶ τὸ πλῆθος τὸ ὑμέτερον. Interdum genitivum atque pronomina possessiva harum praepositionum loco ponunt, velut Lys. in Theomnest. I. §. 27. δι' εὔνοιαν τοῦ ὑμετέρου πλήθους ἀπέθανεν i. e. εἰς, πρός,

περὶ τὸ ὑμέτερον πλῆθος: quam sententiam expressit Lys. in Theomnest. II. §. 10. verbis διὰ τὴν ὑμετέραν εὔνοιαν. Lys. in Agorat. §. 20. εὐνοίᾳ τῇ ὑμετέρᾳ i. q. εἰς, πρός, περὶ ὑμᾶς. Ceterum dativum personae subjungi loquutionibus ἔχειν, παρέχειν, φέρειν εὔνοιαν in vulgus notum est. Conf. Aeschyl. Suppl. 451. Both. Sophocl. Trachin. 710. Brunck. Xenoph. Oecon. 12, 5.

καταισχύνειν πρὸς ἅπαντας. Eadem dictione utitur Aeschines in Timarch. §. 54. μέλλων ἑαυτὸν καταισχύνειν πρὸς ἄνθρωπον δημόσιον οἰκέτην τῆς πόλεως. Similiter nostrates: „im Angesichte von ganz Griechenland."

§. 102. Βούλομαι δ' ὑμῖν καὶ τὸν Ὅμηρον παρασχέσθαι ἐπαινῶν. „Ich will euch aber auch den Homer (lobend) mit Lob anführen." Tayloro (qui ad hunc locum adscripsit ἐπαινῶν *ego confiteor me intelligere parum*) praeeunte, certatim viri docti ἐπαινῶν illud tamquam spurium recoquere atque rursus formare conati sunt. Quorum conjecturas exhibui in annot. crit. ad h. §. Osannus hoc verbum e margine in textum immigrasse suspicatus est. Neque tamen Taylori auctoritati neque doctorum conjecturis tantum equidem tribuerim, quantum scripturae consensione codicum atque antiquarum editionum firmatae: quae nihil videtur habere offensionis. Quamquam Pinzgerum non laudo, qui male intellectis aliquot Platonis locis abusus (Plat. Jon. 536. D. 541. D.) ἐπαινεῖν interpretatus est: *recitare*, mit Würde und Feierlichkeit vortragen und durch angemessenen Vortrag verherrlichen. p. 241. — Beckerus verterat: *Homerum quoque afferre, allegare volo, quem honoris causa nomino.* — Ἐπαινεῖν nihil aliud h. l. designat quam *laudare, comprobare*, ut supra §. 100. διὸ καὶ δικαίως ἄν τις Εὐριπίδην ἐπαινέσειεν. —: παρέχεσθαι autem et de testibus in medium productis usurpatur, cf. §. 23. εἰ ζῶν ἐτύγχανεν — ἐκεῖνον αὐτὸν παρειχόμην, et de rebus quae allegantur, cf. Aeschin. in Ctes. in §. 36. καὶ παρέξονται νόμον οὐδὲν προσήκοντα τῇ γραφῇ τῇδε. ib. εἷς μὲν (νόμος), ὃν νῦν ἐγὼ παρέχομαι.

σπουδαῖον — ποιητήν. Ὁ σπουδαῖος opponitur τῷ φαύλῳ in suo genere. Plato de rep. X. p. 603. C. καὶ ἴδωμεν, φαῦλον ἢ σπουδαῖόν ἐστιν. Xenoph. Memor. 4, 2. 2. τὰς — τέχνας μὴ γίγνεσθαι σπουδαίους ἄνευ διδασκάλων ἱκανῶν. — Aliis locis σπουδαῖον nuncupatur id quod *studio dignum* est, velut Plato. de rep. I. p. 333. E. οὐκ ἂν οὖν — πάνυ γέ τι σπουδαῖον εἴη ἡ δικαιοσύνη.

νόμον ἔθεντο κτλ. Homeri carmina Panathenaeis quinquennalibus a rhapsodis decantata esse testatur etiam Plato Hipparch. p. 228. B. Jon. p. 530. B. conf. Isocrat. Panegyr.

159. Quod alii e Solonis instituto fieri solitum esse con-
ndunt, alii ad Hipparchum, Pisistrati filium, auctorem re-
runt: velut Plato Hipparch. l. l. *καὶ τὰ Ὁμήρου ἔπη πρῶτος*
ὁμισεν εἰς τὴν γῆν ταυτηνί, καὶ ἠνάγκασε τοὺς ῥαψῳδοὺς Παν-
θηναίοις ἐξ ὑπολήψεως ἐφεξῆς αὐτὰ διιέναι, ὥσπερ νῦν ἔτι οἴδε
οιοῦσι. Confer Wolfii prolegom. ad Homer. p. 103. 140.
itzsch. Quaestion. Homer. IV. p. 23. 35. Duo Panathenaea
thenis celebrabantur, altera *magna*, quae quinto quoque
nno agebantur, altera *parva*, quae anniversaria erant. Conf.
arpocrat. v. *Παναθήναια.* Falso autem auctor argumenti II.
emosth. or. in Midiam p. 460. v. 21 sq. edit. Bekker. con-
ndit: *τὰ Παναθήναια, ἅπερ ἦν διπλᾶ, μικρά τε καὶ μεγάλα· καὶ*
τὰ μὲν κατὰ πενταετηρίδα ἐτελεῖτο τὰ δὲ μικρὰ κατὰ τριε-
τηρίδα. Adi Meurs. Panathen. in Gronov. thesauro v. 7.
reuzer. Symbol. II. p. 808. Wachsmuth Hellen. Alterth.
. 2, p. 264 sq. Ceterum *πενταετηρίδα*, quod Wesselingius
l Diodor. 16, 88. de quinquennio accepit, quatuor annorum
atium disignare (ita ut quinto quoque anno ludi isti cele-
ati sint) demonstravit Boeckhius Staatshaush. d. Athen. I.
177. 468! II. p. 165. Cf. Clinton. Fast. Hellen. p. 161. ed.
rüger. — Formam *πεντ α ε τ η ρ ὶ ς* quam codices tuentur, im-
obant Atticistae. Conf. Moerid. *πεντ ε τ η ρ ί ς, πεντ έ κ λ ι ν ο ν, πεν-*
ξ μ η ν ο ν Ἀ τ τ ι κ ῶ ς· πενταετηρὶς καὶ τ' ἄλλα ὁμοίως Ἑ λ λ η ν ι κ ῶ ς et
milia ap. Thom. Mag. p. 280. Ritsch. Phrynich. p. 406 sq.
obeck. et alios quos citant interpretes ad Moerid. l. l. Ari-
ophan. Acharn. 188. *αὗται μέν εἰσι πεντ έ τ ε ι ς.* Pac. 827. *ὅσην*
ει τὴν πρωκτοπεντ ε τ η ρ ί δ α! Thucyd. 3, 104. *καὶ τὴν πεντ ε τη-*
δα τότε πρῶτον κτλ. Demosth. in Timocr. §. 125. *πολλὰς*
εντ ε τ η ρ ί δ α ς (Bekker.). Sed *πενταετὴς* et *πενταετηρὶς* non se-
el leguntur velut ap. Thucyd. 1, 112. *σπονδαὶ γίγνονται —*
ενταετεῖς in Psephism. ap. Plutarch. p. 852. et ib. in vita
ycurg. p. 841. *ἐπὶ τρεῖς πενταετηρίδας* Harpocrat. v. *Παναθή-*
ια, διὰ πενταετηρίδος. Argument. II. Dem. or. in Mid. p. 460.
. 22. Bekk. et alios. v. Lobeck. ad Phrynich. l. l. Buttm. gr. gr.
. p. 288. n. 7. Quibuscum compara Plat. Gorg. 471. C.
αῖδα ὡς ἑπταετῆ. de rep. V. p. 460. E. *ἀπὸ εἰκοσαετίδος με-*
ρὶ τετταρακονταετίδος. Aeschin. de fals. leg. §. 131. *τὸν δε-*
αετῆ πόλεμον. §. 172. *σπονδὰς — πεντηκονταετεῖς.* in Ctesiph.
. 148. *πόλεμος δεκαετής.* E quibus locis patet grammaticorum
raecepta de toto hoc genere haud firmo inniti fundamento.
Cf. Bremi ad Aeschin. de fals. leg. p. 212. Jacob. et Jacobitz.
d Lucian. Toxar. c. 24. Stallbaum. ad Platon. Gorg. p. 471. C.
t de rep. V. p. 460. E. annot. crit.

μ ό ν ο υ τ ῶ ν ἄ λ λ ω ν π ο ι η τ ῶ ν. Vid. annot. nostr. ad
. 67.

ῥαψῳδεῖσθαι τὰ ἔπη. De rhapsodis eorumque arte adeas Dresigium de rhapsodis 1734. Wolf. prolegom. ad Hom. p. 96. Wachsmuth. Hell. Alterth. II. 2, p. 389. Splendide autem habitu atque vestitu usi, δραματικώτερον recentiores rhapsodi Homerica recitare solebant: de qua re vid. Eustath. ad Il. I. p. 6. Τὴν Ὁμηρικὴν ποίησιν οἱ ὕστερον ὑπεκρίνοντο δραματικώτερον, τὴν μὲν Ὀδυσσείαν ἐν ἁλουργοῖς ἐσθήμασι, τὴν δὲ Ἰλιάδα ἐν ἐρυθροβαφέσιν, ἐκεῖνο μὲν κατὰ τοὺς παλαιοὺς διὰ τὴν ἐν θαλάσσῃ πλάνην τοῦ Ὀδυσσέως, τοῦτο δὲ διὰ τοὺς ἐν Τροίᾳ φόνους καὶ τὰ ἐντεῦθεν αἵματα. — Ἔπη autem versus heroicos designant.

ἐπίδειξιν ποιούμενοι πρὸς τοὺς Ἕλληνας „specimen exhibentes, hac re declarantes" vid. Demosth. Indd. v. ἐπίδειξις. De praepositione πρὸς conf. §. 101.

οἱ δὲ ποιηταὶ μιμούμενοι τὸν ἀνθρώπινον βίον. De μιμήσει poëtarum vide quae disputant Plato de rep. III. p. 392. D. sq. et Aristoteles de poëtica init. Sed orator philosophorum definitiones ignorat. Idem Lycurgus dicit quod Alcidamas ap. Aristotelem Rhetor. 33. qui Odysseam καλὸν ἀνθρωπίνου βίου κάτοπτρον nuncupat. Vid. Osann. ad h. l.

μετὰ λόγου καὶ ἀποδείξεως τοὺς ἀνθρώπους συμπείθουσιν. Pinzger. „und gewinnen durch Rede und Darstellung die Menschen:" ἀπόδειξις est (copiosa) expositio quae efficit ut res gestae auditorum vel lectorum *oculis subjici* videantur: proprie enim ἀποδεικνύναι est *monstrare* atque *manifestum reddere*. Ceterum de variis nominis ἀπόδειξις significationibus adi Wesselingium, Schweighaeuserum, atque Wyttenbachium ad Herodot. I, 1. — Συμπείθειν autem idem valet h. l. quod ἀναπείθειν: conf. Demosth. de cor. §. 147. ὁ μὲν οὖν τῆς ἰδίας ἕνεκ' ἔχθρας ἢ τοὺς Θετταλοὺς ἢ τοὺς Θηβαίους συμπείθοι βαδίζειν ἐφ' ὑμᾶς.

§. 103. Conf. Il. 15, 494 sq.

v. 1. ἀλλὰ μάχεσθ'. — Vid. Tyrtaei frgm. ap. Lycurg. §. 107. v. 15. ὦ νέοι, ἀλλὰ μάχεσθε — Frequentissimi usus est ἀλλὰ particula in adhortationibus. Cf. Koen. ad Gregor. Cor. p. 88. Hartung. de gr. l. partt. II. p. 35.

v. 2. βλήμενος ἠὲ τυπείς. Scholia ad h. l. verbum βάλλειν ad sagittas, verbum τύπτειν ad hastas referunt: quamquam saepissime hasta quoque βάλλεσθαι dicitur. Βάλλειν in universum ad tela eminus emissa videtur pertinere, τύπτειν ad ea quibus feriuntur cominus pugnantes.

θάνατον καὶ πότμον ἐπίσπῃ. Ἐφέπειν πότμον et similia Passovius in lex. s. v. ἐφέπειν interpretatur „sich den Tod durch eigene Schuld zuziehn" quem significatum ab hoc loco alienum esse nemo non intelligit.

v. 3. ἀμυνομένῳ περὶ πάτρης. Ἀμύνεσθαι περί τινος (nusquam enim Homerus activam hujus verbi formam cum praepositione περὶ copulat) in Homericis idem designat, quod in pedestri oratione ἀμύνεσθαι et ἀμύνειν ὑπέρ τινος. Cf. Lycurg. §. 131. et §. 48. 78. De Homerico usu vide Spitzner ad Iliad. 15, 496. in Commentar. Köppen. IV. p. 245 sq.

v. 4. ἀλλ' ἄλοχός τε σόη κτλ. „ist doch das Weib gerettet etc." Usum hunc ellipticum particulae ἀλλά, qui late patet apud Graecos, exemplis illustravit Hartungius de gr. l. partt. II. p. 41. Cogitatione e praegressis supplendum εἰ γὰρ καὶ αὐτὸς τέθνηκε vel simile quid.

v. 5. κλῆρος. Confer hebr. גּוֹרָל german. *Allode*. — ἀκήρατος i. q. ἄφθαρτος, ἄθικτος vid. Spitzner. ad h. l. et quos citat.

v. 6. οἴχωνται σὺν νηυσί. Similiter nostrates dicunt: wenn sie mit ihren Schiffen heimziehn: quamquam οἴχεσθαι νηῒ ab Homeri consuetudine non abhorret. Conf. Odyss. 16, 24. 142.

§. 104. Τούτων τῶν ἐπῶν ἀκούοντες κτλ. Animo Lycurgi obversata esse videntur verba Isocratis Panegyr. §. 159. Οἶμαι δὲ καὶ τὴν Ὁμήρου ποίησιν μείζω λαβεῖν δόξαν — καὶ διὰ τοῦτο βουληθῆναι τοὺς προγόνους ἡμῶν ἔντιμον αὐτοῦ ποιῆσαι τὴν τέχνην ἔν τε τοῖς τῆς μουσικῆς ἄθλοις καὶ τῇ παιδεύσει τῶν νεωτέρων, ἵνα πολλάκις ἀκούοντες τῶν ἐπῶν ἐκμανθάνωμεν τὴν ἔχθραν τὴν ὑπάρχουσαν πρὸς αὐτούς, καὶ ζηλοῦντες τὰς ἀρετὰς τῶν ςρατευσαμένων ἐπὶ Τροίαν τῶν αὐτῶν ἔργων ἐκείνοις ἐπιθυμῶμεν.

οὕτως ἔσχον πρὸς ἀρετήν. Dictio ἔχειν (διακεῖσθαι) πρός τινα, animatum esse in aliquem, sentire de aliquo, frequens est: conf. Lycurg. §. 15. πρὸς τοὺς θεοὺς εὐσεβῶς ἔχειν. §. 48. πρὸς τοὺς φύσει γεννήσαντας καὶ τοὺς ποιητοὺς τῶν πατέρων οὐχ ὁμοίως ἔχουσιν —. §. 111. ὃν τρόπον δεῖ πρὸς τοὺς τοιούτους ἔχειν. §. 119. ὡς εἶχον πρὸς τοὺς προδότας. §. 124. ὡς εἶχον πρὸς τοὺς παρανομοῦντας. Eodem modo ἔχειν πρός τι ponunt de sentiendi atque agendi ratione: cf. Xenoph. Oecon. 12, 16. πρὸς τὸ φιλοκερδεῖς εἶναι μετρίως ἔχουσιν. Lycurg. §. 108. οὕτω τοίνυν εἶχον πρὸς ἀνδρείαν. Platon. Protagor. p. 352. A. οὕτως ἔχεις πρὸς τὸ ἀγαθὸν καὶ τὸ ἡδύ. ib. B. πῶς ἔχεις πρὸς ἐπιςήμην; Vid. Heindorf. ad h. l.

οὐ μόνον ὑπὲρ τῆς αὐτῶν πατρίδος ἀλλὰ καὶ πάσης Ἑλλάδος —. i. e. ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ πάσης Ἑλλάδος. Quae praepositionis omissio latissime patet: cf. Demosth. de fals. leg. §. 341. οὐ μόνον κατὰ τἄλλα, ἀλλὰ καὶ τὰ πρὸς αὐτὸν τὸν Φίλιππον πράγματα. de cor. §. 91. οὐ μόνον ἐν τοῖς νόμοις

ἀλλὰ καὶ τοῖς ἡμετέροις ἤθεσιν ὥριζαι. in Neaer. §. 74. οὐ μόνον ὑπὲρ ὑμῶν αὐτῶν καὶ τῶν νόμων τὴν ψῆφον οἴσετε ἀλλὰ καὶ τῆς πρὸς τοὺς θεοὺς εὐλαβείας. Aeschin. in Ctesiph. §. 68. μὴ μόνον ὑπὲρ τῆς εἰρήνης ἀλλὰ καὶ συμμαχίας. Similiter post οὐκ — ἀλλὰ non repetitur praepositio: Platon. Phaedr. p. 255. A. οὐχ ὑπὸ σχηματιζομένου τοῦ ἐρῶντος, ἀλλ' ἀληθῶς τοῦτο πεπονθότος. ib. p. 273. E. οὐχ ἕνεκα τοῦ λέγειν καὶ πράττειν πρὸς ἀνθρώπους — ἀλλὰ τοῦ θεοῖς κεχαρισμένα μὲν λέγειν δύνασθαι κεχαρισμένως δὲ πράττειν. Demosth. Olynth. I, §. 5. νῦν οὐ περὶ δόξης οὐδ' ὑπὲρ μέρους χώρας πολεμοῦσιν, ἀλλ' ἀναςάσεως καὶ ἀνδραποδισμοῦ τῆς πατρίδος: item post μᾶλλον — ἤ. Aeschin. de fals. leg. §. 28. ἐπὶ κατασκοπῇ μᾶλλον ἢ πολιορκίᾳ. Platon. Theaetet. p. 149. C. γιγνώσκεσθαι μᾶλλον ὑπὸ τῶν μαιῶν ἢ τῶν ἄλλων. (vid. exempla a Jacobitz. ad Lucian. Toxar. p. 14. congesta): post ἢ — ἤ. Demosth. in Mid. §. 114. ἢ πρὸς ἐχθρὸν ἢ φίλον. et post simplex ἤ. Demosth. adv. Leptin. §. 142. ὑπὲρ ἄλλου τινὸς ἢ τοῦ τῆς πόλεως ἀξιώματος. Isocrat. Panath. §. 34. περὶ σπουδαιοτέρων πραγμάτων — ἢ τούτων: post καὶ — καί. Lys. de caede Eratosth. §. 2. καὶ ἐν δημοκρατίᾳ καὶ ὀλιγαρχίᾳ. (similia collegit Bremius in annot. crit. ad h. l.): post οὐκ — οὐδέ. Plat. Hipp. Min. p. 366. C. οὐχ ὑπὸ νόσου οὐδὲ τῶν τοιούτων Dem. in Philipp. III. §. 2. οὐ παρ' ἓν οὐδὲ δύο: post οὕτως — ὡς. Demosth. de fals. leg. §. 263. παρ' οὐδὲν οὕτως ὡς τὸ τοιαῦτα ποιεῖν ἀπολώλασιν. et post ὥσπερ. Isocrat. de permut. §. 160. ὑπὲρ τοῦ μὴ πλουτεῖν ὥσπερ τῶν μεγίςων ἀδικημάτων ἀπολογίαν δεῖ παρασκευάζεσθαι. In universum confer de hoc genere Schaefer. appar. ad Dem. I. p. 597. V. p. 569. Bremi. ad Dem. Phil. III. §. 63. Bernhardy. Synt. p. 202. — Articulum τῆς ante Ἑλλάδος desiderant viri docti, quo vereor ut opus sit. cf. §. 82. — γοῦν. Cf. annot. ad §. 71.

ἐν Μαραθῶνι. De genere hujus vocis haec annotavit Thomas Mag. p. 242. Ritsch. Ἀρσενικῶς οἱ Ἀττικοὶ τὸν Μαραθῶνά λέγουσιν, Ἴωνες δὲ θηλυκῶς. Porphyrius quoque Quaest. Homer. 8. τὴν Μαραθῶνα Jonibus vindicat. Exstat tamen ὁ Μαραθῶν ap. Herod. I. 62. VI. 107. et VI. 102. codicum scriptura fluctuatur inter ὁ et ἡ. Vid. Wesseling. ad h. l. Utriusque generis fuisse vocabulum Μαραθὼν etiam Eustathius testatur ad Od. p. 1568. 44. quocum conferas velim nomen Σικυών. Stephan. Byz. Σικυὼν — λέγεται καὶ θηλυκῶς καὶ ἀρσενικῶς. Omittitur autem saepenumero in pedestri quoque oratione praepositio ἐν ante Μαραθῶνι. Thucyd. I, 73. Isocrat. Panegyr. §. 91. Philipp. §. 147. de Pace §. 38. ed. Dindorf. Plato. Menex. p. 240. D. et E. p. 247. A. et B. Cf. Matth. gr. gr. §. 406. b. Creberrime autem oratores pu-

gnam Marathoniam crepant: quos perstringere videtur Aristophanes Equitt. 730.

σὲ γάρ, ὃς Μήδοισι διεξιμίσω περὶ τῆς χώρας Μαραθῶνι,
καὶ νικήσας ἡμῖν μεγαλῶς ἐγγλωττοτυπεῖν παρέδωκας.

τὸν — στόλον ἐκράτησαν. Στόλος et navales et terrestres copias significat. Vid. Thom. Mag. p. 346. Ritsch. De verbi κρατεῖν, vincere, structura vid. §. 81. et 99.

τῶν μὲν Ἑλλήνων προστάτας τῶν δὲ βαρβάρων δεσπότας ἑαυτοὺς καθιστάντες. Aliter Isocrates loquitur, ubi de principatu Atheniensium mentionem injicit, de permut. §. 233. ὀλίγας ἡμέρας ἀνάστατοι γενόμενοι πολὺν χρόνον δεσπόται τῶν Ἑλλήνων κατέστησαν.

§. 105. οὕτως ἦσαν ἄνδρες σπουδαῖοι καὶ κοινῇ καὶ ἰδίᾳ. Conf. Plato. de rep. I. p. 333. D. ἡ δικαιοσύνη χρήσιμος καὶ κοινῇ καὶ ἰδίᾳ. ib. X. p. 559. D. ποῖα ἐπιτηδεύματα βελτίους ἢ χείρους ἀνθρώπους ποιεῖ ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ. Dem. de cor. §. 8. ὅτι μέλλει συνοίσειν καὶ πρὸς εὐδοξίαν κοινῇ καὶ πρὸς εὐσέβειαν ἑκάστῳ. Σπουδαῖοι h. l. est wacker. cf. annot. ad §. 102.

ἀνεῖλεν ὁ θεὸς — ἡγεμόνα λαβεῖν καὶ νικήσειν. Quum verbum ἀναιρεῖν et *jubendi* et *pollicendi* notionem contineat, ad alteram infinitivum aoristi ad alteram futurum tempus referas necesse est. Conf. supr. §. 99. χρήσαντος — τοῦ θεοῦ, — κρατήσειν τῶν πολεμίων.

εἰ τοῖς ἀφ' Ἡρακλέους γεγενημένοις — ἀμείνους ὁ θεὸς ἔκρινε. Dativum τοῖς γεγενημένοις pro vulgato τῶν — γεγενημένων quod ad comparativum ἀμείνους referendum erat, optimi codices AB praebuerunt. Tertius casus ad verbum ἔκρινε pertinet: cui structurae comparavit Osannus Moschi Idyll. 2, 27. ἀλλά μοι εἰς ἀγαθὸν μάκαρες κρίνειαν ὄνειρον. Ad comparativum e verbis τοῖς — γεγενημένοις supplendum est αὐτῶν. — Praepositio ἀπὸ ubi de stirpe agitur legitima est: cf. Isocrat. Philipp. §. 33. τοῖς ἀπ' ἐκείνου γεγονόσι. Dem. adv. Leptin. §. 18. 29. οἱ ἀφ' Ἁρμοδίου καὶ Ἀριστογείτονος. — οἳ ἀεὶ βασιλεύουσιν. Cf. Isocrat. Philipp. l. l. Λακεδαιμόνιοι δὲ τοῖς ἀπ' ἐκείνου γεγονόσι καὶ τὴν βασιλείαν καὶ τὴν ἡγεμονίαν εἰς ἅπαντα τὸν χρόνον δεδώκασι. Z tenet futurum βασιλεύσουσι quo minime opus est. Adverbium ἀεὶ praesenti tempori junctum designat *semper et regnare Heraclidas et regnasse.* Confer Plat. Menex. p. 238. D. βασιλεῖς μὲν γὰρ ἀεὶ ἡμῖν εἰσίν. De Heraclidarum gente adeas Herodot. 6, 52. 7, 204. 8, 131. ib. Valckenar. Isocrat. Panegyr. §. 61. Philipp. §. 33. Xenophont. Agesil. I, 2 sq. — τοὺς παρ' ὑμῶν ἡγεμόνας cf. §. 106. στρατηγὸν ἔλαβον παρὰ τῆς πόλεως.

§. 106. *Τυρταῖον*. De Tyrtaeo poëta Aphidnis oriundo adi Diodorum Sicul. 15, 66. Strab. VIII. p. 557. A. Pausan. 4, 15, 3. Athenae. 14, p. 630 sq. Justin. 3, 5. Meurs. Miscell. Lac. II. 1, p. 101 sq. Manso. Sparta I. 2, p. 282 sq. K. O. Müller Dorier I. p. 140 sq. 440. II. 330 sq. et passim. Conrad Schneider üb. d. eleg. Gedicht in Daub. u. Creuzer. Studien B. 4. J. V. Francke Callinus. 1816. Harpocration ad nostrum locum respiciens *Τυρταῖος*, inquit, *Λυκοῦργος ἐν τῷ κατὰ Λεωκράτους, ὁ τῶν ἐλεγειῶν ποιητής καὶ αὐλητής*.

τὴν περὶ τοὺς νέους ἐπιμέλειαν. Praepositio cum quarto casu in circumloquutionibus frequens est. Conf. Demosth. in Theocrin. §. 5. *τὴν περὶ τὸ πλοῖον φάσιν*. or. amator. §. 44. *τὴν περὶ τὰς πράξεις καὶ τοὺς πολιτικοὺς λόγους ἐπιζήμην*. Vid. Indd. Demosth. ed. Schaefer. p. 395. Zeune ad Viger. p. 656. Schaefer. ad Dionys. de C. V. p. 23. et Indd. v. *περί*. Krueger. ad Dionys. Historiogr. Indd. s. v. *περί*. Bernhardy. Synt. p. 262 sq.

οὐ μόνον εἰς τὸν παράντα κίνδυνον, ἀλλ' εἰς ἅπαντα τὸν αἰῶνα βουλευσάμενοι καλῶς. Particulas *οὐ μόνον* sequitur *ἀλλὰ* omisso *καὶ* 1) quando parti totum, minoribus majora atque graviora adjiciuntur Platon. Phaedr. p. 228. A. *οὐ μόνον ἅπαξ ἤκουσεν ἀλλὰ πολλάκις ἐπαναλαμβάνων κτλ.* Isocrat. Phil. §. 146. *οὐ μόνον ἐπὶ τούτων αὐτοὺς ὄψει τὴν γνώμην ταύτην ἔχοντας, ἀλλ' ἐπὶ πάντων ὁμοίως*. §. 19. *μὴ συλλήβδην μόνον ἀκηκοότες ἀλλ' ἀκριβῶς εἰδότες*. Exemplorum copiam dabit Bremius in excurs. IX. ad Isocr. oratt. p. I. p. 212. Quamquam saepenumero *καὶ* particulam in ejusmodi sententiis adjectam esse supra indicavimus. v. p. 92. 2) ubi diversa cum diversis ita conjunguntur ut non tam copulatio quam discrepantia atque oppositio notionum appareat. Quo fit ut membro adjecto summa vis atque gravitas insit. Cf. Dem. de fals. leg. §. 276. *οὐ τοίνυν τὰ πάλαι — μόνον —· ἀλλ' ἐφ' ὑμῶν τουτωνὶ τῶν ἔτι ζώντων ἀνθρώπων πολλοὶ δίκην διδώκασιν*. pro Phormione §. 29. *καὶ οὐ μόνον ἐνθάδε ταῦτα ποιοῦσιν —, ἀλλ' ἐν Αἰγίνῃ κτλ.* de cor. §. 26. *οὐκ ἀφ' ἧς ὠμόσατε μόνον ἡμέρας, ἀλλ' ἀφ' ἧς ἠλπίσατε τὴν εἰρήνην εἶναι*. Aeschin. de fals. leg. §. 62. *οὐ λόγῳ μόνον — ἀλλ' ἔργῳ καὶ ψηφίσματι*. In universum confer exempla a Lehmanno ad Lucian. Dialog. Mort. XII. 1. congesta. — Nonnumquam autem mutatam verborum structuram in causa esse, ut *καὶ* non adhibeatur in membro sequenti, in excurso IX. ad Isocrat. oratt. p. I. Bremius monuit: vide exempla ibi congesta. — Ceterum pro *εἰς τὸν παρόντα κίνδυνον — βουλευσάμενοι καλῶς* exspectabas *πρὸς τὸν παρόντα κ. βουλευσ. καλῶς*. cf. §. 69. *πρὸς τὸν ἐπιόντα κίνδυνον καλῶς βουλευσάμενοι*:

sed temporis potissimum notionem h. l. respicit orator, quod docent opposita εἰς ἅπαντα τὸν αἰῶνα. Quam sententiam sic poterat efferre: οὐ μόνον εἰς τὸ παρόν, ἀλλ' εἰς ἅπαντα τ. αἰῶνα βουλευσάμενοι καλῶς. Cf. Schaefer. appar. ad Dem. II. p. 279.

κατέλιπε γὰρ αὐτοῖς ἐλεγεῖα ποιήσας. Accusativus inter tempus finitum et participium positus ad utrumque refertur: i. q. ἐποίησε καὶ κατέλιπε — vel κατέλιπε ἐλεγ. ἃ ἐποίησε. Quae ratio est simplicissima. Verum quando alium casum postulat verbum finitum, alium adsciscit participium, aut illud objectum ponunt scriptores quod tempus finitum flagitat (de quo genere vid. Schoemann. ad Isae. p. 446. et quos laudat), aut eo casu utuntur, quocum construitur participium: quem usum exemplis illustravit Krueger. ad Dionys. Historiogr. p. 119. — Ἐλεγεῖα. Conf. Pausan. 4, 15, 3. καὶ ἐλεγεῖα καὶ τὰ ἔπη σφίσι τὰ ἀνάπαιγα ἦδεν. Non modo *elegia* sed etiam *embateria* reliquit. Vide A. Matthiae. de Tyrtaei carminibus. Altenburg. 1820. Boeckh. de metris Pindari p. 130. et quos supra laudavimus.

παιδεύονται πρὸς ἀνδρείαν. Loquutionem παιδεύειν πρός τι, *zu, für etwas bilden oder erziehen*, Isocrates frequentat: cf. Panegyr. §. 150. ὄχλος — πρὸς δὲ τὴν δουλείαν ἄμεινον τῶν παρ' ἡμῖν οἰκετῶν πεπαιδευμένος. ib. §. 47. (ἡ φιλοσοφία) ἢ — πρός τε τὰς πράξεις ἡμᾶς ἐπαίδευσε. de pace §. 63. ὡς δ' ἂν τάχιστα πρὸς τὰ τοιοῦτοι γενέσθαι παιδευθεῖμεν. de bigis §. 27. οἱ πολῖται πρὸς μὲν ἀνδρίαν οὕτως ἐπαιδεύθησαν.

§. 107. Καὶ περὶ τοὺς ἄλλους ποιητὰς οὐδένα λόγον ἔχοντες. Offendit Valckenarium dictio λόγον ἔχειν περί τινα (vid. annot. crit.) sed mutatione non opus est. Etenim quum recte dicatur λόγον τινὸς ποιεῖσθαι et ἔχειν *rationem habere alicujus rei vel personae*, praepositio περὶ cum accusativo copulata, quippe quae crebro genitivi vice fungatur, non aliena esse videtur ab hac loquutione. Vid. annot. ad vv. τὴν περὶ τοὺς νέους ἐπιμέλειαν. §. 106.

περὶ τούτου — ἐσπουδάκασιν. Scaliger, Taylor, Valckenarius, (Herod. 2, 141.) Heinrichius genitivum cum accusativo τοῦτον commutandum esse censuerunt, immemores illi constructionis frequentissimae. Vide exempla ad §. 88. excitata, et quae contulerunt Baiterus atque Sauppius ad h. l. Quam struendi rationem et alii scriptores et maxime Isocrates usurpat.

ὅταν ἐν τοῖς ὅπλοις ἐκγρατευόμενοι ὦσι. Pro ὦσι in libris est indicativus: quamobrem pro ὅταν Bornemann proposuit ὅτε, Pinzger rescripsit ὅτ' —. Sed particula ὅτε cum indicativo prorsus absona est ab hoc loco ubi ea refe-

rantur, quae a legislatore sumta atque in ejus cogitatione et animo posita sunt. Heinrichii conjectura ἴωσι vel propter iteratam *eundi* notionem quae etiam verbo ἐκςρατευόμενοι inest displicet. Unice probanda est Bekkeri conjectura, quam dedimus: de qua re conferendus G. G. Hermannus (v. annot. crit.) „Heinrichius, inquit, ἴωσι edidit, quod non ausim defendere: Imm. Bekkerus autem aliique ὦσι scribendum putant, quod nisi forte et ὅταν et εἰσὶ ut ab interprete adjecta deleri vellemus, omnino probandum est." Neque verba ἐκςρατευόμενοι ὦσι a Graecorum consuetudine abhorrent; nam optimi quique scriptores hac periphrasi utuntur. Cf. Aristoph. Ran. 35. καὶ γὰρ ἐγγὺς τῆς θύρας βαδίζων εἰμί. Eccles. 1088. ἐγγὺς ἤδη τῆς θύρας ἑλκόμενος εἴμ'. — Thesmophor. 77. εἴτ' ἐς' ἔτι ζῶν, εἴτ' ἀπόλωλ' Εὐριπίδης. Demosth. de fals. leg. §. 37. πάντα ἀναδεχόμενος καὶ εἰς αὐτὸν ποιούμενος τὰ τούτων ἁμαρτήματα ἔςιν. Platon. Lys. p. 204 B. καὶ πόῤῥω ἤδη εἶ πορευόμενος τοῦ ἔρωτος. de rep. II. p. 374. E. πλείςης ἂν εἴη καὶ αὖ τέχνης τε καὶ ἐπιμελείας μείζης δεόμενον. De quo genere adeas Matthiae. gr. gr. p. 1104. Bernhardy. Synt. p. 334. Wesseling. ad Diodor. II. 5. Ast. ad Platon. Legg. II. p. 212. Goettling. ad Aristotel. Polit. p. 287. Krueger. ad Dionys. Historiogr. p. 117. Stallbaum ad Platon. Sympos. p. 216. E. de rep. X. p. 602. C. Lys. p. 204 B.

οἷα ποιοῦντες ἐδοκίμουν παρ' ἐκείνοις. Articulo quem Reiskius adjici voluit (οἱ οἷα ποιοῦντες) facile caremus, quum conditionis notio insit participio. — Pinzgerus haec verba reddit: „welche Thaten bei jenen für rühmlich gehalten würden," Thurotus „par quelles actions on s'illustrait chez eux." Verum haud scio an jure h. l. verbum ποιεῖν ad carmina referendum sit: welche Dichtungen etc. par quelles poësies on s'illustrait etc. Namque in praegressis de poëta agit orator, non de viris fortibus. In qua ratione si forte offendat aliquem pluralis numerus ποιοῦντες de uno Tyrtaeo usurpatus, is reputet etiam nostrates vocabulum „man," Gallos „on" in eadem re ponere. De verbo ποιεῖν, *carmina pangere, componere*, confer Platon. Phaedon. p. 60. D. περὶ γάρ τοι τῶν ποιημάτων ὧν πεποίηκας. Plat. Jon. p. 534. B. θείᾳ μοίρᾳ τοῦτο μόνον οἷός τε ἕκαςος ποιεῖν καλῶς, ἐφ' ὃ ἡ Μοῦσα αὐτὸν ὥρμησεν, ὁ μὲν διθυράμβους, ὁ δὲ ἐγκώμια, ὁ δὲ ὑπορχήματα, ὁ δ' ἔπη, ὁ δ' ἰάμβους. cf. Stallbaum. ad h. l.

In Tyrtaei elegion.

Heinrichius hoc fragmentum in quatuor partes dispescit: quod indicat vacuum spatium in editione Heinrichiana post v. 12. 14. et 30. relictum. Sed quatuor fragmenta a Lycurgo

coacervata esse neque per se credibile est, neque versus ipsi produnt. — In Tyrtaei editionibus hoc carmen, quod ab initio non integrum esse ipsa γὰρ particula documento est, primum locum obtinet. De versuum transpositione quam commendant Wassenbergh et Francke vid. Pinzgeri edit. Lycurg. p. 245 sq.

v. 1. ἐνὶ προμάχοισι πεσόντα. Quod codices et veteres editiones tenent ἐπὶ πρ. πεσ. haud ferri posse videtur. Versu 21. poëta dixit μετὰ προμάχοισι πεσόντα et v. 30. ἐν προμάχοισι πεσων. Vulgatam Pinzgerus defendit: Warum, inquit, sollte aber nicht einer, der in der ersten Reihe stand und fallend aus derselben heraus stürzt und vor sie zu liegen kommt, ἐπὶ πρ: πεσ. heifsen können? Respondeo, quia nusquam illum significatum capit ἐπὶ praepositio. Quamquam etiam Blumius Franckii conjecturam *probabilem illam quidem, necessariam non item* esse contendit.

v. 2. περὶ ᾗ πατρίδι μαρνάμενον. De dictione μάχεσθαι περί τινι vid. Abresch. Dilucc. Thucyd. p. 600. Matth. gr. gr. §. 589. p. 1177. et Nitzsch. ad Odyss. II. 245. qui contendit apud Homerum in ejusmodi dictionibus simul ad rem respici *de* qua certetur atque ad locum *ubi* pugnetur, ut μαχήσασθαι περὶ δαιτὶ sit am, beim Mahle um ein Mahl streiten. Quamquam non negat idem vir doctissimus loci respectum non inesse praepositioni ἀμφὶ Il. III. 70. συμβάλετ' ἀμφ' Ἑλένῃ καὶ κτήμασι πᾶσι μάχεσθαι. cf. ib. 91.

v. 3. τὴν δ' αὐτοῦ —. Vid. Hermann. ad Viger. Thiersch. gr. §. 206, 24. 240, 1. n. Nitzsch. ad Odyss. IV. 244. Bernhardy. Synt. p. 286. Ad sententiam confer Eurip. Phoeniss. 1010 sq. Andromach. 136. Antiphon. 2. §. 9. circ. fin. Isocr. Plataic. §. 55 sq.

v. 6. κουριδίῃ τ' ἀλόχῳ. De voce κουρίδιος adi Buttmanni Lexilog. I. §. 12. p. 32.

v. 7. ἐχθρὸς μὲν γὰρ τοῖσι μετέσσεται. Particulae μὲν respondet τε in verbis αἰσχύνει τε γένος. v. 9. Exempla hunc usum illustrantia plena manu dabit Hartungius de gr. ling. partt. I. p. 95. — οὕς κεν ἵκηται. Accusativus verbo motum in locum indicanti adjectus poëtarum tantum non proprius est: vide exempla ap. Matthiae. gr. gr. p. 747. Thiersch. gr. §. 268. Hartung. v. d. Casus. p. 37 sq. Raro Herodotus hoc idioma admittit. Cfi II. 36. τοὺς μάλιςα ἱκνέεται (figurate) ad quos venit, pertinet. ib. IX. 26. τοῦ δὲ ἑτέρου φαμὲν ἡμέας ἱκνέεσθαι ἡγεμονεύειν.

v. 8. χρησμοσύνη τ' εἴκων. Εἴκειν, cedere, obnoxium esse ut Odyss. 14, 157. ὃς πενίῃ εἴκων ἀπατηλια βάζει. quod ver-

bum prosa quoque oratio fert. Cf. Platon. Menex. p. 246. B. μηδ' εἰς τοὐπίσω ἀναχωρεῖν εἴκοντας κάκῃ.

v. 9. αἰσχύνει τε γένος κατὰ δ' ἀγλαὸν εἶδος ἐλέγχει. Cf. Hesiod. opp. 659. σὲ δὲ μή τι νόον κατελεγχέτω εἶδος. Pinzg. „Und er beschimpft das Geschlecht, ihn schändet das herrliche Ansehn." Sed mutato subjecto non est opus „er straft sein edles Aeussere Lügen."

v. 10. κακότης, ut Il. 11, 382. 12, 332. malum, calamitas, infortunium.

v. 11. εἶθ' οὕτως ἀνδρός τοι ἀλωμέγου οὐδεμί' ὥρη γίγνεται. Vid. Hermann. ad Viger. p. 933. *„tumque sane hoc modo nemo curat aut respicit circumerrantem. Hoc modo* dicit, i. e. *quum haec ita sint."* Ingeniosa est Passovii conjectura εἰ δ' οὕτως — τελέθει, θυμῷ κτλ., qua enuntiationes εἰ — τελέθει et θυμῷ μαχώμεθα ita nectuntur ut apodosis incipiat v. 13.: neque tamen codicum auctoritas spernenda.

v. 12. οὔτ' αἰδώς. Bekkerus, Baiterus et Sauppius οὐδ' αἰδὼς quod in Z est reposuerunt, nimirum quia praecedit οὐδεμί' ὥρη. At quum recte post negationes οὐ, μὴ in altero membro inferatur οὔτε, μήτε, vulgata haud sollicitanda est. Cf. annot. nostr. p. 90. Adde Stallbaum. ad Platon. Charmid. p. 171. C. de rep. III. p. 398. A.

v. 13. θυμῷ γῆς περὶ τῆσδε μαχώμεθα καὶ περὶ παίδων θνήσκωμεν. Praepositio περὶ idem h. l. designat quod ὑπέρ. Cf. Matthiae. gr. gr. p. 1175 sq. Bernhardy. Synt. p. 261 sq. annot. nostr. p. 85. — Aristophan. Equitt. 730. ὃς Μήδοισι διεξιφίσω περὶ τῆς χώρας Μαραθῶνι. — In vv. θυμῷ — μαχώμεθα dativus adverbii vicem gerit: „fortiter pugnemus." Cf. Bernhardy. Synt. p. 101.

v. 14. ψυχέων. Vid. Buttmann. gr. gr. I. p. 147.

v. 19. τοὺς δὲ παλαιοτέρους. Objectum verbi καταλείποντες haud sine vi repetitum est v. 10. (τοὺς γεραιούς). Vocabulum παλαιότερος et a poëtis et in pedestri oratione de *sene* adhibetur: conf. Homer. Il. 14, 808. Sophocl. Oed. Tyr. 954. Xenoph. Memor. 3, 10, 1. Isocrat. Panegyr. §. 185., quamquam prosa oratio plerumque verbum πρεσβύτερος habet. Γεραιὸς autem *venerabilem* potissimum senem designat. Vid. Passov. lex. h. v.

v. 20. γεραιούς. Correptio diphthongi in medio vocabulo alia vocali sequente frequens est. Diphthongus $\overline{\alpha\iota}$ correpta est in voc. Παιάν, ap. Eurip. Alcest. 222. Hercul. fur. 800. ed. Matth., in γενναιότερος Aristoph. Vesp. 858. in παλαιός Aristoph. Lysistr. 923. in δείλαιος Arist. Ecclesiaz. 390. Vid. Hermann. Elem. doctr. metr. p. 50. et quos laudat.

v. 21. αἰσχρὸν γὰρ δὴ τοῦτο — κεῖσθαι κτλ. De

γὰρ δὴ particulis adi Hartung. de gr. l. partt. I. p. 287. Infinitivus autem pronomini demonstrativo per epexegesin subjectus frequens est in graecorum scriptorum reliquiis. Conf. Stallbaum. ad Platon. Criton. p. 45. E. Phaedon. 64. C. Gorg. 469. C.

v. 25. φίλαις ἐν χερσὶν ἔχοντα. Ἐνὶ e codd. ZB° Osannus atque alii adsciverunt, quae scriptura non displicet, sed necessaria prorsus non est. Ceterum recte Pinzgerus vertit: „sich die blutige Schaam mit den lieben Händen bedeckend."

v. 26. αἰσχρὰ τάδ' ὀφθαλμοῖς καὶ νεμεσητὸν ἰδεῖν. Pro τάδ' quod cum Baitero et Sauppio in verborum ordinem recepi in codicibus atque in antiquis editionibus est τάγ': sed γε particula ab hac parenthesi aliena esse videtur. Conf. de hac particula Naegelsbach excurs. IV. ad annotat. in Iliad. p. 214 sq. G. Hermannus τά τ' excogitavit, quod non minus incommodum esse dixeris. — Singularis autem νεμεσητὸν post pluralem τάδ' illatus Reiskium offendit, qui temere νεμεσητ' ἐνιδεῖν rescribendum putavit, quod Thorlacius in textum recepit. Blumius verba καὶ νεμεσητὸν ἰδεῖν explicat: νεμεσητόν ἐστιν ἰδεῖν ταῦτα. Neutrum necessarium est: νεμεσητὸν enim praedicatum est pronominis τάδ'. Cf. Iliad. 18, 128. ναὶ δὴ ταῦτά γε, τέκνον, ἐτήτυμον. Vide Bernhardy. Synt. p. 336. — ὀφθαλμοῖς ἰδεῖν ad utrumque adjectivum referas: ad quam loquutionem comparanda sunt quae leguntur ap. Aeschin. de fals. leg. §. 78. ὥςε οἰκεῖά μοι καὶ συνήθη τὰ τῆς πόλεως ἀτυχήματα εἶναι τοῖς ὠσὶν ἀκούειν. §. 182. πῶς οὐκ οἰκτρὸν βλέπειν — καὶ τοῖς ὠσὶ τῶν ὀνειδῶν ἀκοῦσαι; in Ctesiph. §. 119. ὁρᾶτε τοῖς ὀφθαλμοῖς τὸν ἐξάγιςον — λιμένα τετειχισμένον.

v. 27. 28. νέοισι δὲ πάντ' ἐπέοικεν ὀφρ' — ἔχῃ. Thierschium et conjunctivus post ὄφρα sine ἄν particula illatus, et singularis numerus ἔχῃ ad pluralem νέοισι relatus offendit: tu adi Hermannum ad Viger. p. 934. Unitatis autem numerus etiam in prosa oratione creberrime plurali nominis numero subjungitur. Cf. Platon. Cratyl. p. 417. B. καθάπερ οἱ κάπηλοι αὐτῷ χρῶνται, ἐὰν τὸ ἀνάλωμα ἀπολύῃ· et quos citavi p. 179. Ad sententiam comparandus est Homer. Il. X. 71. — νέῳ δέ τε πάντ' ἐπέοικεν Ἀρηϊκταμένῳ, δεδαϊγμένῳ ὀξέϊ χάλκῳ κεῖσθαι. — Adjectivum ἐρατῆς (v. annot. crit.) et codices ZB° firmant, et ipsa depravata codicum scriptura ἀρετῆς tuetur. Conf. vers. Solonis ap. Demosth. de fals. leg. §. 255. 19.

πόλεμόν θ' εὕδοντ' ἐπεγείρει
ὃς πολλῶν ἐρατὴν ὤλεσεν ἡλικίην.

Ceterum falsissimum esse quod Pinzgerus et Coraës excogi-

tarunt, ἄνθος pro subjecto enuntiationis habendum esse (ἀγλαὸν ἄνθος ἔχῃ τοὺς νέους), nemo non intelliget.

v. 29. θνητὸς ἰδεῖν. Ineptum est quod libri praebent θνητοῖσιν: quamobrem in Reiskii conjetura θνητὸς acquiescendum censui. De verborum structura v. Matthiae. gr. gr. p. 1049 sq. N ἐφελκυστικὸν et in γυναιξὶν et in ἀμφοτέροισιν (v. 31.) recte addi docet G. Hermannus Elem. doctr. metr. p. 350. vid. Buttm. gr. gr. I. p. 93.

v. 31. ἀλλά τις εὖ διαβὰς —. Distichon sequens in ea quoque Tyrtaei elegia reperitur, quam Stobaeus serm. 50. servavit: alienum ab hoc loco esse judicat A. G. Beckerus. εὖ διαβὰς est *divaricatis, diductis pedibus ad firmandum gradum*. Cf. Homer. Il. 12, 458. εὖ διαβάς, ἵνα μή οἱ ἀφαυρότερον βέλος εἴη: quod interpretatur Eustath. διαστήσας τὰ σκέλη τουτέστι τὴν βάσιν πρὸς ἀντέρεισιν. Conf. Fischer. Indd. Pabophat. v. διαβαίνω. Sententia est: Man schreite wohl aus, schreitet wohl aus! De qua vocis τὶς significatione vide Matth. gr. gr. §. 487. 2. et Bernhardy. Synt. p. 439 sq.

v. 32. χεῖλος ὀδοῦσι δακών, quod faciunt irati. Compares Homericum ὀδὰξ ἐν χείλεσι φύντες Odyss. I. 381. XVIII. 410. et passim, de qua dictione legendus est Valckenarius ad Theocrit. Adoniaz. p. 203. Berol. et Aristophan. Vesp. 1048.

στὰς ἀνὴρ παρ' ἄνδρ' ὑπ' ὀργῆς τὴν χελύνην ἐσθίων.

quae lucem affundunt loquutionibus ap. eundem comicum obviis Lysistr. 643. γυναικῶν αὐτοδὰξ ὠργισμένων, et Pax. 585.

τὰς φύσεις ὑμῶν δεδοικὼς καὶ τὸν αὐτοδὰξ τρόπον.

§. 108. Καλά γε, ὦ ἄνδρες, καὶ χρήσιμα κτλ. Abest quod exspectes pronomen ταῦτα cum copula: quae ellipsis ab affectu loquentis profecta satis frequens est. Cf. Aristoph. Eccles. 421. νὴ τὸν Διόνυσον χρησά γ' —. ib. 566. νὴ τὸν Ποσειδῶ μεγάλα γ', εἰ μὴ ψεύσεται. ib. 680. νὴ τὸν Ἀπόλλω χαριέν γε. ib. 734. ἡ χύτρα δεῦρ' ἔξιθι! νὴ Δία μέλαινα γ'.— ib. 921. καινόν γ' —.

πρὸς τὴν πόλιν περὶ τῆς ἡγεμονίας ἀμφισβητεῖν. Construitur hoc verbum plerumque cum tertio casu personae quacum certamus atque cum genitivo rei de qua contendimus. — De variis struendi rationibus ad hoc verbum pertinentibus adeas Reiskii Indd. Demosth. h. v. Bremi. ad Demosth. adv. Aphob. I. §. 15. Schoemann. ad Isae. p. 232.

Οἱ μὲν γὰρ πρόγονοι. — Non Lacedaemoniorum sed Atheniensium majores significari et res ipsa et opposita verba Λακεδαιμόνιοι δ' docent: quamobrem facile caremus pronomine ἡμῶν quod post πρόγονοι inserendum censuerunt Morus atque Beckerus. — Lycurgea autem ex Isocrateis fluxisse manifestum est. Vid. Isocrat. Panegyr. §. 91 sq. οἱ δ' ἡμέτεροι μά-

ιοα μὲν βουλόμενοι διαφυλάξαι τὴν παροῦσαν δόξαν καὶ πᾶσι ποιῆσαι φανερόν, ὅτι καὶ τὸ πρότερον δι' ἀρετήν, ἀλλ' οὐ διὰ τύχην ἐνίκησαν —, ἐπιδείξαντες αὐτοῖς — τὴν ἀρετὴν τοῦ πλήθους περιγιγνομένην. ἴσας δὲ τὰς τόλμας παρασχόντες οὐχ ὁμοίας ἐχρήσαντο ταῖς τύχαις κτλ. Huc pertinet etiam Platonis Menexenus p. 240. D. καὶ πρῶτοι στήσαντες τρόπαια τῶν βαρβάρων ἡγεμόνες καὶ διδάσκαλοι τοῖς ἄλλοις γενόμενοι, ὅτι οὐκ μαχος εἴη ἡ Περσῶν δύναμις, ἀλλὰ πᾶν πλῆθος καὶ πᾶς λοῦτος ἀρετῇ ὑπείκει. οἱ πρῶτοι τῆς Ἀττικῆς ἐπέβησαν. Fuit quum suspicarer verba οἱ πρῶτοι librariorum culpa trajecta esse pro πρῶτοι, οἱ —, πρῶτοι autem ad nomen πρόγονοι referendum esse: quo ducere videbatur Platonis locus (cf. annot. praecedentem). Sed bene habet scriptura οἱ πρῶτοι optimorum codicum consensione firmata. Vid. annot. crit. Ἐπιβαίνειν de hostili impetu saepius ponitur, velut Dem. Olynth. I. §. 22. Θετταλίας ἐπέβη. orat. funebr. §. 20. νομίζω τοίνυν καὶ τοῦ τῆς χώρας ἡμῶν μὴ ἐπιβῆναι τοὺς πολεμίους πρὸς τῇ τῶν ἐναντίων ἀγνωμοσύνῃ τὴν τούτων ἀρετὴν αἰτίαν γεγενῆσθαι.

ταῖς μὲν τύχαις οὐχ ὁμοίως ἐχρήσαντο. Negatio a codicibus atque ab antiquis editionibus abest: quam addendam esse jam Melanchthon viderat, qui locum latine sic interpretatus est: „Lacedaemonii vero in Thermopylis instructa acie, etsi multitudine superati tandem communi hominum fortunae succubuerunt, tamen fortitudine longe omnibus antecelluerunt." Nam oratorem verbis ταῖς μὲν τύχαις ὁμοίως ἐχρήσαντο *victoriae de barbaris reportatae fortunam quae Lacedaemoniis cum Atheniensibus par fuisset* designasse cum Osanno atque Pinzgero nemo, opinor, contendet. Confer Wurmii commentarium in Dinarchum p. 178 sq. optime de hoc loco disserentis. Restituendam esse negationem Lycurgi orationi etiam Isocratis locus supra laudatus, quem h. l. expressit Lycurgus, docet: quocum apte contulerunt duumviri Turicenses Diodor. Sicul. XI. 11. τοῖς μὲν σώμασι κατεπονήθησαν, ταῖς δὲ ψυχαῖς οὐχ ἡττήθησαν. Lycurg. §. 48. ἐξ ἴσου τῶν κινδύνων μετασχόντες οὐχ ὁμοίως τῆς τύχης ἐκοινώνησαν. Lys. or. funebr. §. 32. τούτῳ δὲ τῷ τρόπῳ τῶν μὲν δυςυχησάντων, τῶν δὲ κτλ. — Adde Dem. de cor. §. 208. ubi similis sententia effertur: ὃ μὲν γὰρ ἦν ἀνδρῶν ἔργον ἅπασι πέπρακται, τῇ τύχῃ δ' ἣν ὁ δαίμων ἔνειμεν ἑκάςοις ταύτῃ κέχρηνται. — Neque adverbium ὁμοίως habet quod displiceat v. annot. ad §. 48. quamquam Bekkerus et Coraës praetulerint ὁμοίαις. Cf. Coraës ad h. l. Σημειώσ. p. 73 sq. ad Isocrat. Σημειώσ. p. 43.

§. 109. ἐπὶ τοῖς ὁρίοις τοῦ βίου. Augerus: „où ils ont terminé leurs jours." Pinzgerus: „auf den Grenzsteinen

ihres Lebens, d. h. da wo sie gefallen sind." Qui recte interpretati esse videntur hunc locum: quamquam poëticam haec prae se ferunt audaciam. Parum autem recte Reiskius haec verba cum participio ἀναγεγραμμένα arcte conjungens interpretatus est: „testimonia conscripta ab iis e vita excedentibus," nimirum quia ipsos Spartanos loquentes inducit poëta. — Alii in mendo hunc locum cubare statuerunt: Melanchthon enim quum e graeco haec ita in latinum convertisset: *in extrema ora faucium monimenta exstructa sunt*, Palmerius verborum τοῦ βίου loco τοῦ ὁρίου rescribendum esse censuit, quo *praecipitem locum* ejus regionis designari credidit. Etiam Osannus in verbis τοῖς ὁρίοις τοῦ βίου loci definitionem latere opinatus est, *quo illa eximiae virtutis testimonia lapidi insculpta oculis legerentur.* Majore autem audacia Coraës reposuit ἐπὶ τοῖς ἠρίοις τοῦ βίου κτλ. quae ita explicuit: τῆς ἡμετέρας διορθώσεως ὁ νοῦς ἐστί· Ἔχειν ἰδεῖν μαρτύρια τῆς ἀρετῆς τοῦ βίου αὐτῶν ἀναγεγραμμένα ἐπὶ τοῖς τάφοις. Wurmius denique (commentar. in Dinarch. p. 182.) ἠρίοις cum Coraë tamquam genuinum amplexus est, τοῦ βίου deletum voluit: „ex ipsius Lycurgi oratione in Autolycum, inquit, Harpocration id nomen affert p. 140. Ἤρια, Λυκοῦργος ἐν τῷ κατ' Αὐτολύκου. ἠρία εἰσὶν οἱ τάφοι etc. cf. Photii lex. p. 65. Atque ita hoc loco videtur esse scribendum. Quod additur τοῦ βίου sine dubio tollendum est; accidit enim, quod saepe in locis corruptis solet usu venire, ut errorem error consequatur. Nam mutato nomine ἠρίοις in ὁρίοις quum ignoraretur, quaenam essent illa ὅρια, ita difficultatem eam sibi tollere videbantur ut τοῦ βίου adderent." Scripturae autem compendium, quo Coraës usus est in editione sua, a Wurmio male intellectum in causa fuit, ut interpres Dinarchi sibi persuaderet Coraëm in duobus codicibus invenisse illud ἠρίοις: quamquam id secus est. — Ceterum vereor ne paucissimis sit placitura ea mutatio, quippe quae temeritatis crimen non effugiat.

μαρτύρια — ἀναγεγραμμένα ἀληθῆ πρὸς ἅπαντας τοὺς Ἕλληνας. Ἀναγράφειν verbum est legum earumque rerum proprium quae solenniter in tabulas referuntur vel aeri atque lapidi inciduntur. Cf. Lycurg. §. 117. εἰς ταύτην (τὴν στήλην) ἀναγράφειν, atque ἐν ταύτῃ τῇ στήλῃ ἀναγέγραπται. Demosth. in Neaer. §. 105. τοὺς δοκιμασθέντας ἀναγραφῆναι ἐν στήλῃ λιθίνῃ. Isocrat. Panegyr. §. 120. ἀναγράφειν συνθήκας. Eodem modo Andocid. de myster. §. 82. 83. 84. 89. etc. Lys. pro Polystrato §. 19. Vide Sluiter. Lectt. Andocc. p. 132 sq. ed. Schiller. — πρὸς τοὺς Ἕλληνας, aux yeux de tous les Grecs, cf. §. 95. 101.

ἐκείνοις μέν. Pronomen ἐκείνοις e verbo ἀναγεγραμμένα suspensum opponitur sequentibus τοῖς δὲ ὑμετέροις προγόνοις, atque ad *propius* nomen Λακεδαιμόνιοι refertur. Conf. Bernhardy. Synt. p. 276 sq.

Ad epigramma Lacedaemoniorum compares Herodot. VII. 228. Valckenar. Strabon. IX. c. 4. p. 413. (p. 293. ed. Tauchnitz.) Diodor. XI. 11. 33. Anthołog. III. 5. p. 291. Suid. v. Λεωνίδης. Cicer. Tusc. Qu. I, 42.

χρυσοφόρων Μήδων. Conf. Xenoph. Anab. 1, 8, 29. — Thomas Mag. p. 287. Ritsch. Τοὺς Πέρσας οἱ ὕστερον καὶ Μήδους — λέγουσι. Sed non modo οἱ ὕστερον, sed omnes omnino graeci scriptores Medorum nomen de Persis adhibent: Cf. Herodot. 9, 17. μηδίζειν. 7, 228.

Μνῆμα τόδε κλεινοῖο Μεγιςία ὅν ποτε Μῆδοι
Σπερχειὸν ποταμὸν κτεῖναν ἀμειψάμενοι.

Thucyd. I. 69. μετὰ τὰ Μηδικά. 94. Μήδων ἐχόντων. 95. Μηδισμός. — τοῦ Μηδικοῦ πολέμου etc. Aristophan. Eqq. 445. ἢ Μήδοις καὶ βασιλεῖ ξυνώμνυτε. Eqq. 730. σὲ γὰρ ὃς Μήδοισι διεξιφίσω — Vesp. 12. Pac. 108. etc.

ἐστόρεσαν δύναμιν. Hoc verbo ap. Thucydidem utitur Alcibiades 6, 18. ἵνα Πελοποννησίων τε ςορέσωμεν τὸ φρόνημα, ubi schol. τῶν παρὰ Θουκυδίδῃ τροπικῶν ὀνομάτων τὸ σκληρότατον ταῦτό ἐςιν· ἀλλὰ κατὰ Ἀλκιβιάδην φησίν.

§. 110. Ταῦτα — καὶ μνημονεύεσθαι καλὰ καὶ τοῖς πράξασιν ἔπαινος —. De adjectivo cum passiva verbi forma copulato consulas Matth. gr. gr. §. 535. not. p. 1050. Ταῦτα autem ad fortia facta virorum qui pro patria occubuerunt, versibus illis celebrata, pertinet: quod probant opposita: ἀλλ' οὐχ ὁ Λεωκράτης πεποίηκεν, i. e. ἀλλ' οὐκ ἔστι καλὸν οὐδὲ τῷ πράξαντι ἔπαινος οὐδὲ τῇ πόλει δόξα ἀείμνηςος ὁ Λεωκράτης πεποίηκεν. Quamquam vereor ne Pinzgero videar a vero aberrasse Lycurgi locum perperam sic interpretanti: Dieses Herrliche, o Athener, auch nur zu erwähnen, ist für die Thaten (ταῖς πράξεσιν Pinzg. cum vett. edd. et codd. ALZ°B° edidit) Lob und für die Stadt unvergänglicher Ruhm. Nicht aber verrichtete Leocrates solches (amplexus enim est vett. edd. scripturam ἀλλ' οὐχ ὁ Λεωκράτης πεποίηκεν). Sed neque verba ταῦτα — καὶ μνημονεύεσθαι καλὰ respondent illis „Dieses Herrliche auch nur zu erwähnen," neque enuntiatio ἀλλ' οὐχ ὁ Λεωκράτης πεποίηκεν illud objectum „solches" continent: Taylori contra conjecturam τοῖς πράξασιν non modo loci sententia flagitat sed etiam ipsa depravata codicum BPZ scriptura τοῖς πράξεσιν quodammodo confirmat, et Reiskii suspicionem ὁ Λεωκρ. πεποίηκεν, quantum e tacente Bekkero atque Osanni annotatione critica

ad h. l. colligi potest, codices, praeter Z, tutantur omnes, Ceterum non sine indignatione verba ἀλλ' οὐχ κτλ. ab oratore proferuntur.

ἀλλ' ἑκὼν τὴν ἐξ ἅπαντος τοῦ αἰῶνος συνηθροισμένην τῇ πόλει δόξαν κατήσχυνεν. Cf. §. 82. τὴν κοινὴν καὶ μετὰ πολλῶν πόνων συνειλεγμένην εὔκλειαν, ταύτην διὰ τὴν τῶν τοιούτων ἀνδρῶν πονηρίαν καταλυομένην. Taylorus vocem ἑκὼν tamquam frigidam cum verbis εἰς ὤν malit commutare, *unus ille ex omni aevo collectam laudem dedecoravit.* Quam scripturam Beckerus contra Taylorum ita defendit, ut hominis nefarii facinus, qui *sponte, nulla urgente necessitate,* urbem reliquerit, fortibus majorum factis qui *necessitate coacti* hostes aggressi sint, oppositum esse contendat. Quae sententia ab oratoris verbis aliena est: ἑκὼν nihil aliud designat quam nostrum „mit Wissen und Willen."

καὶ ὑμεῖς sc. ὥσπερ καὶ οἱ πρόγονοι.

νομίζοντες ἐκεῖνα μὲν παρὰ τοῖς πολεμίοις εὐδοκιμεῖν, παρὰ δ' ὑμῖν ἀναίδειαν — κεκρίσθαι κάλλιστον. Taylorus, quum in praegressis contentio sit inter *auditores* eorumque *majores,* scripturam παλαιοῖς pro πολεμίοις suadet. Quam conjecturam Heinrichius, Coraës atque Blumius amplexi sunt. Neque tamen mutatione opus est: atque ipsum praesens tempus εὐδοκιμεῖν in ista sententia, quam Taylorus excogitavit, parum apte ad praeteritum refertur: quamquam non nescius sum infinitivum praesentis hunc significatum posse adsciscere. Beckerus vulgatam defendens oratorem indicasse contendit „praeclara ista majorum facta apud exteros adhuc in honore esse, contra apud auditores impudentissimam patriae proditionem." Sed ἐκεῖνα latius videtur patere atque „facinora talia, illis similia" significat, et vocabulum *adhuc* in graecis non invenitur. Itaque nihil aliud dicit orator quam „talia hostium admirationem excitare, durch solche Thaten lege man bei den Feinden Ehre ein, dagegen bei euch —" Quae sententia acerbissima est. Conf. Baiter. et Saupp. ad h. l. — Attendas autem velim ad μὲν et δὲ particularum collocationem: nam quum verba παρὰ δ' ὑμῖν opposita sint verbis παρὰ τοῖς πολεμίοις, his adjicienda erat μὲν particula. Sed liberius collocantur hae particulae, ubi omnes atque singulae utriusque enuntiationis partes inter se opponuntur. Cf. Aristoph. Acharnens. 33. ζυγῶν μὲν ἄζυ τὸν δ' ἐμὸν δῆμον ποθῶν. Dem. de cor. §. 163. τὸν ἐν Ἀμφίσσῃ πόλεμον τούτου μὲν ποιήσαντος, συμπεραναμένων δὲ τῶν ἄλλων τῶν συνεργῶν αὐτῷ τὴν πρὸς Θηβαίους ἔχθραν. ib. §. 317. οἱ διέσυρον μὲν τοὺς ὄντας τότε, τοὺς δε πρότερον γεγενημένους ἐπῄνουν. Vide Schaef. appar. ad Dem. II. p. 389. — Non-

trum adjectivi genus κάλλιςον substantivis feminini generis praedicati loco subjectum nihil offensionis habet. Vid. Matth. gr. gr. §. 437. Cf. Aristophan. Thesmophor. 21. οἷόν τί που ἐςὶν αἱ σοφαὶ ξυνουσίαι! Demosth. de cor. §. 242. πονηρὸν ὁ συκοφάντης ἀεὶ καὶ πανταχόθεν βάσκανον καὶ φιλαίτιον. de fals. leg. §. 336. μὴ λέγε ὡς καλὸν εἰρήνη μηδ' ὡς συμφέρον.

§. 111. σκέψασθε ἐκείνους τίνα τρόπον ἐλάμβανον — τὴν τιμωρίαν. De attractione h. l. obvia adi annot. nostr. p. 189. — Articulus autem in dictione λαμβάνειν τιμωρίαν vel δίκην plerumque non deprehenditur. Cf. §. 71. τοῦ λόγου ἠξίουν τιμωρίαν λαμβάνειν. §. 126. δίκην παρ' αὐτῶν ἀδικούντων λαβεῖν. Lys. in Eratosth. §. 84. ἐπειδὴ τοίνυν — δίκην παρ' αὐτῶν οὐκ ἂν δύναισθε λαβεῖν. Neque tamen articulus absonus est ab his loquutionibus: indicat enim *debitam* poenam, die bestimmte, jedem gebührende Strafe. De quo articuli usu confer quae congessit Foertsch. in obss. critt. in Lys. oratt. p. 54 sq.

ὡς ὠργίζοντο τοῖς προδόταις καὶ κοινοὺς ἐχθροὺς ἐνόμιζον εἶναι —. sc. αὐτοὺς. Sed pronomen in ejusmodi enuntiatis repudiant Graeci. Vide Viger. p. 171. not. Eodem modo respuunt pronomina personalia primae atque secundae personae. Cf. Lys. de Aristoph. bon. §. 64. δέομαι οὖν ὑμῶν — βοηθεῖν ἡμῖν καὶ μὴ περιϊδεῖν ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν ἀναιρεθέντας.

§. 112. Quae de Phrynichi caede a Graecis scriptoribus memoriae tradita sunt inter sese discrepant: conf. imprimis Thucydid. 8, 92 sq. Lys. in Agorat. §. 71. Plutarch. Alcib. c. 25. Vide Pinzger. et Sauppium ad h. l. Wachsmuth. Hell. Alterth. I. 2, p. 204. Hermann. Staatsalterth. p. 325 sq. Phrynichus, unus e Quadringentis viris, qui Olymp. 92, 1. 2. (v. Fr. A. Wolf. ad Lept. in Schaefer. app. ad Dem. III. p. 139.) per quatuor menses summae rei publicae praefuerunt, et ingenio et eloquentia inter demagogos ejus aetatis videtur excelluisse. Thucyd. 8, 27. Aristot. Polit. 5, 5, 4. Westermann. Gesch. der gr. Beredsamk. p. 57. Ceterum adi quos excitant Sluiterus in Lectt. Andocc. p. 75. ed. Schiller. et Bremius ad Lys. in Agorat. §. 70.

ἐν τοῖς οἰσυίοις. Οἴσυον et οἰσύα, Gall. *osier*, Bandweide, vid. Lobeck. ad Phrynichum p. 301 sq. quamquam neutrum genus praefert Phrynichus in Bekker. anecd. p. 57, 8. οἴσυον οὐδετέρως· οἱ δὲ θηλυκῶς λέγοντες οἰσύα διαμαρτάνουσιν. σημαίνει δὲ ῥάβδους ἑλώδεις. A quo nomine derivatum est adjectivum οἰσυῖος vel potius οἴσυιος, vid. Lobeck. ad Phrynich. p. 494. Buttmann. gr. gr. II. p. 338., sicut δίφυι-

ος a φυή, δίγυιος a γύα. Adjectivum autem optimorum codicum consensio tuetur: quamobrem neque οἰσύοις, neque οἰσύαις (*apud salices, in salicto?*) recipiendum fuit, quod nonnulli practulerunt. Quamquam haud sentio cum Beckero, verba ἐν τοῖς οἰσυίοις de operariis qui vimina plecterent adhibita esse opinante, atque ad *vicum s. plateam ubi operarii isti habitabant* referente. Verisimillimum est, quod Toupius append. ad Theocrit. p. 28. (p. 463. ed. Berolin.) suspicatus est, forum vimineum designari vel eam partem fori ubi fisci viminei vendebantur: quem significatum, opinor, ipsum substantivum h. l. caperet, si genuinum esset. Cf. Aristophan. Thesmophor. 417.

— — ἀγὼ μόλις
στεφανηπλοκοῦσ' ἔβοσκον ἐν ταῖς μυῤῥίναις.

Vid. vir. doctt. ad Aristoph. Plut. 390. ed. Both. — Bernhardy. Synt. p. 57. In *foro* enim Phrynichum occisum esse Thucydides perhibet. Baiteri conjectura οἰσυΐνοις eodem spectat.

εἰς τὸ δεσμωτήριον ἀποτεθέντων. Ἀπαγωγῇ enim φόνου usi sunt Phrynichi amici i. e. Quadringenti viri. Vid. Meier. et Schoemann. de Ord. Jud. p. 231. — Δεσμωτήριον, οἴκημα (Wachsmuth. Hell. Alterth. II. 1, 249. ein höflicher Ausdruck der späteren Zeit. Vid. Demosth. in Dionysod. §. 4. Plutarch. Solon. c. 15.: sed οἴκημα, pro πορνεῖον dictum, antiquius est quam Wachsmuthio videtur H. Alt. I. 2, p. 360. not. 69. circ. fin. Tu vide Valckenarium ad Herodot. II. 121.) et ἀναγκαῖον, de quo cf. Xenoph. Hell. 5, 4, 8. et 14. Harpocrat. h. v. cum notis Maussac. et Vales., *carcerem* designant. Neque tamen ex articulo εἰς τὸ δεσμωτήριον colligi potest, *unum* carcerem fuisse Athenis: articulus enim ad genus pertinet. Eodem modo nostrates dicunt: ins Gefängniſs werfen. — Rarius autem dictio ἀποτιθέναι εἰς τὸ δεσμωτήριον reperitur: crebrius occurrunt loquutiones ἀπάγειν εἰς τὸ δεσμ. Aeschin. in Ctesiph. §. 150. Din. in Aristogit. §. 9. 10. — Κατατιθέναι εἰς τ. δ. Dem. in Timocr. §. 63. in Dionysodor. §. 4. — ἐμβάλλειν ε. τ. δ. Dem. adv. Nicostr. §. 14. — ἀποδιδόναι ε. τ. δ. Ps. Plutarch. vit. Antiph. p. 833. — δεσμεύειν Xenoph. Hier. 6, 14. et δεῖν (conf. arab. أسر, hebr. אסר, lat. *vincire*) Dem. in Timocrat. §. 168. Aristoph. Eqq. 167. — εἴργειν cf. infra. Indd. Dem. h. v. Is qui in carcerem deducitur etiam ἐμπίπτειν εἰς τὸ δεσμωτήριον, vel substantivo illo omisso ἐμπίπτειν dicitur. Vid. Schaefer. appar. ad Dem. IV. 352. Jacobitz. ad Lucian. Toxar. p. 57.

αἰσθανόμενος ὁ δῆμος — ἐξῆγε κτλ. Coraës (p. 75.) malit αἰσθόμενος — ἐξήγαγε. Sed commode Blumius consulit Thucyd. I. 91. οἱ δὲ ἀκούοντες — ἐπείθοντο. Quod genus latissime patet apud Graecos.

βασάνων γενομένων ἀνέκρινε. De βασάνοις cf. supra §. 28 sq. Meier. et Schoem. de Ord. Judicior. p. 683. et de anacrisi in universum ib. p. 622 sq. Heffter. Athen. Gerichtsvf. p. 285 sq. Extra ordinem autem ab ipso populo anacrisis instituta est, atque in ipsum defuncti cadaver animadversum. De quo singulari judicio confer Schoemann. de comitt. Atheniens. p. 225. et Meier. et Schoem. de Ord. Jud. p. 342.

εὗρε τὸν μὲν Φρύνιχον προδιδόντα τὴν πόλιν. Invenit patriae *proditorem esse* Phrynichum: cf. infr. §. 113. ὅπως ἂν μὴ κέηται ἐν τῇ χώρᾳ μηδὲ τὰ ὀςᾶ τοῦ τὴν χώραν καὶ τὴν πόλιν προδιδόντος ubi Coraës malit προδόντος. Cf. commentar. nostr. p. 70. Morus h. l. emendavit προδόντα quod tenet pr. A: qua emendatione non opus.

§. 113. Κριτίου εἰπόντος i. e. Critia auctore. Cf. Andocid. de reditu §. 23. τὸ ψήφισμα ὃ Μενίππου εἰπόντος ἐψηφίσασθε: εἰπεῖν enim is dicitur qui legem vel psephisma rogat, cujus nomen plerumque praescribitur formulae decreti. Cf. Andocid. de myster. §. 77. 83. Dem. advers. Leptin. §. 27. in Mid. §. 10. in Timocrat. §. 39. 42. De re vide Schoemann. de comitt. Atheniens. lib. I. c. XI. XII. — Huc pertinent dictiones τὰ ψηφίσματα ἐλέγετο Lys. in Agorat. §. 20. παρὰ τοὺς νόμους τὸ ψήφισμα εἴρηται. Dem. in Aristocr. §. 20. et Aristophan. Ecclesiaz. v. 21.

— καταλαβεῖν δ' ἡμᾶς ἕδρας,
ἃς Σφυρόμαχός ποτ' εἶπεν, εἰ μέμνησθ' ἔτι,
δεῖ τὰς ἑτέρας πως, κἀγκαθιζομένας λαθεῖν.

ubi Schol. ὁ δὲ Σφυρόμαχος ψήφισμα εἰσηγήσατο, ὥςε δεῖν τὰς γυναῖκας τὰς ἑταίρας χωρὶς τῶν ἐλευθέρων καθέζεσθαι. — Psephisma contra Antiphontem Phrynichi amicum perlatum, simile ei quod hic tangit orator, vide ap. Plutarch. vit. Antiph. p. 833.

προδότης ὢν ἐν τῇ χώρᾳ τεθάφθαι. Veteres editiones μὴ τεθάφθαι: qua negatione deleta jam omnia plana sunt. Abest enim a Mss. μὴ illud quod vel sine codicum suffragio ejiciendum fuit. Quamquam Blumio aliter visum est.

τά τε ὀςᾶ αὐτοῦ ἀνορύξαι καὶ ἐξορίσαι —. Τὲ particula trajecta est, ut §. 14. et 56. Cf. commentar. nostr. p. 99. et Bernhardy. Synt. p. 462. De poenae modo conf. Thucyd. I. 126. Lyc. §. 115. et Xenoph. Hell. I. 7, 23.

ὅπως ἂν μὴ κέηται κτλ. De conjunctivo modo verbi

κεῖμαι adi Buttmann. gr. gr. I. p. 566. not. 7. Cui summo viro ne temere fidem habeas vide etiam Stallbaumium ad Platon. Phaedon. p. 84. E. — De ὅπως ἄν vid. §. 86.

§. 114. ἐψηφίσαντο δέ [τινες]. Vocem τινες prorsus ineptam esse quotusquisque est quin videat? E sequenti enuntiatione hoc vocabulum in hunc locum irrepsisse veri simile est.

ἐὰν ἀπολογῶνταί τινες περὶ τοῦ τετελευτηκότος, i. q. ἀπολογῶνται ὑπὲρ τοῦ —, velut §. 11. 115. 135. 138. Dinarch. in Dem. §. 48. Sed Demosth. de fals. leg. §. 214. ὑπὲρ ὧν ἀγωνίζεται, περὶ τούτων ἀναγκάζετε ἀπολογεῖσθαι.

ὁ τεθνηκώς. Benseler ad Isocrat. Areopag. p. 90. malit ὁ τεθνεώς. Cf. annot. nostr. ad §. 88.

ὁμοίως ἂν προδοῦναι: eodem modo eum proditurum fuisse patriam si occasionem nactus esset.

καὶ τοιαῦτα κατ' αὐτῶν ψηφιζόμενοι. Heinrichius ante τοιαῦτα de suo addidit articulum, quia ad certam, opinor, atque definitam rem respicit orator. Quod genus illustrarunt Wyttenbach. ad Plutarch. Moral. I. p. 120. Schaefer. Meletem. critt. p. 32. Sed quum non una res designetur, sed et ea ipsa de quibus modo agebatur et alia his similia indicentur, optimo jure articulus abest. Ceterum conf. Matth. gr. gr. p. 548 sq. Bernhardy. Synt. p. 320.

ἀσφαλῶς ἐκ τῶν κινδύνων ἀπηλλάττοντο i. q. ἐσώζοντο ἐκ τῶν κινδύνων. Conf. Lyc. §. 2. 17. 143. Verbum ἀπαλλάττεσθαι plerumque genitivum assumit: rarius cum praepositione ἐκ junctum est. Conf. Platon. Protagor. p. 326. C. ἐπειδὰν δὲ ἐκ διδασκάλων ἀπαλλαγῶσιν. Cratyl. p. 407. D. ἐκ μὲν οὖν τῶν θεῶν πρὸς θεῶν ἀπαλλαγῶμεν: proprie est discedere ab (ex) aliis.

Λάβε δὲ αὐτοῖς. Ad judices spectat hic dativus ethicus: cf. §. 24. 36. 118. 120. 125.

§. 115. Ἔπειτα in interrogatione positum est ut §. 27. et passim.

Ἀρίσταρχον καὶ Ἀλεξικλέα ἀπέκτειναν. Haec falsa esse Thucydides (8, 98.) docet, qui Aristarchum et Alexiclem Athenis aufugisse perhibet. Aristarchum postea capitis poena multatum esse Xenophon tradidit Hellen. I. 7, 28 sq. Animadversum autem est in Phrynichi amicos Antiphontem et Archeptolemum Theramene auctore. Vid. Lys. in Eratosth. §. 67.

καὶ οὐδ' ἐν τῇ χώρᾳ ταφῆναι ἐπέτρεψαν. Accusativus cum infinitivo subjectus verbo ἐπιτρέπειν raro usurpatur. Cf. Xenoph. Anab. 7, 7, 8. ἀποπορευομένους ἡμᾶς οὐδ' ἐναυλισθῆναι, ὅσον δύνασαι, ἐπιτρέπεις. ib. 6, 3, 11. ὁ δὲ τρεῖς ἀφελὼν τὰς τελευταίας τάξεις, ἀνὰ διακοσίους ἄνδρας, τὴν μὲν

ὶ τὸ δέξιον ἐπέτρεψεν ἐφέπεσθαι, ἀπολιπόντας ὡς πλέθρον. › aliis hujus verbi structuris vid. Wurm. ad Dinarch. p. 60 62. Ast. ad Platon. de rep. p. 347. D. Stallbaum. ad Pla- n. de rep. VIII. p. 551. C. IX. p. 574. A. At longius am par est a loquendi consuetudine videtur recedere Dirchus in Philocl. §. 16. ὑμεῖς δὲ —, οὓς ἡ τύχη καὶ ὁ κλῆ- ς ὑπὲρ τοῦ δήμου δικάσοντας ἐπέτρεψε. Ad quem locum scripsit Reiskius: „Sententia et usus loquendi postulant ἔξησε (malim κατέξησε v. ἀπέδειξε M.), aut οἷς ἡ τύχη ὑπὲρ τοῦ δήμου ἀμύνεσθαι δικάσοντας ἐπέτρεψε." Wurmius leto participio reponit οἷς ἡ τύχη καὶ ὁ κλῆρος ὑπὲρ τοῦ δή- υ ἐπέτρεψε i. e. *quibus commissa est salus publica.* Fortasse scribendum οὓς — δικάζειν ἐπέτρεψε: quamquam Schmid- is „quidni, inquit, hoc loco a vulgari ratione *paululum recedere* Dinarcho licuerit?"

τό σῶμα τὸ προδεδωκὸς — ζῶν καὶ ὑποχείριον οντες τῇ ψήφῳ. De voce σῶμα cf. §. 25. 117. 119. et not. nostr. p. 158. Pro ζῶν καὶ ὑποχείριον Pinzgerus legit ν ὑποχείριον ἔχοντες τῇ ψήφῳ. Quod etsi ferri potest tamen bito admodum an manum oratoris restituerit interpres: ete- m καὶ inserto singula verba ζῶν, ὑποχείριον non sine vi culcantur auribus. Librariis particulam illam improbantibus betur scriptura τὸ σῶμα — ζῶν, καὶ ὑποχείριον ἔχοντες ν ψῆφον, quae est in nonnullis codibus, commodo illa idem sensu non carens: sed confer §. 91. 119. 141.

§. 116. Καὶ τοσοῦτον ἔσεσθέ γε — χείρους. Parti- larum καὶ — γε conjunctio quae Atticorum propria est, erumque Latinis *et — quidem* respondet, sed latius etiam pa- t. Ibi enim potissimum hae particulae locum habent ubi *mplementi* instar *majora* minoribus adduntur. Exempla da- t Hartungius de gr. ling. partt. I. p. 396 sq. nonnulla con- ssit Stallbaum. ad Platon. Gorg. p. 469. B.

τοὺς λόγῳ μόνον — βοηθήσαντας. Infra §. 122. et 23. orator posuit λόγῳ μόνῳ (προδιδόναι, προδιδόντα): quod sannus et Coraës in hunc quoque locum invexerunt. Sed cte etiam adverbium adjungitur substantivo. Conf. Isocrat. l Demon. §. 49. ὅπου γὰρ τοὺς τῷ λόγῳ μόνον ψευδομέ- ως ἀποδοκιμάζομεν ἦπού γε τοὺς τῷ βίῳ παντὶ ἐλαττουμένους ὶ φαύλους εἶναι φήσομεν. Platon. Phaedr. p. 253. D. ἄπληκτος ελεύματι μόνον καὶ λόγῳ ἡνιοχεῖται. Dem. de cor. §. 101. εἰ τίς οὐκ ἂν ἀπέκτεινέ με δικαίως εἴ τι τῶν ὑπαρχόντων τῇ ὀλει λόγῳ μόνον καταισχύνειν ἐπεχείρησα; ἐπεὶ τόγε ἔργον ὐκ ἂν ἐποιήσαθ' ὑμεῖς κτλ. Exempla vide ap. Bremi. excurs. I. ad Lys. oratt. p. 451. Conf. Heindorf. ad Platon. Euthy- em. p. 389.

τοὺς — βοηθήσαντας ταῖς ἐσχάταις τιμωρίαις μετῆλθον. Cf. Aeschyl. Choeph. 259. εἰ μὴ μέτειμι τοῦ πατρὸς τοὺς αἰτίους: ib. 920. ὡς τόνδ' ἐγὼ μετῆλθον ἐνδίκως μόρον τὸν μητρός. Eumenid. 217. ἐγὼ — δίκας μέτειμι τόνδε φῶτα. Eurip. Bacch. 303. τῆς σῆς δ' ἀνοίας τόνδε τὸν διδάσκαλον δίκην μέτειμι. de qua verborum structura adi Elmslej. ad Euripid. Heraclid. 852. Propius ad Lycurgi locum accedunt Antiphon. I. §. 10. μετέρχομαι τὸν φονέα τοῦ πατρός, et Aeschin. in Ctesiph. §. 107. τίνι χρὴ τιμωρίᾳ τοὺς ἀνθρώπους τούτους μετελθεῖν;

τὸν ἔργῳ καὶ οὐ λόγῳ τὸν δῆμον ἐγκαταλιπόντα. Καὶ particula in membro opposito cum negatione copulatur: quod non abhorret a Graecorum usu. Eodem modo infra §. 123. dicit τὸν ἔργῳ καὶ οὐ λόγῳ τὴν οἰκουμένην ἐκλιπόντα. Dem. de cor. §. 287. ἐμὲ ἐχειροτόνησαν καὶ οὐχ ὑμᾶς. de fals. leg. §. 72. ὥσπερ ἐν ἄλλοις τισὶ κρινόμενον καὶ οὐκ ἐν ὑμῖν. in Mid. §. 74. ὕβρει καὶ οὐκ οἴνῳ τοῦτο ποιοῦντας. Aeschin. in Ctesiph. §. 99. τοῦτο — ἴδιον καὶ οὐ κοινὸν ποιεῖ. Homer. Odyss. 5, 182. ἦ δὴ ἀλιτρός γ' ἐσσὶ καὶ οὐκ ἀποφώλια εἰδώς. Vid. Nitzsch. Commentar. II. p. 29. Euripid. Cyclop. βλέπετ' ἄνω καὶ μὴ κάτω. Nonnulla dedit Matthiae. gr. gr. p. 1224. ad Eurip. Orest. 547. et Hartung. de gr. ling. partic. I. p. 212 sq. de simili Latinorum usu vid. Doederlein. Act. Monac. II. 3, p. 368. Zumpt. gr. lat. §. 334. Ramshorn. gr. lat. p. 522. — Quamquam aliis locis illo oppositorum vinculo caret oratio. Cf. Demosth. in Mid. §. 182. δι' ἔνδειαν, οὐ δι' ὕβριν. ib. §. 183. μὴ τοίνυν, ἂν μὲν εἴπῃ τις παράνομα, οὕτως ὀργιζόμενοι φαίνεσθε, ἂν δὲ ποιῇ μὴ λέγῃ, πρᾴως διάκεισθε. adv. Leptin. §. 141. ζηλούντων ἀρετήν, οὐ — φθονούντων. Platon. Protag. p. 341. D. ἀλλ' ἐγὼ εὖ οἶδ', ὅτι καὶ Σιμωνίδης τὸ χαλεπὸν ἔλεγεν ὅπερ ἡμεῖς οἱ ἄλλοι, οὐ τὸ κακόν.

ὡς οὐδὲν ἀδικοῦντα. Cf. §. 112. εὗρε τὸν μὲν Φρύνηνα προδιδόντα τὴν πόλιν et comment. nostr. p. 70.

Μὴ δῆτα —, ὑμῖν οὕτω πάτριον, ἀναξίως ὑμῶν αὐτῶν ψηφίζεσθε. Pro οὕτω in omnibus codicibus est οὔτε: reliqua optimorum codicum consensione confirmantur. Nam ψηφίσεσθαι quod in omnibus suis libris Osannus se reperisse testatur, Bekkerus in uno Z invenit. Vid. annot. crit. Itaque neque cum viris doctis: μὴ δῆτα ὦ ἄνδρ. δικ. ὑμῖν οὔτοι vel οὔτε πάτριον ἀναξίως ὑμῶν αὐτῶν ψηφίζεσθαι rescribendum censeo, neque cum Heinr. et Blumio αὐτῶν omitto, neque cum Coraë, qui in textu infinitivum dedit, in annotationibus imperativum amplexus est, ψηφίζεσθε in ψηφίσησθε mutandum esse credo, neque post πάτριον cum Coraë ὄν insero, quamquam etiam Bekkero displicuit adjectivum participio orbatum. —

Nec vereor ne quis Reiskium audiendum esse putet haec annotantem: „Post δικαςαὶ videtur οὐ γὰρ deesse, si nempe ψηφίζεσθε servatur. Sin autem ψηφίζεσθαι volumus leg. sic: μὴ δῆτα — οὐχ ὑμῖν οὕτω πάτρ. ἀναξ. ὑμ. ψηφίζεσθαι." — Verba ὑμῖν οὕτω πάτριον „da es so bei euch Vätersitte ist" absolute posita sunt: omitti enim potest participium, quod factum est ap. Aeschyl. Agam. 884. ὥςε, σύγγονον βροτοῖσι, τὸν πεσόντα λακτίσαι πλέον. Sophocl. Antigon. 44. ἦ γὰρ νοεῖς θάπτειν σφ', ἀπόῤῥητον πόλει; vid. Hermann. ad Viger. p. 769. Matth. gr. gr. p. 1112. (de Platonis loco de rep. VII. 519. D. a Matthiaeo laudato cf. Stallbaum. annot. crit. ad h. l.) et saepius etiam praecedente particula ὡς. Cf. Matth. gr. gr. p. 1123. n. Stallbaum. ad Platon. Gorg. p. 495. C. et de rep. II. p. 358. C. Ceterum adverbium οὕτω respicit ad ea quae ante de majorum moribus dicta sunt inde a §. 111. σκέψασθε ἐκείνους, τίνα τρόπον ἐλάμβανον παρ' αὐτῶν τὴν τιμωρίαν κτλ.

εἰ μὲν ἕν τι τοιοῦτον γεγονὸς ἦν ψήφισμα. De verbis ἕν τι conf. Bernhardy. Synt. p. 442. Loquutio ψήφισμα γίγνεται frequens est. Conf. Lycurg. §. 122. τοῦ περὶ τοῦ ἐν Σαλαμῖνι τελευτήσαντος γενομένου ψηφίσματος. Aristoph. Eccles. 649. ἀλλ' οὗτος μὲν πρότερον γέγονεν πρὶν τὸ ψήφισμα γενέσθαι. ib. 813. ἀεὶ τοιαῦτα γιγνόμενα ψηφίσματα. Dem. de cor. §. 115. τὰ ψηφίσματα — τὰ τούτοις γεγενημένα. Dinarch. in Dem. §. 16. τὸ ψήφισμα τὸ Τιμοθέῳ γενόμενον.

δι' ὀργὴν μᾶλλον ἢ δι' ἀλήθειαν ἐποιήσαντο sc. τὸ ψήφισμα. Cf. §. 146. annot. ad argument. Leocr. p. 68. Δι' post ἢ in veteribus editionibus atque in nonnullis codicibus non reperitur: quod omitti posse exempla in annot. ad §. 104. allata docent. Sed optimorum codicum auctoritas haud spernenda. Verba δι' ὀργὴν μᾶλλον ἢ δι' ἀλήθειαν Pinzgerus interpretatur „mehr aus Leidenschaft als der Wahrheit gemäſs," Thurotus „par *colère* plutôt que par *conviction*." Recte Thurotus: nam ἀλήθεια opposita τῇ ὀργῇ est vera atque genuina sentiendi ratio, wirkliche, wahre Gesinnung, Grundsatz, Ueberzeugung: quod videntur probare ea quae instant φύσει πᾶσι τοῖς τοιούτοις ἔργοις ἐπολέμουν. — πάντων ὁμοίως Cf. annot. nostr. p. 93.

§. 117. Ἵππαρχον — τὸν Τιμάρχου. Harpocr. v. Ἵππαρχος· — ἄλλος δέ ἐστιν Ἵππαρχος ὁ Χάρμου, ὥς φησι Λυκοῦργος ἐν τῷ κατὰ Λεωκράτους. Nomen Τιμάρχου contra Harpocrationem et Valesium (annot. ad Harpocr. II. p. 330. ed. Lips.) defendunt Taylorus et Baiterus cum Sauppio, allato Boeckhii Staatsh. d. Athen. II. p. 235. „Die Namen der Väter und Söhne haben häufig solche Aehnlichkeit wie Ναυ-

σίφιλος Ναυσινίκου, Καλλίστρατος Καλλικράτους, Σωσιγένης Σωσιάδου, Ἐπιγένης Μεταγένους, Διόδωρος Ὀλυμπιοδώρου." Cf. Baiter. et Saupp. annot. in Ps. Plutarch. vit. Lycurgi p. 87. Librariorum lapsu nomen Τιμάρχου in Harpocrationis codicibus abiisse videtur in Τιχάρμου, quod nomen, quum graecum haud sonaret, doctus librarius, opinor, deleta syllaba Τι, cum Χάρμου commutavit. Verba autem quae addit Harpocrat. περὶ δὲ τούτου Ἀνδροτίων ἐν τῇ δευτέρᾳ φησίν, ὅτι συγγενὴς μὲν ἦν Πεισιστράτου τοῦ τυράννου καὶ πρῶτος ἐξωστρακίσθη, τοῦ περὶ τὸν ὀστρακισμὸν νόμου τότε πρῶτον τεθέντος διὰ τὴν ὑποψίαν τῶν περὶ Πεισίστρατον, ὅτι δημαγωγὸς ὢν καὶ στρατηγὸς ἐτυράννησεν, ad eum quem Lycurgus commemorat Hipparchum non pertinere manifestum est. Conf. Baiter. et Saupp. ad Lycurg. frgm. 63.

οὐχ ὑπομείναντα. Vid. annot. ad. §. 90.

τὴν περὶ τῆς προδοσίας ἐν τῷ δήμῳ κρίσιν. Verba τὴν περὶ ex optimo A cum Blumio, Baitero et Sauppio in verborum ordinem recepi. Cf. §. 137. περὶ προδοσίας τοῦτον κρίνων. et §. 141. περὶ προδοσίας κρίνοντας. Articulus criminis nomini adjectus, quum de una et certa causa agatur, optime se habet: rem autem auditoribus notam fuisse ipsa columna argumento est. — ἐν τῷ δήμῳ. Δῆμος h. l. ad Heliaeam pertinet, quippe quae populi vice fungatur. Vid. Meier. et Schoem. de Ord. Jud. p. 215. n. 6. Conf. Demosth. de fals. leg. §. 31. Τιμαγόραν οὐ θάνατον κατεχειροτόνησεν ὁ δῆμος: de quo Plutarchus Artaxerx. c. 22. Τιμαγόρου — διὰ τὴν δωροδοκίαν Ἀθηναῖοι θάνατον κατέγνωσαν. sed Demosth. de fals. leg. §. 137. ἐξαπατηθεὶς ὑπὸ Τιμαγόρου — ἐπειδὴ παρ' ὑμῖν ἐπύθετο αὐτὸν τεθνεῶτα. Vid. Schaefer. appar. ad Dem. II. p. 554. Aeschin. de fals. leg. §. 30. Καλλισθένην ὁ δῆμος ἀπέκτεινεν. Huc pertinent dictiones δημοσίᾳ κρίνειν Demosth. in Mid. §. 82. δημοσίᾳ τελευτᾶν Aeschin. de fals. leg. §. 88. et similia de quibus vide comment. nostr. p. 72. et §. 93.

ἔρημον τὸν ἀγῶνα ἐάσαντα i. q. εἰς τὴν κυρίαν (ἡμέραν) οὐκ ἀπαντήσαντα, postquam sui copiam non fecit in judicio, vadimonium deseruit. Vide Hesych. et Phavorin. v. ἔρημος. Polluc. Onomastic. VIII. 60. atque Buttmann. Indd. Demosth. Mid. v. ἔρημος. Antiphon. 2. §. 7. De re conf. Meier. et Schoem. de Ord. Jud. p. 697. Heffter. Athen. Gerichtsverf. p. 356 sq.

ἐπειδὴ τῆς ἀδικίας οὐκ ἔλαβον τὸ σῶμα ὅμηρον. Comme on ne pouvait saisir sa personne pour répondre du délit. Heinrichius cur secluserit verba τῆς ἀδικίας equidem haud assequor. De propria vocis ὅμηρος significatione adi Harpocra-

tion. v. ὁμηρεύοντες, et de loquutionibus ὅμηρον διδόναι, λαμβάνειν etc. Schaefer. Melett. p. 20.

ἐξ ἀκροπόλεως. Saepissime hoc nomen articulo caret, velut seq. §. Xenoph. Hell. 6, 4, 20. Isae. de Dicaeog. her. §. 42. Isocrat. Trapezit. §. 18. 20. 34. Demosth. in Timocrat. §. 129. Aeschin. de fals. leg. §. 174. 175. Vid. Bremi. excurs. IV. ad Isocrat. oratt. P. I.

συγχωνεύσαντες. Cf. §. 119. οὐχ ὅπως τὸν χαλκοῦν ἀνδριάντα συγχωνεύσειαν. Demosth. in Androtion. §. 70. φήσας δ' ἀπορρεῖν τὰ φύλλα τῶν στεφάνων — συγχωνεύειν ἔπεισεν. Moeris autem χοανεῦσαι, inquit, Ἀττικῶς· χωνεῦσαι Ἕλληνες: atque Attica illa forma utitur Aristophanes Thesmophor. 57. et 62. Errat tamen Sallierius ad Moerid. l. l. qui sacros scriptores primos voce χωνεύω usos esse credit. Hesychius scripsit χοανεῦσαι χωνεῦσαι, antiquiori verbo explicandi gratia subjiciens recentius atque tritius.

καὶ ποιήσαντες στήλην, ἐψηφίσαντο εἰς ταύτην ἀναγράφειν κτλ. Leges atque plebiscita, foedera, aliaque id genus columnis ligneis, lapideis, aeneis incisa atque publice exposita esse in Graeciae civitatibus et maxime Athenis, et scriptores veteres et inscriptiones quae aetatem tulerunt luculenter testantur. Quae monumenta nonnumquam scelestorum hominum infamiam propagasse atque eorum potissimum memoriam inquinasse, qui patriam prodidissent aut plebis libertatem imminuissent, veteres illi memoriae tradiderunt. Memoratur apud Thucydidem 6, 55. ἡ στήλη περὶ τῆς τῶν τυράννων ἀδικίας ἡ ἐν τῇ Ἀθηναίων ἀκροπόλει σταθεῖσα: atque Scholion vetus in Aristophan. Lysistrat. 267. narrat Cleomenis atque sociorum, qui Eleusinem cepissent, nomina in aenea columna insculpta esse — καὶ ἀναγράψαντες ἐν στήλῃ χαλκῇ ἔστησαν ἐν πόλει παρὰ τὸν ἀρχαῖον νεών. Quo pertinet etiam Arthmii Zelitae historia ap. Demosth. in Philipp. III. §. 41 sq. Aeschin. in Ctes. §. 258. Conf. Taylor. in Schaefer. appar. ad Dem. II. p. 694 sq. Valckenar. ad Herod. 5, 74. Ii qui hac poena afficiebantur στηλιτεύεσθαι vel στηλῖται ποιεῖσθαι dicebantur. Adi Krebs. de stelitis Athen. Lips. 1744. Heffter. Athen. Gerichtsverf. p. 453. Wachsmuth. Hellen. Alterth. II. 1, p. 248 sq. — ἀναγράφειν. Cf. Dem. in Philipp. III. §. 43. ἐχθρὸν αὐτῶν ἀναγράφειν. Vid. annot. nostr. ad §. 109.

τοὺς ἀλιτηρίους καὶ τοὺς προδότας. Ἀλιτήριοι, ἀλιτηροί, ἀλιτροί, ἀλάστορες, ἐναγεῖς proprii ii nominantur qui ἄγος (ἅγος) s. piaculum commiserunt atque deorum religiones polluerunt. Vid. interpp. ad Thucyd. I, 126. Schol. in Aristophan. Equitt. 418. ed. Both. Postea nomina ἀλάστωρ et ἀλιτήριος ad omnes omnino nefarios translata sunt, qui

grandi aliquo scelere sese contaminassent: vide Demosthen. de cor. §. 159. de fals. leg. §. 197. 226. Aeschin. in Ctesiph. §. 131. Dinarch. in Dem. §. 77. Cf. Indd. Dem. et Harpocrat. v. ἀλάσωρ. Viger. p. 77. Bremi. ad Aesch. in Ctesiph. §. 131. Wurm. Commentar. in Din. p. 136. — Ceterum repetitus articulus ad eosdem homines spectat: ipsi enim proditores ἀλιτήριοι h. l. dicti sunt. Vid. annot. ad §. 128.

καὶ οἱ ἄλλοι δὲ προδόται. Conf. Xenoph. Cyrop. 1, 1, 2. καὶ οἱ βουκόλοι —, καὶ οἱ ἱπποφόρβοι —, καὶ πάντες δὲ οἱ καλούμενοι νομεῖς. ib. 1, 5, 3. καὶ πρὸς Κροῖσον —, καὶ πρὸς —, καὶ Ἰνδοὺς δέ. Anab. 1, 8, 2. αὐτίκα γὰρ ἐδόκουν οἱ Ἕλληνες, καὶ πάντες δέ, κτλ. Demosth. de cor. §. 43. οἱ μὲν κατάπτυςοι Θετταλοὶ καὶ ἀναίσθητοι Θηβαῖοι — ὑμεῖς δὲ —· καὶ οἱ ἄλλοι δὲ Ἕλληνες —. καὶ — δὲ est und auch. Exempla vide ap. Hartung. de gr. l. partt. I. p. 182.

§. 118. ἡ εἰκὼν τοῦ Ἱππάρχου τοῦ προδότου. Codicum ZB°, ἡ εἰκὼν ἡ Ἱππάρχου τοῦ προδότου praebentium, auctoritatem cum Blumio posthabui plurimorum et optimorum librorum et veterum editionum scripturae. Articulus τοῦ ante nomen proprium et in appositione positus nihil offensionis habet. Cf. §. 17. 87. 136. 137. v. comment. nostr. p. 109.

τῆς στήλης τὸ ὑπόγραμμα καὶ τοὺς ὕςερον προσαναγραφέντας. Τὸ ὑπόγραμμα, i. e. nomen Hipparchi cui sine dubio adscripta erat condemnationis causa etc., distinguitur a nominibus postea adjectis. Itaque ὑπόγραμμα non *inscriptionem* designat sed eam inscriptionis partem quae reliquis nominibus erat *praemissa*. Eodem modo ὑπογράφειν verbi προγράφειν vicem gerit ap. Demosth. in Pantaenet. §. 23. cf. Schaefer. appar. ad Dem. IV. p. 158. — τοὺς ὕςερον προσαναγραφέντας. Adverbium ὕςερον salva sententia poterat abesse. conf. §. 48. ὕςερον ἐπικτήτους γενομένας. Προσαναγραφέντας quod est in codicibus LP ab oratoris manu profectum esse manifestum est. Vid. annot. crit. Syllabae προ et προς in compositis non semel a librariis commutantur. Cf. Lycurg. §. 57. ubi codd. BLPZB° προκτήσασθαι tenent pro προοκτήσασθαι. Bast. comment. palaeogr. p. 789. 837.

§. 119. Τί δοκοῦσιν —; ἆρά γε ὁμοίως ὑμῖν — γινώσκειν —; Conf. Platon. Phaedr. p. 269. A. τί δὲ τὸν μιλίγηρυν Ἄδραστον οἰόμεθα ἢ καὶ Περικλέα, — πότερον χαλεπῶς ἂν αὐτούς, ὥσπερ ἐγώ τε καὶ σύ, ὑπ' ἀγροικίας ῥῆμά τι εἰπεῖν ἀπαίδευτον —, ἢ ἅτε ἡμῶν ὄντας σοφωτέρους κἂν νῶν ἐπιπλῆξαι —; Lucian. Toxar. c. 23. τί σοι δοκεῖ, ὦ Τόξαρι, ὁ Ἀρεταῖος; ἆρα φαῦλον παράδειγμα φιλίας παρεσχῆσθαι τοιαῦτα κληρονομήσας καὶ μὴ προδοὺς τὰς διαθήκας τοῦ φίλου; Plenius

loquitur Lysias in Evandr. §. 7. *τί προσδοκᾶτε δοκιμασθέντ' αὐτὸν ποιήσειν —; ἆρ' ἂν ὀλίγα τοιαῦτα ἐν τῷ ἐνιαυτῷ διαπράξασθαι;* Confer interpp. ad Luc. Toxar. l. l. Stallbaum. ad Platon. Phaedr. p. 269. A. Bernhardy. Synt. p. 352. De particulis *ἆρά γε* vid. §. 70.

περὶ τῶν ἀδικούντων γινώσκειν —; Cf. §. 63. Lys. in Alcibiad. §. 4. *ὅπως ἂν ὑμεῖς νυνὶ περὶ αὐτῶν γνῶτε οὕτω καὶ τὸν ἄλλον χρόνον ἡ πόλις αὐτοῖς χρήσεται.* et similiter Demosth. de fals. leg. §. 270. *ἂν μὲν ἃ χρὴ γιγνώσκῃ περὶ τῶν πραγμάτων καὶ ψηφίζηται.* et in Aristocrat. §. 115. *ἂν μὲν ἃ χρὴ περὶ ὑμῶν γιγνώσκῃ Κερσοβλέπτης.*

καὶ οὐκ — ἐκόλασαν; Ab infinitivo *γινώσκειν* orator transit ad tempus finitum; de quo genere vide annot. nostr. p. 156. Confer Stallbaum. ad Platon. Alcibiad. II. p. 147. E. De particulis *καὶ οὐκ* vid. §. 116. — Verba *ἐπειδὴ καὶ τὸ σῶμα οὐκ ἐδύναντο ὑποχείριον τοῦ προδότου λαβεῖν,* ita collocata sunt ut ea que arcte conjungenda sunt, *τὸ σῶμα τοῦ προδότου,* longe sejuncta reperiantur: de quo hyperbato dixi ad §. 93. — Particulas *ἐπειδὴ καὶ* idem fere esse quod *εἰ καὶ* Blumius contendit: qui vereor ne verum non viderit: *ἐπειδὴ καὶ* nihil aliud esse videtur quam weil denn auch, sintemal auch, ut proxime accedat harum particularum vis ad formulae *ἐπεί τοι καὶ* potestatem. Vid. Stallbaum. ad Platon. de rep. VIII. p. 567. E.

ταῖς ἐνδεχομέναις τιμωρίαις. Male Pinzgerus: mit der gebührenden Strafe: quem errorem propagavit etiam Passovius in lex. v. *ἐνδεχ.* Recte Coraës *ταῖς ἐνδεχομέναις* explicat: *ταῖς δυναταῖς, ταῖς ὑπὸ τοῦ καιροῦ δεδομέναις, ἐπεὶ οὐκ ἦν ταῖς ὑπὸ τοῦ νόμου κατ' αὐτοῦ τοῦ προδότου ὡρισμέναις χρήσασθαι.* Confer Viger. p. 359.

οὐχ ὅπως τὸν χαλκοῦν ἀνδριάντα συγχωνεύσειαν ἀλλ' ἵνα — καταλίποιεν. In altero membro posuit conjunctionem *ὅπως,* in altero particula *ἵνα* usus est. Quae minime ingrata est variatio. Cf. Andocid. de pace §. 14. *τίνος ἕνεκα πολεμήσωμεν; ἵνα ἡ πόλις ἡμῖν ἐλευθέρα ᾖ; ἀλλὰ τοῦτό γε ὑπάρχει. ἀλλ' ὅπως ἡμῖν τείχη γένηται; ἔστι καὶ ταῦτα ἐκ τῆς εἰρήνης. ἀλλ' ἵνα τριήρεις ἐξῇ ναυπηγεῖσθαι —; καὶ τοῦτο ὑπάρχει· — ἀλλ' ὅπως τὰς νήσους κομισώμεθα —;* Eodem modo saepenumero *ὅτι* conjunctionem excipit *ὡς,* velut Lys. pro Aristophan. bon. §. 41. *καὶ οὐδενὶ οἷόν τε εἰπεῖν ὅτι διηρπάσθη ἢ ὡς οὐ δικαίως ἀπεφάνθη.* Similia congessit Foertsch. in obss. critt. in Lys. oratt. p. 45 sq. *Τὸν χαλκοῦν ἀνδριάντα* i. q. *τὴν εἰκόνα.* Vide K. O. Müller. Archaeologie d. Kunst. p. 583. Ceterum ad verba et sententiam conferre licebit Demosth. in Philipp. III. §. 41. *ἃ 'κεῖνοι κατέθεντο εἰς στήλην*

χαλκῆν γράψαντες εἰς ἀκρόπολιν, οὐχ ἵνα αὐτοῖς ᾖ χρήσιμα (καὶ γὰρ ἄνευ τούτων τῶν γραμμάτων τὰ δέοντα ἐφρόνουν), ἀλλ' ἵν' ὑμεῖς ἔχητε ὑπομνήματα καὶ παραδείγματα ὡς ὑπὲρ τῶν τοιούτων σπουδάζειν προσήκει.

§. 120. τὸ ἕτερον ψήφισμα. Aliunde hoc psephisma haud innotuit.

περὶ τῶν εἰς Δεκέλειαν μεταςάντων. Etenim bello Peloponnesiaco postquam Alcibiade auctore Deceliam in Attico munierant Lacedaemonii, non servitiorum modo amplius viginti millia ad hostes transfugerunt (Thucyd. 7, 27.), sed etiam cives Attici in exsilium ejecti Deceliam plerique concesserunt, cum Lacedaemoniorum praesidio arma patriae illaturi. Lys. pro Polystr. §. 28. Thucyd. 8, 98. Vide Sluiter. Lectt. Andocc. p. 172. ed. Schill. Krueger. ad Dionys. Historiogr. p. 389.

ἐπολιορκεῖτο. Non justam intelligit obsidionem: conf. Nepot. Alcib. 4. Deceliam in Attico munierant, praesidioque perpetuo ibi posito in obsidione Athenas tenuerunt. Vide Hermann. gr. Staatsalterth. §. 166. 7. p. 323 sq.

ὁμοίας καὶ ἀκολούθους ἀλλήλαις — ἐποιοῦντο. Conf. §. 127. ὅμοια ἐκείνοις καὶ ἀκόλουθα — ἐψηφισμένοι. De adjectivo ἀκόλουθος *concinens, similis*, cf. Indd. Dem. h. v. et Krueger. Indd. Dionys. Historiogr. p. 442 sq.

§. 121. Ἀκούετε — καὶ τούτου τοῦ ψηψίσματος, ὅτι —. Compares §. 37.

ἀπαγαγεῖν Ἀθηναίων τὸν βουλόμενον. Coraës malit ἀπάγειν, sicut infra verbi παραδοῦναι loco proponit παραδιδόναι. Nihil tamen offensionis habet infinitivus aoristi verbo ψηφίζεσθαι subjunctus: quamquam neque praesens neque futurum tempus hoc verbum aspernatur. Adi Thom. Mag. p. 64 sq. ed. Ritsch. et Lobeck. ad Phrynich. p. 747 sq. De apagoge ad thesmothetas disputant Meier. et Schoemann. de Ord. Jud. p. 63. et de re a Lycurgo commemorata p. 235. De thesmothetarum collegio vide ib. p. 59. — Adi etiam Heffter. Athen. Gerichtsvf. p. 210 sq. et Hermann. gr. Staatsalterth. §. 137. p. 261 sq.

παραλαβόντας δὲ παραδοῦναι τῷ ἐπὶ τοῦ ὀρύγματος. Reiskius post παραλαβόντας desiderat τούτους quo facile caremus. Neque tamen ipsi thesmothetae carnifici tradidisse videntur damnatos, sed per undecimviros hoc factum esse probabile fit. Vid. Meier. et Schoem. de Ord. Jud. p. 32 sq. et 740. De undecimviris consulendi sunt Sluiterus Lectt. Andocc. p. 166 sq. Meier. et Schoem. de Ord. Jud. p. 68 sq. Hermann. gr. Staatsalterth. p. 265 sq.—τῷ ἐπὶ τοῦ ὀρύγματος i. e. τῷ δημίῳ s. τῷ δημοκοίνῳ s. τῷ πρὸς τῷ ὀρύγ-

ματι (Polluc. VIII. 71.) vel τῷ ἐπὶ τῷ ὀρύγματι (Dinarch. in Dem. §. 63.): de cujus munere adeas Lobeck. ad Phrynich. p. 774 sq. Schmidt. ad Dinarch. in Dem. §. 63. Wurm. Comment. in Din. p. 108. Ὄρυγμα autem s. βάραθρον erat χάσμα τι φρεατῶδες καὶ σκοτεινὸν in Hippothoontidis tribus demo, cui nomen Κειριάδαι, situm, in quod praecipitabant damnatos: ἐν δὲ τῷ χάσματι τούτῳ ὑπῆρχον ὀγκίνοι οἱ μὲν ἄνω, οἱ δὲ κάτω. Schol. in Aristophan. Plut. 431. Cf. Valckenar. ad Herodot. 7, 133. Schaefer. appar. ad Dem. I. p. 522. Wachsmuth. Hell. Alterth. II. 1. p. 254. n. 89. — Praepositionis ἐπὶ usum illustrabunt exempla a Matthiaeo gr. gr. p. 1164. et Bernhardyo Synt. p. 247. congesta. Adde Lucian. Toxar. c. 29. ὁ ἐπὶ τῶν δεσμῶν et Jacobitz. ad h. l. Itaque dativo τῷ ὀρύγματι, quem Meursius Lectt. Att. I. 25. et Taylorus praetulerunt, non opus est: recentiores Attici eodem sensu in similibus adjiciunt praepositioni ἐπὶ et secundum et tertium casum. Vid. Bremi. annot. crit. ad Aeschin. in Ctes. §. 24. Bernhardy. Synt. p. 249.

Ἔπειτα cf. §. 115.

τοὺς ἐν αὐτῇ τῇ χώρᾳ μεταςάντας. Decelia enim Atticae pagus est. — Ceterum de verbo μεθιςάναι conf. Lys. adv. Pancleon. §. 15. μεταςὰς ἐντεῦθεν Θήβησι μετῴκει. Lycurg. §. 133. εἰς ἑτέραν πόλιν μεταςάντες. Dem. in Aristocr. §. 69. τῷ δὲ φεύγοντι — τὸν πρότερον δὲ ἐξεστιν εἰπόντα λόγον μεταςῆναι. v. Indd. Demosth. v. μεθιςάναι. Parum autem aptam esse eorum qui Deceliam abierunt eo consilio ut patriam cum hostibus depopularentur comparationem cum homine ignavo militiam detrectante apertum est.

§. 122. τοῦ περὶ τοῦ ἐν Σαλαμῖνι τελευτήσαντος γενομένου ψηφίσματος. Prius τοῦ, quod a codicibus abest, loci sententia flagitat. — Loquitur de Lycida, senatore Atheniensi. Is enim, quum a Mardonio Murychides in Salaminem missus esset, qui cohortaretur Athenienses ut pacis conditiones a Persa propositas acciperent, pacem suasit: quae res non modo ipsi Lycidae sed liberis quoque atque uxori causa necis exstitit. Vide Herodot. IX. 4. 5. Similia de Cyrsili cujusdam supplicio narrant Demosthenes de cor. §. 204. (conf. Harpocrat. v. Κυρσίλον) et Cicero de offic. III. 11. Vid. Valckenar. ad Herod. IX. 5. — Cf. Lycurg. §. 71.

ἐνεχείρει. Baiterus coll. §. 123. ὅτε ἐκεῖνοι τοὺς ἐπιχειρήσαντας τῆς παρὰ τοῦ δήμου σωτηρίας ἀποςερεῖν οὕτως ἐκόλασαν —, ἐπεχείρει h. l. rescribendum opinatur. Nec potest negari utrumque verbum interdum a librariis confusum esse, velut Aeschin. de fals. leg. §. 38. ubi pro ἐνεχείρει τι λέγειν cod. i. tenet ἐπεχείρει et ib. §. 94. ubi pro ἐπεχείρησας δ' εἰπεῖν codd. d. f. h. l. praebent ἐνεχείρησας, unus e ἐνεχεί-

ρεσας. Neque tamen recedendum a vulgata. Variatum enim in horum verborum usu a scriptoribus esse vel loci allati probant. Conf. Aeschin. in Tim. §. 86. οἵπερ ἄρα ἐνεχείρουν συνδεκάζειν τὴν ἐκκλησίαν. ib. §. 88. ἐνεχείρησε τοιαύτην ποιεῖσθαι τὴν ἀπόδειξιν. de fals. leg. §. 10. ἐνεχείρησε δ' ἀπεικάζειν με Διονυσίῳ. ib. §. 74. οὐδὲν ἐνεχείρουν λέγειν. Dem. pro Megalop. §. 2. ἐὰν τὰ μεταξύ τις ἐγχειρῇ λέγειν. Add. Dem. Indd. v. ἐπιχειρεῖν.

περιελομένη τοὺς στεφάνους. Coronati enim munere senatorio fungebantur: quod in alios quoque magistratus cadit, velut in archontes, v. Aeschin. in Tim. §. 19. Dem. in Mid. §. 32. in Theocrin. §. 27. Polluc. VIII. 86., atque in sacerdotes v. Athenae. 15, p. 674. E. Wachsmuth. Hellen. Alterth. II. 2, p. 34. Eodemque modo oratores in concione ad dicendum surgebant coronati. v. Brunck. ad Aristoph. Thesmophor. 380. Schoemann. de comitt. p. 113 sq. In universum confer Hermann. gr. Staatsalterth. §. 124. 4. p. 233 sq. De verbo περιαιρεῖν conf. annot. ad §. 35. Opposita est dictioni περιαιρεῖσθαι στέφανον loquutio περιτίθεσθαι στέφανον. Aristoph. Eccles. 131. περίθου δὴ τὸν στέφανον. Eqq. 1126. κατάθου ταχέως τὸν στέφανον ἵν' ἐγὼ τουτωῖ αὐτὸν περιθῶ. Coronas deposuerunt senatores ne muneris senatorii dignitas caede nefarii hominis contaminaretur. De psephismate quod hoc loco excitatur nihil ab Herodoto traditum est.

αὐτοχειρί. Vocis αὐτόχειρ et vocabulorum quae inde originem trahunt significatum exposuerunt Morus et Spohn. ap Isocrat. Panegyr. c. 32. p. 86 sq. ed. Spohn. Commutatur autem adverbium αὐτοχειρὶ cum formis αὐτοχειρίᾳ velut ap. Dem. in Aristogit. I. §. 57. et αὐτοχείρως, conf. Lobeck. ad Phrynich. p. 515. not. Neque vero forma αὐτοχειρεὶ quam praebet h. l. codex Z graeca est: quamquam Sluiterus in Lectt. Andocc. p. 119. ed. Schill. in talibus utramque terminationem ὶ et εἰ adhiberi opinatur. Tu adi Buttmanni gr. gr. II. p. 343. 344.

Γενναῖόν γε — τὸ ψήφισμα. Cf. §. 77. καλός γε — καὶ ὅσιος ὁ ὅρκος. §. 108. καλά γε. Xenoph. Memorab. 3, 11, 5. καλόν γε τὸ κτῆμα. Platon. de rep. 328. A. καινόν γε τοῦτο. Vide exempla ad §. 108. congesta in quibus eadem particulae γὲ vis perspicua est: ut recte Reiskius pro vitiosa veterum editionum scriptura δέ, videatur reposuisse particulam γέ. Cf. Hartung. de gr. l. partt. I. p. 371 sq.

δικαίως adjectum est ut supra εἰκότως conf. §. 48. 79. 88. etc.

συγγενεῖς γὰρ κτλ. Vehementer erravit Pinzgerus qui verba sic interpretatus est: Denn Nachkommen von

Uebelthätern haben nicht blos das Leben von ihnen, sondern verdienen auch dieselben Strafen. Etenim nihil aliud indicant verba *συγγενεῖς — τὰς τῶν ἀδικούντων τιμωρίας ἐκέκτηντο* quam ea quae leguntur §. 120. *οἱ πρόγονοι ὁμοίας καὶ ἀκολούθους ἀλλήλοις τὰς τιμωρίας ἐποιοῦντο.* Eleganter Thurotus: elle prouvait que non seulement ils avaient puisé leur vie à une source commune, mais que leur accord était unanime pour la punition des coupables.

§. 123. *Τί οὖν, ὦ ἄνδρες; ἆρά γε κτλ.* Dictiones ellipticas *τί οὖν;* et *τί δέ;* cum vi interdum interrogationi praemissas explicat Devarius de gr. l. partt. p. 226 sq. ed. Klotz. Quamquam quod dicit nihil aliud designare has voces quam *πότερον* et *ἆρα*, parum recte vir doctus statuit. De *ἆρά γε* cf. §. 70. 119.

ὁπότε γὰρ κτλ. *Ὁπότε* idem est quod *ὅπου* §. 71. *ὅτε* §. 123. infra. Similiter nostrates temporis atque loci notionem wann, wo, in conditionis atque causae significatum wenn, da, detorquent. Cf. Hermann. ad Viger. p. 918.

ἀνάσατον τὴν πόλιν οὖσαν. *Ἀνάσατον* urbem eo tempore fuisse Isocrates multis locis dicit, velut Panegyr. §. 98. *ἀνάσατος γενομένη πλείους μὲν συνεβάλετο τριήρεις — ἢ σύμπαντες οἱ ναυμαχήσαντες.* Panathen. §. 50. *οἱ δὲ πατέρες ἡμῶν ἀνάσατοι γενόμενοι καὶ τὴν πόλιν ἐκλελοιπότες — πλείους ναῦς παρέσχοντο κτλ.* de permut. §. 233. *ὀλίγας ἡμέρας ἀνάσατοι γενόμενοι πολὺν χρόνον δεσπόται τῶν Ἑλλήνων κατέστησαν.* Lycurgus, si memor fuisset eorum quae legimus §. 60. *ἐκ δὲ τοῦ παντάπασι γενέσθαι ἀνάσατον* (*εἰκός ἐστιν*) *καὶ τῶν κοινῶν ἐλπίδων σερηθῆναι*, atque *οὕτω καὶ περὶ τὰς πόλεις συμβαίνει πέρας ἔχειν τὴν ἀτυχίαν ὅταν ἀνάσατοι γένωνται.* §. 62 sq. *πόλεώς ἐστι θάνατος ἀνάσατον γενέσθαι. — ἐκ τούτων ὅμως ἀμφοτέρων ἠλευθερώθημεν —. Ἀλλ' οὐχ ὅσαι πώποτ' ἀνάσατοι γεγόνασι —*, horum, inquam, si memor fuisset, a nomine *ἀνάσατον* hoc loco abstinuisset. — Urbi devastatae orator opponit *τὴν οἰκουμένην*, ut supra §. 60. *τῷ ἀοίκητον* i. e. *ἀνάσατον γενέσθαι* opponitur *τὸ οἰκεῖσθαι.* Articulus ante *οἰκουμένην* displicet Blumio, quem equidem desiderarem si abesset.

ἔργῳ καὶ οὐ λόγῳ. Cf. annot. ad §. 116.

προδιδόντα. προδόντα Heinr. male. Cf. §. 113.

οὕτως ἀπέκτειναν, ut infra *οὕτως ἐκόλασαν, οὕτως ἐτιμωροῦντο*, respicit ad poenae modum de quo dixit §. 122. *περιελομένη τοὺς στεφάνους αὐτοχειρὶ ἀπέκτεινεν.*

τί ὑμᾶς προσήκει τὸν — ἐκλιπόντα ποιῆσαι; Verborum structuram illustrant Matth. gr. gr. p. 760. *β.* Bernhardy. Synt. p. 122. Rost. gr. gr. p. 495.

ὑπερβαλέσθαι ἐκείνους τῆς τιμωρίας; Stephani emendationem ταῖς τιμωρίαις cum Bekkero posthabui codicum scripturae τῆς τιμωρίας: quam tueri videntur exempla allata a Matthiaeo gr. gr. §. 338. Bernhardyo Synt. p. 141. Hartungio über die Casus p. 26 sq. Praefert genitivum etiam Bernhardyus l. l. Alias legimus ὑπερβάλλεσθαί τινα κατά τι, velut Dionys. Halic. de Thucyd. jud. 23, 6.

καὶ ὅτε ἐκεῖνοι τοὺς ἐπιχειρήσαντας τῆς παρὰ τοῦ δήμου σωτηρίας ἀποστερεῖν οὕτως ἐκόλασαν, τί ὑμᾶς προσήκει τὸν αὐτὴν τοῦ δήμου τὴν σωτηρίαν προδόντα ποιῆσαι; Pro καὶ ὅτε ab initio hujus commatis ἀλλ' ὅτε quod est in cod. Z praeferendum duxit Osannus, loci sententia aspernatur. Etenim eadem est ratio hujus enuntiati quae sequentis καὶ ὅτε ὑπὲρ τῆς δόξης κτλ. Verborum autem sensum probe perspexit Sauppius. „Lycidas, inquit, studuit saluti civium, sed eam *a Xerxe oblatam* accipi quam *a populo* pugnando acquiri maluit i. e. salute (non a Mardonio, sed) a populo impetranda privare voluit: Leocrates vero ea quam sequutus est agendi ratione populum perdidit, *ipsam* civium salutem evertit." Conf. Coraëm ad h. l. p. 77. Male Reiskius et qui eum sequuti sunt, ἑαυτοὺς vel αὐτοὺς verbo ἀποστερεῖν adjecerunt: neque iis accedere possum qui *reliquam Graeciam* Atheniensium ope orbaturum fuisse Lycidam statuunt. Ad ἀποστερεῖν e praegressis subintellige τὴν πόλιν. — Scripturam αὐτὴν in optimis codicibus AB repertam cum Osanno, Blumio atque Sauppio haud dubitavi adsciscere.

§. 124. Ἱκανὰ μὲν οὖν καὶ ταῦτα τὴν τῶν προγόνων γνῶναι διάνοιαν. Conf. Platon. Apolog. Socrat. p. 28. A. ἀλλ' ἱκανὰ καὶ ταῦτα. de rep. II. p. 362. D. καίτοι ἐμέ γε ἱκανὰ καὶ τὰ ὑπὸ τούτου ῥηθέντα καταπαλαῖσαι καὶ ἀδύνατον ποιῆσαι βοηθεῖν δικαιοσύνῃ. Dionys. Hal. de iis quae Thucyd. propria sunt 17, 4. ἱκανὰ δὲ καὶ ταῦτα δείγματος ἕνεκα εἰρῆσθαι. Isocrat. de pace. §. 25. περὶ μὲν οὖν ὧν οἱ πρέσβεις ἐπαγγέλλονται καὶ ταῦθ' ἱκανὰ καὶ πολλὰ ἂν ἴσως τις προσθείη τούτοις. *vel haec sufficiunt.* Blumius supplet μόνα: quae ellipsis, inquit, illustratur oppositis οὐ μὴν ἀλλ' ἔτι κτλ. Tu cave ne temere assentiaris. — Corai autem displicet verbum γνῶναι: quamobrem γνωρίσαι proponit in commentariis p. 77. Sed activo verbi genere haud opus est: infinitivus enim liberius ingrediens ad *finem* atque *eventum* spectat. Cf. Bernhardy. Synt. p. 365.

ὡς εἶχον κτλ. Haec verba per epexegesin adjecta sunt substantivo διάνοιαν.

Οὐ μὴν ἀλλ'. Vid. Hartung. de gr. l. partt. II. p. 48.

τῆς στήλης i. e. inscriptionem τῆς στήλης.

περὶ τῶν προδοτῶν καὶ τῶν τὸν δῆμον καταλυόντων. Haec crimina saepenumero conjunguntur: cf. Demosth. in Timocr. §. 144. 146. Lycurg. §. 125. 126. Meier. et Schoemann. de Ord. Jud. p. 341.

πεπονθότες ὑπὸ τῶν πολιτῶν οἷα οὐδεὶς πώποτε τῶν Ἑλλήνων ἠξίωσε. Ἠξίωσε tamquam languidum et ineptum cum Dobreo atque Baitero seclusi. Etiam Thurotus sic intellexit verba Lycurgi: des maux tels que jamais personne n'en *supporta* chez les Grecs. Compara Demosth. de fals. leg. §. 66. καὶ περιῶφθαι τοιαῦτα πεπονθότας οἷα οὐδένες ἄλλοι τῶν Ἑλλήνων. Coraëm vocabulum πολιτῶν offendit: malit vir doctissimus πολιτευομένων vel τότε πολιτευομένων. Οὐ γάρ, inquit, ὑπὸ τῶν πολιτῶν κυρίως ἂν πεπονθέναι λέγοιντο ἃ ὑπὸ τῶν Τριάκοντα καὶ τῶν περὶ αὐτούς, τῶν τότε πολιτευομένων, ἐπεπόνθεισαν. Quae subtilius quam verius disputata sunt.

κατεληλυθότες. cf. §. 145. οἱ φεύγοντες κατέρχονται. Verba κατάγειν, καταδέχεσθαι, κατέρχεσθαι, κατιέναι de exsulibus adhibentur qui in patriam restituuntur. Vid. Porson. ad Eurip. Med. 1011. Bremi. ad Isocrat. Panegyr. §. 116. Stallbaum. ad Platon. de rep. p. 560. E.

ἁπάσας τὰς ὁδοὺς τῶν ἀδικημάτων ἐνέφραξαν. Similem sententiam vide ap. Demosth. in Timocrat. §. 38. ἐφ' ἑκάστην ἀπαντᾷ τὴν ὁδὸν τῶν ἀδικημάτων, κωλύων καὶ οὐκ ἐῶν βαδίζειν τοὺς ἐπιβουλεύοντας ὑμῖν.

§. 125. Ἐψηφίσαντο γὰρ καὶ ὤμοσαν —. Idem psephisma, Demophanto rogante post ejectos triginta tyrannos conditum atque columnae insculptum, secundum quod jurabant Athenienses, sese quacunque ratione animadversuros esse in tyrannidis auctores atque fautores, tyrannique occisorem summis honoribus cumulaturos, servatum est ab Andocide de myster. §. 96. Commemoratur etiam a Demosthene adv. Leptin. §. 159. ἀναμνησθέντες — καὶ τῆς Δημοφάντου ῥήλης —, ἐν ᾗ γέγραπται καὶ ὀμώμοται κτλ. De quo plebiscito videas Valckenar. ad Herodot. 5, 55. Wolf. ad Leptin. in Schaefer. app. ad Dem. III. p. 285. Meier. de bon. damnator. p. 3 sq. Wachsmuth. Hell. Alterth. I. 2, p. 268.

ἐάν τις τυραννίδι ἐπιθῆται ἢ τὴν πόλιν προδιδῷ ἢ τὸν δῆμον καταλύῃ τὸν αἰσθανόμενον καθαρὸν εἶναι ἀποκτείναντα. Respondent his verba plebisciti ap. Andocid. l. l. ἐάν τις δημοκρατίαν καταλύῃ τὴν Ἀθήνησιν ἢ ἀρχήν τινα ἄρχῃ καταλελυμένης τῆς δημοκρατίας, πολέμιος ἔστω Ἀθηναίων καὶ νηποινὶ τεθνάτω κτλ. et jurisjurandi formulae ibid. §. 97. κτενῶ τῇ ἐμαυτοῦ χειρί, ἂν δυνατὸς ὦ, ὃς ἂν καταλύσῃ τὴν δημοκρατίαν τὴν Ἀθήνησι, καὶ ἐάν τις ἄρξῃ τὴν ἀρχὴν καταλελυμένης τῆς δημοκρατίας τὸ λοι-

πόν, καὶ ἐάν τις τυραννεῖν ἐπανασῇ ἢ τὸν τύραννον συγκαταστήσῃ· καὶ ἐάν τις ἄλλος ἀποκτείνῃ ὅσιον αὐτὸν νομιῶ εἶναι καὶ πρὸς θεῶν καὶ δαιμόνων κτλ. — Repentina temporum mutatio (ἐπιθῆται — προδιδῷ — καταλύῃ) displicuit viris doctis: Bekkerus ἐπιθῆται commutavit cum ἐπιτιθῆται: Baiterus pro προδιδῷ — καταλύῃ malit προδῷ — καταλύσῃ. Neutrum necessarium esse puto: quamquam non sentio cum Blumio qui praesens tempus *de conatu* positum esse statuit. De praesenti atque aoristo permiscue usurpatis adi commentar. nostr. p. 151. 222. — Verbum ἐπιτίθεσθαι in simili re usurpat Aeschines in Ctes. §. 235. οὐ μέμνησθ' ὅτι οὐδεὶς πώποτε ἐπέθετο πρότερον δήμου καταλύσει κτλ.

τὸν αἰσθανόμενον καθαρὸν εἶναι ἀποκτείναντα. Τὸν αἰσθανόμενον dictum est ut ὁ βουλόμενος et similia. Vid. Bernhardy. Synt. p. 318. Dictio καθαρὸν εἶναι et similes loquutiones in jure Attico usitatae proprie non modo *impunitatem* respiciunt, sed etiam *piaculo solutum* esse interfectorem indicant. Cf. Dem. in Philipp. III. §. 44. καθαρὸν τὸν τούτων τινὰ ἀποκτείναντα εἶναι, quod idem orator antea expresserat verbis ὑπὲρ ὧν ἂν — εὐαγὲς ᾖ τὸ ἀποκτεῖναι. Andocid. de myster. §. 95. ὁ κτείνας σε καθαρὸς τὰς χεῖρας ἔσται, κατά γε τὸν Σόλωνος νόμον. Dem. de f. leg. §. 66. ἐγὼ μὲν γὰρ οἶμαι κἂν καταλεύσαντας αὐτοὺς ταῖς ἑαυτῶν χερσὶ καθαροὺς ἔσεσθαι νομίζειν. et Andocides in plebiscito §. 97. ὁ δὲ ἀποκτείνας — ὅσιος ἔστω καὶ εὐαγής. Vid. Heffter. Athen. Gerichtsvf. p. 133. — De re quae hoc loco commemoratur vid. Meier. et Schoem. de Ord. Jud. p. 309. Suspicax autem Atheniensium metus, proditionis atque affectatae tyrannidis crimina multiplicavit: de qua re legenda est Demosthenis oratio de syntaxi §. 14 sq. Neque injuria Bdelycleon apud Comicum Vesp. 470. exclamat:

ὡς ἅπανθ' ἡμῖν τυραννίς ἐστι καὶ ξυνωμόται
ἤν τε μεῖζον, ἤν τ' ἔλαττον πρᾶγμά τις κατηγορῇ· κτλ.

κρεῖττον ἔδοξεν αὐτοῖς τοὺς τὴν αἰτίαν ἔχοντας τεθνάναι μᾶλλον ἢ — Adverbium μᾶλλον cum vi atque gravitate comparativo adjectum, etsi grammatici veteres a pedestri oratione abjudicant, apud optimos quosque prosae orationis scriptores reperitur. Vide Sluiter. Lectt. Andocc. p. 145. ed. Schill. Schoemann. ad Isae. p. 194. Stallbaum. ad Platon. Hipp. Maj. p. 285. A. — τοὺς τὴν αἰτίαν ἔχοντας die Verdächtigen, qui in suspicionem vocantur, non, ut Blumius vertit, die Schuldigen: quem dedocere poterat sententia opposita. Cf. commentar. nostr. p. 175. Baiter. ad Isocrat. Panegyr. §. 109. Articulus τὴν paullulum offen-

dit Osannum: verum optime habet articulus quum de suspicione certa atque definita agatur.

μετὰ ἀληθείας. Haec verba jungo cum *πειραθέντας*, ut sententia sit *ἢ ἔργῳ πειραθέντας*: Pinzgerus atque Coraës ad *δουλεύειν* referunt.

ἀρχὴν γὰρ οὕτως ᾤοντο δεῖν ζῆν τοὺς πολίτας κτλ. Ad verba et sententiam confer Xenoph. Cyrop. I, 2, 3. *οἱ δὲ Περσικοὶ νόμοι προλαβόντες ἐπιμέλονται, ὅπως τὴν ἀρχὴν μὴ ποιοῦντοι ἔσονται οἱ πολῖται οἷοι πονηροῦ τινὸς ἢ αἰσχροῦ ἔργου δρίεσθαι.* Aeschin. in Timarch. §. 48. *οὕτω γὰρ καθαρὸν χρὴ τὸν βίον εἶναι τοῦ σώφρονος ἀνδρὸς ὥςε μὴ ἐπιδέχεσθαι δόξαν αἰτίας πονηρᾶς.* Dem. in Mid. §. 125. *οὐδ' ἐπὶ τῷ διδόναι δίκην ἀσχάλλειν (χρὴ) ἀλλὰ μὴ ποιεῖν ἐξ ἀρχῆς ἀσελγὲς μηδέν.* Similia vide ap. Isocrat. Areopag. §. 42. et Bergmann. ad h. l. in Benseleri ed. p. 262 sq. — *Ἀρχὴν, τὴν ἀρχὴν, ἐξ ἀρχῆς statim ab initio*, von Anbeginn, überhaupt, et in affirmativa et in negativa enuntiatione posita proprietatem suam servant: exempla vide ap. Viger. p. 80. Hermann ad Viger. p. 723. Lennep. ad Phalarid. epist. p. 82. Wolf. ad Lept. in Schaefer. appar. ad Dem. III. p. 147. cf. Bernhardy. Synt. p. 131.: ut mirer Blumium ad h. l. annotasse „*ἀρχὴν* non est *omnino*, quam potestatem haec vox non habet nisi sequente negatione. Itaque h. l. est *statim ab initio*. Hermann. ad Sophocl. Antig. 92. Krueger. ad Xenoph. anab. 7, 7, 28." — De particula *ὥςε* cum negativa *μὴ* copulata vid. annot. nostr. ad §. 82. et quos ibi citavimus.

§. 126. *ἔγραψαν εἰς τὴν ςήλην. Γράφειν* posuit pro usitato *ἀναγράφειν* §. 109. 117. Cf. Dem. in Phil. III. §. 41. *εἰς στήλην χαλκῆν γράψαντες.*

ταύτην ἔστησαν εἰς τὸ βουλευτήριον: eodem modo supra dixit *τῆς στήλης — τῆς ἐν τῷ βουλευτηρίῳ.* Contra Andocides hoc plebiscitum tangens (de myster. §. 95.) *νόμος*, inquit, *ὃς ἐν τῇ στήλῃ ἔμπροσθέν ἐστι τοῦ βουλευτηρίου.* Quamobrem Pinzgerus Lycurgi verba interpretatur bei dem Rathhause: Blumius apud Andocidem non *curiam* sed *senatum* vel *senatorum consessum* cujus ab oculos in ipsa curia columna illa posita esset designari opinatur. Confer Aristophan. Equitt. 370.

οὐ δέδοικ' ὑμᾶς ἕως ἂν ζῇ τὸ βουλευτήριον,
καὶ τὸ τοῦ δήμου πρόσωπον μακκοᾷ καθήμενον.

Thom. Mag. p. 59. ed. Ritsch. *ἔστι δὲ βουλευτήριον οὐ μόνον ὁ τόπος ἐν ᾧ βουλεύονται ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ οἱ βουλευταί.* Utrumque etiam v. *βουλεῖον* significat: vid. intpp. Herod. vit. Homer. c. 12. Neque tamen credo Andocidem ad *senatores* respe-

xisse. Quidni columna in curiae limine posita et ἔμπροσθεν τοῦ βουλευτηρίου et ἐν τῷ βουλευτηρίῳ εἶναι potuerit dici?

τοῖς καθ' ἑκάστην ἡμέραν συνιοῦσι. Quotidie enim in senatu tractabantur publica negotia: quamquam festis diebus, quos haud paucos fuisse vel e Xenophonte de rep. Athen. 3, 2. patet, senatus non solebat convocari. Cf. Poluc. VIII. 95. οἱ πρυτάνεις τὴν βουλὴν συνάγουσιν ὁσημέραι πλὴν ἂν ἀφετός τις ᾖ. Vid. Boeckh. Staatshaush. d. Athen. I. p. 249. Schoemann. de comitt. p. 49. Hermann. gr. Staatsalterth. §. 127. — Articulum in καθ' ἑκάστην ἡμέραν et similibus respuit Lycurgus cf. §. 162. καθ' ἑκάστην πενταετηρίδα: poterat enim scribere καθ' ἑκάστην τὴν ἡμέραν qui est vulgaris verborum ordo et κατὰ τὴν ἡμέραν ἑκάστην, velut Demosth. de cor. §. 68. 249. Exempla dabunt Schaefer. in H. Stephani Thesaur. c. 3655. D. Orelli. ad Isocrat. de permut. p. 255. Poppo ad Xenoph. Cyrop. p. 8. Schaefer. appar. ad Dem. II. p. 324 sq. Stallbaum. ad Platon. Phaedr. p. 248. E. ad Hipp. Maj. p. 281. B.

πρὸς τοὺς τοιούτους. De articulo cf. §. 111.

ἄν τις αἴσθηται μόνον μέλλοντας αὐτοὺς τούτων τι ποιεῖν. Adverbium μόνον ad μέλλοντας retulit Blumius: malim referre ad universum praedicatum. Pronomen αὐτοὺς temere Heinrichius atque Blumius collocarunt post verbum ποιεῖν atque cum verbo ἀποκτείνειν copularunt. Respicit ad τοὺς τοιούτους, atque in membro sequenti cogitatione repetitur.

τῶν μὲν γὰρ ἄλλων ἀδικημάτων κτλ. Ad sententiam duumviri Turicenses comparant Sallust. Catilin. 52, 4. Nam cetera maleficia tum persequare ubi facta sunt: hoc nisi provideris ne accidat, ubi evenit frustra judicia implores: capta urbe nihil fit reliqui vobis. — Consimilia habet Dinarchus in Philocl. §. 8. ἆρ' ἴσθ' ὅτι ἐπὶ μὲν τῶν ἄλλων ἀδικημάτων σκεψαμένους ἀκριβῶς δεῖ μεθ' ἡσυχίας καὶ τἀληθὲς ἐξετάσαντες, οὕτως ἐπιτιθέναι τοῖς ἠδικηκόσι τὴν τιμωρίαν, ἐπὶ δὲ ταῖς φανεραῖς καὶ παρὰ πάντων ὡμολογημέναις προδοσίαις πρῶτον τετάχθαι τὴν ὀργὴν καὶ τὴν μετ' αὐτὴν γιγνομένην τιμωρίαν;

Εἰ γὰρ προήσεσθε — οὐκ ἔστιν κτλ. Futurum tempus excipit praesens: de qua verborum conformatione egi in annot. ad Euripidis frgm. §. 100. v. 39. 40. De verbo προιέναι cf. Indd. Dem. s. v.

παρ' αἰτῶν ἀδικούντων i. e. οἳ οὐκέτι μέλλουσιν ἀδικεῖν ἀλλ' ἤδη ἀδικοῦσιν. Verbum ἀδικεῖν perfecti vim obtinet. Vid. annot. nostr. p. 70.

τῆς παρὰ τῶν ἀδικουμένων τιμωρίας. Pinzgerus

temere (cum codice Z?) expunxit praepositionem, quam vel usus oratoris tuetur. Cf. §. 15. 148. Quamquam deest praepositio §. 127. τῆς ἐκείνων τιμωρίας.

§. 127. τῆς προνοίας ταύτης καὶ τῶν ἔργων ἀξίως. Pronomen demonstrativum tacita cogitatione etiam ad substantivum τῶν ἔργων potest referri, ut τὰ ἔργα ipsas poenas a majoribus in proditores constitutas, de quibus ante commemoravit orator, respiciant: sed praestat τὰ ἔργα interpretari *maleficia*, τὰ ἀδικήματα: ἐνθυμεῖσθε — τῶν ἀδικημάτων ἀξίως. Cf. annot. nostr. ad §. 2. p. 75.

ἐν τῇ ψήφῳ i. q. ἐν τῷ ψηφίζεσθαι. Cf. Dem. de fals. leg. §. 239. κρύβδην ἐστὶν ἡ ψῆφος.

ὑμῖν αὐτοῖς. Exspectabas ἀλλήλοις: similiter nostrates mahnet euch selber an pro mahnet euch gegenseitig (einander) an. Vid. Meineke ad Menandr. frgm. 316. Schaefer. appar. ad Dem. V. p. 70. not. ad Aesop. Heusingeri p. 96. et quos supra citavi ad §. 80. p. 218.

ὅμοια ἐκείνοις καὶ ἀκόλουθα. Eadem adjectiva junguntur §. 120.

Διομωμόκατε ἐν τῷ ψηφίσματι τῷ Δημοφάντου. Διομνύναι est *sancte jurare* cf. Dem. de cor. §. 283. 286. praepositione διὰ vim verbi augente, sicut Latinorum *de* in *dejerare, deamare*. Ceterum de graeci verbi in jure Attico significatione adeas Meier. et Schoem. de ord. Jud. p. 624. 626. not. 10. — Demophanti *psephisma* ab Andocide *legis* nomine insignitur de myster. §. 96. ἀνάγνωθι τὸν νόμον τὸν ἐκ τῆς στήλης. Cf. commentar. nostr. p. 69.

κτείνειν — καὶ λόγῳ καὶ ἔργῳ καὶ χειρὶ καὶ ψήφῳ. Dissentit cum Lycurgo Andocides: hic enim in ea legis parte quae huc pertinet unum substantivum τῇ — χειρὶ habet, κτενῶ τῇ ἐμαυτοῦ χειρί, ἂν δυνατὸς ὦ, ὃς ἂν καταλύσῃ κτλ. Attamen in iis quae ad bona occisi spectant, haec leguntur: τὰ κτήματα τοῦ ἀποθανόντος πάντα ἀποδόμενος ἀποδώσω τὰ ἡμίσεα τῷ ἀποκτείναντι, καὶ λόγῳ καὶ ἔργῳ καὶ ψήφῳ, καὶ οὐκ ἀποστερήσω οὐδέν. Quamquam vix dubitari potest quin verba καὶ λόγῳ καὶ ἔργῳ καὶ ψήφῳ loco suo mota sint: id quod Valckenarius, Luzacius et Coraës viderunt. Cf. Sluiteri Lectt. Andocc. p. 93 sq. ed. Schill. et Corais annot. ad Lycurg. p. 77 sq. Itaque Andocidis locum in hunc modum, duce Lycurgo, constituas: κτενῶ τῇ ἐμαυτοῦ χειρί, ἂν δυνατὸς ὦ, καὶ λόγῳ καὶ ἔργῳ καὶ ψήφῳ, ὃς ἂν καταλύσῃ κτλ. Nam Coraëm qui verbis καὶ λόγῳ etc. alium locum assignat, haud audiendum esse intelliges quum Lycurgea cum viri docti conjecturis comparaveris. — Verba καὶ χειρὶ ab hoc loco tamquam glossema vv. καὶ ἔργῳ abjudicat Baiterus: Luzacius (apud Sluiterum) verba καὶ ἔργῳ

glossema sequentis καὶ χειρί esse suspicatus erat. Sauppius contra etiam Andocidis legi — verba enim haud trajecta esse credit — restituendum opinatur καὶ χειρί ante καὶ ψήφῳ. — Luzacius verbis καὶ ἔργῳ ejectis, λόγον de *oratione* ad populum, χεῖρα de *caede*, ψῆφον de *suffragio* intelligit: Bergmannus ad Isocr. Areopag. ap. Benseler. p. 384. verba χειρὶ et ψήφῳ ita inter se opposita esse vult, ut illud ad τὸ χειροτονεῖν hoc ad τὸ ψηφίζεσθαι referendum sit. Neutrius sententiam amplector: λόγῳ et ἔργῳ latissime hoc loco patent, χειρὶ et ψήφῳ ad mortem et *manu* et *suffragio* proditori inferendam spectant. Conf. Aeschin. de fals. leg. §. 115. τιμωρήσειν καὶ ποδὶ καὶ φωνῇ καὶ πάσῃ δυνάμει. in Ctesiph. §. 109. 120.

τῶν δὲ ὅρκων καὶ τῆς πίστεως ἣν ὄντες — Pronomen οὓς quod singularis ἣν locum obtinet in codicibus ZB', repudiandum esse non modo optimorum codicum consensus sed etiam sequens ταύτης δὲ demonstrat. Conf. Isocrat. de pace §. 20. ἣν δὲ τὴν εἰρήνην ποιησώμεθα —, μετὰ πολλῆς μὲν ἀσφαλείας τὴν πόλιν οἰκήσομεν, ἀπαλλαγέντες πολέμων καὶ κινδύνων καὶ ταραχῆς εἰς ἣν νῦν πρὸς ἀλλήλους καθέστημεν. — De dictione ὅμηρον διδόναι v. annot. ad §. 117.

ὑμῶν utique praeferendum est scripturae ἡμῶν propter totius loci conformationem atque civium alloquutionem μὴ οἴεσθε κτλ.

ταύτης δὲ κτλ. Repetita post pronomen demonstrativum particula δὲ Taylorum adeo offendit ut δὴ scribendum opinaretur: quam particulam idem Taylorus atque alii viri docti haud semel in ejusmodi enuntiatis in voculae δὲ locum subtituerunt. Vide Schaefer. appar. ad Demosth. I. p. 472. et 491. Quae vox cum vi atque efficacia post pronomen demonstrativum iterata ad revocandam notionis praegressae cogitationem tantum abest ut ab Atticorum usu abhorreat, ut nihil hoc usu sit frequentius. Cf. Isocrat. Panegyr. §. 1. 63. de pace §. 55. 125. Busir. §. 2. 24. Panath. §. 133. 135. Dem. de Chersoneso §. 3. et exemplorum copiam congestam a Buttmanno in excurs. XII. ad Demosth. Midian. p. 147 sq. atque Stallbaumio ad Platon. Phaedon. p. 78. C. Hipp. Min. p. 364. E. Heindorf. ad Plat. Protag. p. 475. Schaefer. Melet. crit. p. 111. Werfer. Act. Phil. Monac. I. 1, p. 98 sq. De qua ratione disputat Hartungius de gr. l. particulis I. p. 172—178.

§. 128. Οὐ μόνον τοίνυν ἡ πόλις ὑμῶν οὕτως ἔσχε — ἀλλὰ καὶ Λακεδαιμόνιοι. Imperfectum εἶχε quod e deterioris notae codicibus adscivit Osannus nemo, opinor, desiderabit: neque articulum propter praecedentia ἡ πόλις ὑμῶν ante Λακεδαιμόνιοι reponendum esse cum Osanno atque Pinzgero quisquam censebit. Vid. Isocrat. oratt. ed. Bremi. p. 1.

excurs. IV. Conf. Dem. de fals. leg. §. 219. καὶ τοὺς συμμάχους ἀπολουμένους καὶ Θηβαίους ἰσχυροὺς γενησομένους. ib. §. 278. οὐ τὸ μὲν ψήφισμα Ἀθηναίοις καὶ τοῖς Ἀθηναίων συμμάχοις εἶναι κελεύει τὴν εἰρήνην —;

Καὶ μή μοι ἀχθεσθῆτε κτλ. Cf. §. 52.

καλὸν γάρ ἐςι πόλεως εὐνομουμένης περὶ τῶν δικαίων παραδείγματα λαμβάνειν. Reiskius genitivo πόλεως praepositionem παρὰ praeponi voluit: qua haud opus est. Neque Taylorus audiendus, qui pro περὶ conjecit παρὰ τ. δικαίων i. e. *Lacedaemoniis quorum justitia pervulgata fuerit.* — Ad sententiam conferas Dem. in Timocrat. §. 139. βούλομαι δ' ὑμῖν, — ἐν Λωκροῖς ὡς νομοθετοῦσι, διηγήσασθαι· οὐδὲν γὰρ χείρους ἔσεσθε παράδειγμα τι ἀκηκοότες, ἄλλως τε καὶ ᾧ πόλις εὐνομουμένη χρῆται. Aeschin. in Timarch. §. 180. ἀλλ' οὐ Λακεδαιμόνιοι· καλὸν δ' ἐστὶ καὶ τὰς ξενικὰς ἀρετὰς μιμεῖσθαι. — πόλεως εὐνομουμένης conf. Xenoph. de rep. Ath. I, 8. Oecon. IX. 13. Platon. Criton. p. 53. B. C.

ἀσφαλέςερον γὰρ ἕκαςος ὑμῶν τὴν δικαίαν καὶ τὴν εὔορκον ψῆφον θήσεται. Scriptura γὰρ ἂν — θῆται quam cum vett. edd. dederunt Heinrichius atque Blumius non potest defendi. Vid. annot. nostr. ad §. 63. p. 192. ad §. 76. p. 212. Bait. et Saupp. ad h. l. Ἂν particula quum a codicibus absit, unice probanda est Schaubii conjectura θήσεται. Ceterum vide annot. crit. — τὴν δικαίαν καὶ τὴν εὔορκον ψῆφον. Cf. Dem. in Mid. §. 24. δικαίαν καὶ εὔορκον θέσθαι τὴν ψῆφον. ib. §. 227. τὴν ὁσίαν καὶ δικαίαν θέμενοι ψῆφον (ubi vulg. ante Reisk. et in codd. t v καὶ τὴν δικαίαν). Din. in Demosth. §. 110. τὴν ὁσίαν καὶ δικαίαν φέρετε ψῆφον. Articulus τὴν post καὶ iteratus Heinrichio atque Blumio displicuit: mihi non item. Confer Demosth. de fals. leg. §. 311. τὴν ὁσίαν καὶ τὴν δικαίαν ψῆφον ὑπὲρ τῆς πατρίδος θέσθαι. Dinarch. in Aristog. §. 20. καὶ μὴ προδοῦναι τὴν θείαν καὶ τὴν εὔορκον ψῆφον (ubi pro τὴν θείαν legas cum Bekkero in Addend. p. 697. τὴν ὁσίαν: εὐθεῖαν enim quod Reiskius conjecit in cur. post. VIII. p. 455. contra morem adjiceretur substantivo ψῆφος. Vehementer autem Schmidtius errat, in vulgata acquiescens. „Eodem jure, inquit, quo ὁσία potest etiam ἡ ψῆφος dici θεία.") — Dem. de fals. leg. §. 280. τὸν Θρασυβούλου τοῦ δημοτικοῦ καὶ τοῦ ἀπὸ Φυλῆς καταγόντος τὸν δῆμον. Nonnulla exempla articuli post καὶ cum adjectivo repetiti ex Isocrateis attulit Benseler ad Isocrat. Areopag. p. 292. c. med.

Παυσανίαν κτλ. De re hic commemorata comparandi sunt Thucydides I. 130 sq. Diodor. Sic. XI. 44 sq. Pseudo Themist. ep. II. p. 15. Polyaen. VIII. 51. Tzetzes Chil. XII. Cornel. Nep. Pausan. c. 2 sq. Justin. II. 15.

προδιδόντα — λαβόντες. Cf. Lys. in Andocid. §. 26. *προδιδοὺς ληφθείς.* Demosth. adv. Lept. §. 139. *οὐχὶ πονηροὺς λαβόντες.* ib. §. 156. *τὰ δεινότατα ἐργαζόμενον ληφθῆναι.* Conf. commentar. nostr. p. 178.

τὸ τῆς Χαλκιοίκου ἱερόν. Templum Minervae Poliuchi s. Chalcioeci quae summa religione a Lacedaemoniis colebatur, (cf. Eurip. Troad. 1101. Helen. 227. ed. Matth. Aristoph. Lysistr. 1212. et 1228. ed. Both.) a Tyndaro inchoatum et multis annis post perfectum est a Lacedaemoniis. Cf. Suid. *Χαλκίοικος ἡ Ἀθηνᾶ ἐν Σπάρτῃ ἢ ὅτι χαλκοῦν οἶκον εἶχεν* — vid. Pausan. III. 17, 3. 6. X. 5, 10. — *ἢ διὰ τὸ τοὺς Χαλκιδεῖς ἐξ Εὐβοίας φυγάδας αὐτὸν κτίσαι.* Meurs. Miscell. Lacon. I. 3.

τὴν θύραν ἀποικοδομήσαντες. Dedi *ἀποικοδομήσαντες* pro vulgato *ἀνοικοδομήσαντες*: *ἀνοικοδομεῖν* enim nihil aliud est quam *instaurare.* Cf. Lycurg. §. 81. *καὶ τῶν ἱερῶν — οὐδὲν ἀνοικοδομήσω,* et Aristophan. Pac. 99. *τούς τε κοπρῶνας καὶ τὰς λαύρας καιναῖς πλίνθοισιν ἀνοικοδομεῖν καὶ τοὺς πρωκτοὺς ἐπικλείειν, recentibus lateribus instaurare cloacas:* quamquam scholiastes (qui *ἀποικοδομεῖν* videtur legisse) aliter rem accipit. *Τοὺς ὑπαροὺς οὖν τόπους,* inquit, *ἀποφράξαι παρακελεύεται καὶ τοὺς κοπρῶνας.* Contra *ἀποικοδομεῖν* est *occludere, obstruere.* Cf. Demosth. adv. Callicl. §. 5. *ἀποικοδομῶν τὴν καράδραν;* ib. §. 20. *εἰ Καλλικλῆς μὲν — ἁμαξιαίους λίθους προσκομίσας ἀποικοδομεῖ κτλ.* atque ejusdem orationis argument. v. 6. *καράδραν — ἀποικοδομηθεῖσαν.* v. 8. *ἀποικοδομηθῆναι τὴν καράδραν.* Thucyd. 7, 73. *τὰς δὲ ὁδοὺς ἀποικοδομῆσαι.* Apollodor. II. 5, 1. *ἀπωκοδόμησεν εἴσοδον* (ubi olim vulgabatur *ἀνωκοδόμησεν* vid. Ducker. ad Thucyd. 3, 81.) Adde Scholiastas atque Lexicographos Harpocrationem v. *ἀποικοδομεῖς ἀντὶ τοῦ ἀποφράττεις κτλ.* Suid. h. v. Zonar. c. 273. extr. Anecdott. Bekk. p. 428, 7. Schol. in Thucyd. 7, 73. — Ipse Thucydides in Pausaniae historia utitur verbo *ἀποικοδομεῖν.* I. 134. *καὶ τὰς θύρας — ἀπωκοδόμησαν.* Polyaenus VIII. 51. *καὶ τὸν προδότην ἐναποικοδομήσαντες διέφθειραν.* Diodorus XI. 45. *ἐνοικοδομῆσαι τὴν εἴσοδον.* Quamquam apud Pseudo Themist. II. p. 15. legitur *ἀνοικοδομήσαντες τὴν εἴσοδον καὶ ἀνελόντες τὴν ὀροφήν,* ubi peccatum est in utroque verbo. Lege *ἀποικοδομήσαντες* et *ἀφελόντες.* Frequens autem in codicibus est syllabarum $\overline{\alpha\nu}$ et $\overline{\alpha\pi}$ permutatio: vid. Bast. comment. palaeogr. p. 747. et Bast. atque Schaefer. in Addend. p. 922. — Ii qui cum Reiskio defendunt vulgatam verbum *ἀνοικοδομεῖν* interpretantur: *humo aggesta, saxis, tignis, operi caementitio portam et fenestram quamque obstruere.* Cf. Abresch. Dilucidat. Thucyd. p. 355. Gottleber. et Poppo ad Thucyd. I. 134.

τὴν ὀροφὴν ἀποσκευάσαντες. Thucyd. l. l. τὸν ὄροφον ἀφεῖλον. Etenim utramque formam Attici agnoscunt: ὄροφος praebet Aeschyl. Suppl. 588. Aristophan. Lysistr. 229. Both. ὀροφὴ Thucyd. 3, 68. Aristophan. Vesp. 1178. Nubb. 173. Vide Schol. in Aristoph. Nubb. 173. Wasse. ad Thucyd. I. 134. Temere Scaliger pro ἀποσκευάσαντες conjecit ἐπισκευάσαντες.

πρὶν ἢ τῷ λιμῷ ἀπέκτειναν. Πρὶν ἢ haud frequentis usus sunt voculae: veteres Attici ab harum particularum copulatione prorsus abstinuerunt. Vid. Dindorf. ad Aristoph. Comment. T. VI. p. 604. Praefat. ad Isocrat. oratt. p. V. et Praefat. ad Demosth. p. IV. Exempla nonnulla congessit Vigerus p. 442. quamquam exemplum e Demosthenis Leptinea allatum (p. 486. Reisk.) χρῆν τοίνυν Λεπτίνην μὴ πρότερον τιθέναι τὸν ἑαυτοῦ νόμον πρὶν ἢ τὸν παλαιὸν τοῦτον ἔλυσε huc minime pertinent: etenim neque codices neque editiones illud ἢ agnoscunt. Vide Schaefer. appar. ad Demosth. III. p. 199. Exemplis a Vigero allatis adde Herod. I. 19. IV. 196. Platon. Timae. p. 57. Articulus autem ante λιμῷ positus nihil offensionis habet, etsi haud necessarius est. Cf. Thucyd. l. l. ἐξεπολιόρκησαν λιμῷ. Diodor. l. l. καὶ — συναναγκάσαι τὸν Παυσανίαν λιμῷ καταστρέψαι τὸν βίον. Lucian. Philopseud. c. 4. λιμῷ — διαφθαρῆναι. Contra Thucyd. I. 126. καί τινες καὶ ἀπέθνησκον ὑπὸ τοῦ λιμοῦ. Xenophon. Anab. 1, 5, 5. πολλὰ τῶν ὑποζυγίων ἀπώλετο ὑπὸ τοῦ λιμοῦ (ubi Schneidero displicuit articulus), 7, 4, 5. καὶ ἀπολοῦνται τῷ λιμῷ. Demosth. adv. Aphob. I. §. 63. τῷ λιμῷ περιεῖδον ἀπολόμενον. adv. Leptin. §. 42. τοῦ μὴ τῷ λιμῷ πάντας αὐτοὺς ἀποθανεῖν.

§. 129. πᾶσιν ἐπίσημον ἐποίησαν τὴν τιμωρίαν ὅτι οὐδ' αἱ παρὰ τῶν θεῶν ἐπικουρίαι τοῖς προδόταις βοηθοῦσιν. Locum minime corruptum variis modis tentarunt viri docti atque vexarunt. Reiskius nonnulla intercidisse opinatus proposuit τὴν τιμωρίαν ἐπιθέντες δῆλον ἐποίησαν κτλ.: alia alii commenti sunt. Vid. annot. crit. Tu cave ne temere amplectaris doctorum conjecturas pro scriptoris verbis: optime enim procedit oratio. Ἐπίσημον adjectivum est, non substantivum: id quod Sauppio placuit. Tuetur illam struendi rationem et Platonicus locus ab ipso Sauppio allatus, Criton. p. 44. D. αὐτὰ δὲ δῆλα τὰ παρόντα νυνὶ ὅτι οἷοί τ' εἰσὶν οἱ πολλοὶ οὐ τὰ σμικρότατα τῶν κακῶν ἐξεργάζεσθαι, et Aristophan. Thesmophor. 643. Both.

αὐτῶν ὅταν ληφθῇ τις ἀνόσια δρῶν
πᾶσιν ἐμφανὴς ὁρᾶν ἔσται γυναιξὶ καὶ βροτοῖς,
ὅτι τὰ παράνομα θεὸς ἀποτίνεται.

οὐδὲν γὰρ πρότερον ἀδικοῦσιν ἢ —. Alii vocem *πρότερον*, alii verbum *ἀδικοῦσιν* in mendo cubare opinati sunt. Vid. annot. crit. Neque tamen quidquam mutandum esse puto. Cf. annot. ad §. 92.

περὶ τοὺς θεοὺς ἀσεβοῦσι. Cf. Antiphont. Tetralog. III. 1. §. 2. *ἀσεβεῖ μὲν περὶ τοὺς θεούς.* ib. §. 7. *περὶ τὸν θεὸν ἀσεβοῦσι.* Vide annotat. ad §. 76.

τῶν πατρίων νομίμων αὐτοὺς ἀποστεροῦντες. Αὐτοὺς pro *αὑτοὺς*, quod plane sensu caret, Schulzius scribendum esse vidit: *πατρίων* autem cum Sauppio pro *πατρῴων* rescripsi. Cf. §. 59. *οὗτος δὲ καὶ τοὺς τετελευτηκότας καὶ τὰ ἐν τῇ χώρᾳ ἱερὰ τῶν πατρίων νομίμων ἀποστερῶν.* §. 97. *τοὺς μὲν γὰρ θεοὺς τὰς πατρίους τιμὰς ἀπεστέρηκε.*

Μέγιστον δὲ τῶν ἐκεῖ γεγενημένων τεκμήριον κτλ. Pinzgerus: der stärkste Beweis unter allem was dort geschehen ist Folgendes: sed recte Thurotus: *la preuve la plus frappante de l'état des choses dans ce pays.*

νόμον — διαῤῥήδην λέγοντα. Cf. Demosth. in Philipp. III. §. 42. *τί οὖν λέγει τὰ γράμματα;* ib. §. 44. *ἀλλ' οὐ τοῦτο λέγει —. τοῦτο δὴ λέγει.* Aeschin. de fals. leg. §. 60. *ἀνάγνωθι δὴ καὶ τὸ τῶν συμμάχων δόγμα τί λέγει.* Aristophan. Equitt. 128. *ὁ χρησμὸς ἄντικρυς λέγει —.* Lysistr. 720. *λέγ' αὐτὸν (τὸν χρησμὸν) ἡμῖν, ὅτι λέγει.* — Dem. adv. Macartat. §. 72. *καὶ ἃ διαῤῥήδην ἀπαγορεύουσιν οἱ νόμοι μὴ ποιεῖν.* adv. Spud. §. 7. *νόμος ὃς οὐκ ἐᾷ διαῤῥήδην — εἶναι δίκας.* Verbum *λέγειν jubendi* notionem continens praesentis infinitivum h. l. adsciscit: vide commentar. nostr. p. 69. et 105. Demosth. in Phil. III. §. 44. *τοῦτο δὴ λέγει, καθαρὸν τὸν τούτων τινὰ ἀποκτείναντα εἶναι.*

εἰς αὐτὸ τοῦτο τὴν τιμωρίαν τάξαντες εἰς ὃ μάλιστα φοβούμενοι τυγχάνουσι. Dictio *τὴν τιμωρίαν τάσσειν εἴς τι* Heinrichio displicuit: quae etsi exemplis careat, tamen non temere rejicienda est. Similiter nostrates dicunt: die Strafe in etwas setzen. Praepositio autem ante pronomen relativum iterata est ex more oratorum quem exemplis illustrarunt Bekkerus oratt. Attic. V. p. 696. Baiterus Praefat. ad Isocrat. Panegyr. p. XVIII. Bernhardy. Synt. p. 203. Neque enim Sauppio assentior, qui *Sophoclis* locis Oed. Tyrann. 980. *σὺ δ' εἰς τὰ μητρὸς μὴ φοβοῦ νυμφεύματα* et Trachin. 1211. *ἀλλ' εἰ φοβεῖ πρὸς τοῦτο τἄλλα γ' ἔργασαι*, usus, aliam explicationem admittere Lycurgi locum contendit.

τὴν ἐκ τοῦ πολέμου σωτηρίαν. Cf. §. 2. *σωθῆναι ἐκ τοῦ κινδύνου.* §. 17. 143.

τὴν — σωτηρίαν ὑπεύθυνον κινδύνῳ ἐποίησαν μετ' αἰσχύνης. Ὑπεύθυνος proprie is est qui magistratus

(ἀρχῆς) gesti rationem reddere debet, rechenschaftspflichtig. Vide Hermann. gr. Staatsalterth. p. 296 sq. Qua voce saepissime figurate utuntur oratores pro *subjectus, obnoxius.* Cf. Lycurg. §. 148. ὑπεύθυνος — τῇ παρὰ τῶν θεῶν τιμωρίᾳ. Demosth. de cor. §. 189. δίδωσιν αὐτὸν ὑπεύθυνον τοῖς πεισθεῖσι, τῇ τύχῃ, τοῖς καιροῖς, τῷ βουλομένῳ. — Verba μετ' αἰσχύνης cur secluserit Heinrichius non video: dicit orator non modo periculum sed etiam ignominiam ignavis esse parata.

οὐ λόγον ἀναπόδεικτον εἴρηκα ἀλλὰ μετ' ἀληθείας παραδείγματα. Similiter Dionysius Halic. de Thucyd. jud. 43, 2. ἵνα δὲ μὴ δόξῃ τις φάσεις ἀναποδείκτους με λέγειν —. id. de Isaeo jud. 16. μή τις ἀναπόδεικτα δόξῃ λέγειν ἡμᾶς. Cf. Krüger. ad Dionys. p. 188. — μετ' ἀληθείας παραδείγματα i. q. ἀληθῆ, vera, non ficta exempla. Cf. supra §. 125. πειραθέντες μετὰ ἀληθείας. Pro μετ' ἀληθείας poterat adhibere ὡς ἀληθῶς, velut Platon. Gorg. 512. E. τόν γε ὡς ἀληθῶς ἄνδρα.

φέρε αὐτοῖς τὸν νόμον. Reiskius orationem hiare opinatus, verbum ἀναγίνωσκε interponi jussit: quem virum oratorum consuetudinem haud meminisse miror. Suum enim casum assumit saepenumero in hujusmodi cohortationibus verbum φέρε. Demosth. de cor. §. 73. φέρε δὲ αὐτὰ τὰ ψηφίσματα καὶ τὴν ἐπιςολὴν — καὶ λέγε ἐφεξῆς. ib. §. 106. φέρε δὴ καὶ τὸν καλὸν κατάλογον. — φέρε δὴ παρὰ τοῦτον τὸν ἐκ τοῦ ἐμοῦ νόμου κατάλογον. ib. §. 179. καί μοι φέρε τὸ ψήφισμα τὸ τότε γενόμενον. de fals. leg. §. 61. φέρε δή μοι καὶ τὴν συμμαχίαν τὴν τῶν Φωκέων καὶ τὰ δόγματα. Vide Schaefer. appar. ad Dem. II. p. 111.

§. 130. Ἐνθυμεῖσθε δή. Δὴ particula in optimis codicibus est: reliqui habent δέ. Quas particulas a librariis non semel confusas esse notum est. Vid. Jacobs. ad Achill. Tat. p. 738. Schoemann. ad Isae. p. 324. De particulae δή imperativo subjectae significatu consulendus est Hartungius de gr. l. partt. I. p. 284.

ὁ γὰρ παρὰ τῶν πολιτῶν φόβος i. e. metus quem injiciunt cives, ὁ φόβος ὃν παρέχουσι αὐτοῖς οἱ πολῖται. Eodem modo Isaeus de Cleonym. her. §. 39. ἡ παρ' ὑμῶν αἰσχύνη *pudor quo vestri de nobis judicii reputatio nos perfunderet.* Vid. Schoemann. Commentar. p. 139., qui nostri loci memor est. Similiter Xenoph. Cyrop. 3, 3, 53. τοῖ ἀπὸ τῶν πολεμίων φόβου. ib. 6, 3, 28. πλείω φόβον παρέχειν τοῖς κακοῖς τοῦ ἀπὸ τῶν πολεμίων. cf. Anab. 7, 2, 37. Hiero. 10, 3. atque Anab. 1, 2, 18. τὸν ἐκ τῶν Ἑλλήνων εἰς τοὺς βαρβάρους φόβον. Vid. Schaefer. Melett. p. 84.

ἀναγκάσει. Exspectabas praesens tempus: sed futu-

rum indicat idoneum esse hunc metum ad cogendum etc., diese Furcht vermag zu zwingen, ist fähig zu zw. Vid. p. 81.

τοὺς πρὸς τοὺς πολεμίους κινδύνους. Similiter infra τὸν πρὸς τοὺς πολεμίους, τὸν πρὸς τοὺς νόμους καὶ τοὺς πολίτας (κίνδυνον). Isocrat. Panegyr. §. 65. τῶν πρὸς Εὐρυσθέα κινδύνων. Plenius loquitur Demosthenes adv. Polycl. §. 21. καὶ κινδύνους ὅσους ἐκινδύνευσα αὐτὸς πρός τε χειμῶνας καὶ πρὸς πολεμίους.

φιλοψυχήσει. Cf. Tyrtaei frgm. §. 107. v. 18. Platon. Gorg. p. 512. E. Demosth. or. funebr. §. 28. Blumius excitat Bekker. Anecdd. 71. extr.

εἰδὼς ὑποκειμένην αὐτῷ τιμωρίαν; Loquutionem ὑπόκειται τιμωρία ab Atticis scriptoribus (τοῖς δοκίμοις) abjudicans Coraës hic et infra praepositionem ὑπο — cum ἐπι — commutavit: immemor ille quidem loci Demosthenici adv. Phorm. §. 19. παρ' ὑμῖν μὲν γὰρ ὀργὴ μεγάλη καὶ τιμωρία ὑπόκειται τοῖς τὰ ψευδῆ μαρτυροῦσι. Osannus e cod. Z τὴν τιμωρίαν recepit: quod si praestantiores codices offerrent aequo animo ferrem. Conf. Foertsch. obss. critt. in Lys. oratt. p. 54 sq. Temere autem Reiskius τὴν μεγίστην τιμωρίαν conjecit. — Pronomen αὐτῷ quod et codices Bekkeri praebere persuasum habeo et loci sententia flagitat, Blumius tamquam e librariorum lapsu ortum posthabuit veterum editionum scripturae αὐτῷ: quam explicavit τῷ φιλοψυχεῖν.

οὐδεμίαν γὰρ ἄλλην δεῖ ζημίαν εἶναι τῆς δειλίας ἢ θάνατον. Quum ab antiquis exemplaribus abesset verbum δεῖ quod cod. A. suppeditat, viri docti aut e sequenti εἰδότες infinitivum suspensum esse voluerunt, corrigendo ii quidem sollicitantes verba γὰρ ὅτι, quibus substituerunt καὶ ὅτι, aut e praecedenti εἰδὼς aptum esse hunc modum crediderunt. Vid. annot. crit. Neutrum placet: altera enim ratio temeraria, altera impeditior est. Heinrichius verba εἰδὼς — θάνατον tamquam spuria a reliquis seclusit. Sed addito δεῖ jam plana sunt omnia: interponuntur enim haec verba quibus accuratius definiatur atque inculcetur poenae modus quem supra indicavit orator verbis τίς γὰρ ὁρῶν θανάτῳ ζημιούμενον —, es muſs nemlich keine andre Strafe für die Feigheit geben als den Tod, vel es versteht sich aber daſs es keine andere Strafe geben muſs. Quamquam Baiterus aegre ferens γὰρ illud, suasit οὐδεμίαν ἄρ' ἄλλην: loci enim sententiam ita constituit. „Si quis intellexerit morte damnari proditores, patriam profecto non deseret. Nulla igitur alia timiditatis poena esse debet quam mors." Quam ratiocinationem quominus tribuam oratori obstant verba ἢ τίς παρὰ τὸ συμφέρον τῆς πόλεως φιλοψυχήσει εἰδὼς ὑποκειμένην

αὐτῷ τιμωρίαν; Opus erat verbis ταύτην τὴν τιμωρίαν, vel τὴν μεγίζην, τὴν ἐσχάτην τιμωρίαν. — Ceterum ad sententiam compara Aeschin. in Ctesiph. §. 175. εἰσὶ γὰρ καὶ δειλίας γραφαὶ — ἵν' ἕκαστος ἡμῶν τὰς ἐκ τῶν νόμων ζημίας φοβούμενος μᾶλλον ἢ τοὺς πολεμίους ἀμείνων ἀγωνιστὴς ὑπὲρ τῆς πατρίδος ὑπάρχῃ.

§. 131. Τοσούτῳ δ' ἂν δικαιότερον —, ὅσον —. Cf. §. 116. τοσοῦτον ἔσεσθε — χείρους ὅσον —. Dem. de cor. §. 197. τοσοῦτον γὰρ ἀμείνων ἐγὼ σοῦ πολίτης γέγονα —, ὅσον —. ad quem locum, quum codices nonnulli praeberent τοσούτῳ, Schaeferus in appar. ad Dem. II. p. 267. annotavit: '*utrum praestet docet* ὅσον. Qui vir doctissimus vereor ne h. l. praeferendam ducat nonnullorum librorum scripturam τοσοῦτο vel τοσοῦτον. Sed utrumque recte dicitur: conf. Isocrat. ad Demon. §. 4. τοσούτῳ μᾶλλον ἐκείνων τοὺς ἀκούοντας ὠφελοῦσιν, ὅσον οἱ μὲν —.

ἥκουσιν ὡς — μαχούμενοι ἢ — συνατυχοῦντες. Utriusque participii quum eadem sit ratio, συνατυχοῦντες pro futuro habeas oportet. Ὡς autem participiis praemissum abesse poterat: quamquam cum codice Z haud rejecerim particulam. Cf. Matth. gr. gr. §. 568. p. 1123. Rost. gr. gr. p. 671. et Bernhardy. Synt. p. 475. 476.

κοινῇ μετὰ τῶν ἄλλων — συνατυχοῦντες. Creberrime verba cum praepositione σὺν composita cum substantivis construuntur adjecta praepositione μετά. Cf. Aristophan. Ecclesiaz. 1190. ξυνεισπεσοῦμαι γὰρ μετὰ σοῦ. Dem. de cor. §. 229. μετὰ Φιλίππου συνεμβαλεῖν. ib. §. 230. συμπολεμεῖν τοὺς Βυζαντίους μεθ' ἡμῶν. in Mid. §. 127. τοὺς συνεξεταζομένους μετὰ τούτου. in Olympiodor. §. 43. εἰ μὴ μετὰ σοῦ κοινῇ συνηγωνιζόμην. Alia hoc genus vide apud Lobeck. ad Phrynich. p. 354. Wurm. Commentar. in Dinarch. p. 133.

ἔφυγεν — ποριζόμενος. Participium praesentis verbis *eundi* subjunctum *de conatu* potest intelligi, ut pro futuro positum videatur. Cf. Hermann. et Elmslei. ad Euripid. Med. 1024. Bornemann. ad Xenoph. Anab. 7, 7, 17. — Bernhardy. Synt. p. 370. Neque tamen h. l. conatus notio oratori videtur obversata esse: er floh sich allein Rettung gewährend.

οὐδὲ ὑπὲρ τῆς ἰδίας ἑξίας ἀμύνεσθαι τολμήσας ἀλλὰ — προδέδωκεν. De verbi ἀμύνεσθαι structura vid. §. 103. Transitus autem a participio in modum finitum nihil duri habet: confer exempla quae excitavi p. 108. Adde Matthiae. gr. gr. p. 1300 sq. Fritsch. Quaestion. Lucian. p. 112. Jacobitz. ad Lucian. Toxar. p. 101.

μόνος οὗτος. Vocabulum οὗτος praecedente eodem pro-

nomine οὗτοσὶ δὲ — incommode repetitum esse Ernestius censuit atque deleri jussit: A. G. Beckerus pro μόνος οὗτος scribendum μόνος αὐτὸς suspicatus est. Neutrum probo. Neque enim abhorret ab oratorum consuetudine pronominis demonstrativi iteratio, quod vi sua non caret quando de adversario loquuntur. Conf. Lys. de vulner. praemed. §. 16. ἔτι δὲ τοὺς μὲν τούτου οἰκέτας ἰδίους ὄντας τούτου εἰ ἐβασανίζομεν, ἀνοήτως ἄν τι τούτῳ χαριζόμενοι — ἐμοῦ κατεψεύσαντο. in Andocid. §. 3. δίκαιον οὖν μοι δοκεῖ εἶναι — μὴ μόνον τοὺς τούτου φίλους ὑπὸ τούτου καὶ τῶν τούτου λόγων ἀπόλλυσθαι, ἀλλὰ καὶ αὐτὸν τοῦτον ὑφ' ἑτέρου. Vide Foertsch. obss. critt. in Lys. oratt. p. 68 sq. Alia dabit Stallbaum. ad Platon. de rep. III. p. 391. D.

τῶν πάντων ἀνθρώπων. Vid. Bernhardy. Synt. p. 320.

τὰ τῆς φύσεως οἰκεῖα καὶ ἀναγκαῖα: die Bande der Natur hat er verrathen. Conf. Demosth. in Stephan. I. §. 53. δεινὸν μὲν γάρ ἐστιν εἰ καὶ καθ' ὅτου τις οὖν τὰ ψευδῆ ματρυρεῖ, πολλῷ δὲ δεινότερον — εἰ κατὰ τῶν συγγενῶν· οὐ γὰρ τοὺς γεγραμμένους νόμους ὁ τοιοῦτος ἄνθρωπος μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ τῆς φύσεως οἰκεῖα ἀναιρεῖ. ib. §. 54. καὶ περὶ πλείονος ἐποιήσατο τὸν Φορμίωνος πλοῦτον, ἢ τὰ τῆς συγγενείας ἀναγκαῖα. Cf. Passov. lex. v. ἀναγκαῖος.

ἃ — μέγιστα καὶ σπουδαιότατα διείληπται. Σπουδαιότατα i. q. ἃ μάλιστα σπουδῆς ἄξιά ἐστιν. Plato. de rep. I. p. 333. E. οὐκ ἄν οὖν, ὦ φίλε, πάνυ γέ τι σουδαῖον εἴη ἡ δικαιοσύνη, εἰ πρὸς τὰ ἄχρηστα χρήσιμον ὂν τυγχάνει. — διείληπτει accipitur, habetur. Hesych. διειληφότες ἀντὶ τοῦ νομίσαντες.

§. 132. Τὰ γοῦν ζῶα τὰ πετεινὰ μάλιστα πέφυκε πρὸς τάχος, ἃ ἔστιν ἰδεῖν κτλ. Vis adversativa quae inest pronomini relativo, non animadversa virorum doctorum conjecturas peperit, quas exhibui in annotatione critica. Quod genus tetigi in Commentar. p. 110. Neque Latini hoc idioma aspernantur, de quo exposuit Ramshorn. gr. lat. p. 568 sq. — Articulus autem ante πετεινὰ etsi codicibus deest tamen cum veteribus editionibus in ordinem recipiendus est: quamquam sequior graecitas articuli omissionem ante adjectivum secundo loco positum frequentat. Vide Bremi. ad Demosth. adv. Aphob. de fals. testim. §. 12. Bernhardy. Synt. p. 323. — γοῦν zum Beispiel v. §. 71. 86. 104. — πετεινά. Notetur Thomae Mag. error, πτηνὸν λέγε· τὸ δὲ πετεινὸν ἀδόκιμον. Conf. Schneider. ad Xenoph. Cyrop. I. 6, 39. p. 99. — μάλιστα πέφυκε πρὸς τάχος. Cod. A. articulum inserit, μ. π. πρὸς τὸ τάχος, quem in hac constructione solent omittere. Xenoph. Memor. 4, 1, 2. οὐ τῶν τὰ σώματα πρὸς ὥραν ἀλλὰ τῶν τὰς ψυχὰς πρὸς ἀρετὴν εὖ πεφυκότων ἐφιέμενος. Isocrat. in

ɔph. §. 21. *τοῖς κακῶς πεφυκόσι πρὸς ἀρετήν.* de permut. 187. *πρὸς ταῦτα πεφυκέναι καλῶς.* ib. §. 274. *τοῖς κακῶς ɛφυκόσι πρὸς ἀρετήν.* ib. §. 284. *τοὺς ἄριστα πρὸς ἀρετὴν ɛφυκότας.* Platon. Charmid. p. 158. B. *εἰ δὲ δὴ καὶ πρὸς σωφροσύνην — ἱκανῶς πέφυκας.*

τῶν ποιητῶν τινὲς εἰρήκασιν. Valckenarius ad Heɔd. 8, 109. Sophocli hos versiculos assignat. Vid. §. 92.

ἣν πλάσῃ δόμον. Cf. Herod. loc. laud. *καί τις οἰκίην ναπλασάσθω, unusquisque reficiat aedes suas.*

ἄλλῃ i. e. alio loco, *ἐν ἀλλοτρίᾳ νεοττιᾷ.* Coraës *ἄλλην* ıalit, ut sensus sit *ἀλλοτρίαν ὀρνίθα οὐκ εἴασε τεκεῖν νεοττοὺς ' τῇ ἑαυτῆς νεοττιᾷ.* Cui conjecturae favent et praegressa *ἃ ɛτιν ἰδεῖν ὑπὲρ τῆς αὐτῶν νεοττιᾶς ἐθέλοντα ἀποθνήσκειν,* et ɛquentia *τὴν πατρίδα τοῖς πολεμίοις κατέλιπε.* Quamquam ılgata ferri potest: *nidum non deserunt.*

ἠξίωσεν. Vid. Matthiae. gr. gr. §. 502. p. 954.

τοσοῦτον ὑπερβέβληκε δειλίᾳ. Ὑπερβάλλειν τινός τι-, praestare alicui aliqua re, vulgaris est verborum construɔio. Vide Matth. gr. gr. §. 358. Platon. Gorg. p. 475 A. sq. ɔd omissa quoque persona cui praestet aliquis *ὑπερβάλλειν νί* adhibent, i. e. *praestare aliqua re, excellere, modum exceɔre in aliqua re.* Isocrat. Areopag. §. 72. *τῶν ὑπερβαλλόντων κῖς πονηρίαις.* Dem. adv. Phaenipp. §. 13. *ὑπερβάλλοντα συɔφαντίᾳ.*

§. 133. *οὐδεμία πόλις αὐτὸν εἴασε παρ' αὐτῇ μετοικεῖν ἀλλὰ — ἤλαυνεν.* E praegresso *οὐδεμία* ad *ἀλλὰ* ıtelligas *πᾶσα, ἑκάστη.* Quod loquendi genus et Graeci et Lani agnoscunt. Platon. Sympos. p. 192. E. *ταῦτα ἀκούσας οὐδ' ν εἷς ἐξαρνηθείη —, ἀλλ' ἀτεχνῶς οἴοιτ' ἂν ἀκηκοέναι κτλ.* e rep. II. p. 366. D. *τῶν γε ἄλλων οὐδεὶς ἑκὼν δίκαιος, ἀλλ' πὸ ἀνανδρίας — ψέγει τὸ ἀδικεῖν κτλ.* Conf. exempla a Stallaumio congesta ad Platon. de rep. II. p. 366. D. et Phaedr. . 260. D. et de Latinorum usu Interpp. ad Horat. Serm. I, , 1. Heindorf. ad Cic. de Nat. Deor. I, 7. Ramshorn. gr. lat. . 686. — Tempora autem diversa aoristum atque imperfetum h. l. copulat orator ut supra §. 65. Vid. comment. nostr. . 194. — *παρ' αὐτῇ μετοικεῖν* lieſs ihn bei sich als chutzbürger wohnen. Praepositiones *παρὰ,* bei indiınt in *civitatis* nomine latere ipsorum *civium* notionem.

τῶν ἀνδροφόνων. De vocis *ἀνδροφόνος* significatu adıs Demosth. in Aristocrat. §. 29 sq. Sed confer etiam Heffır. Athen. Gerichtsverf. p. 206 sq.

οἱ — φόνου φεύγοντες, Thurot. *ceux qui s'exilent par uite d'un meutre* i. q. *οἱ ἐπὶ φόνῳ φεύγοντες* Dem. in Ari-

πόν, καὶ ἐάν τις τυραννεῖν ἐπανασῇ ἢ τὸν τύραννον συγκαταστήσῃ· καὶ ἐάν τις ἄλλος ἀποκτείνῃ ὅσιον αὐτὸν νομιῶ εἶναι καὶ πρὸς θεῶν καὶ δαιμόνων κτλ. — Repentina temporum mutatio (ἐπιθῆται — προδιδῷ — καταλύῃ) displicuit viris doctis: Bekkerus ἐπιθῆται commutavit cum ἐπιτιθῆται: Baiterus pro προδιδῷ — καταλύῃ malit προδῷ — καταλύσῃ. Neutrum necessarium esse puto: quamquam non sentio cum Blumio qui praesens tempus *de conatu* positum esse statuit. De praesenti atque aoristo permiscue usurpatis adi commentar. nostr. p. 151. 222. — Verbum ἐπιτίθεσθαι in simili re usurpat Aeschines in Ctes. §. 235. οὐ μέμνησθ' ὅτι οὐδεὶς πώποτε ἐπέθετο πρότερον δήμου καταλύσει κτλ.

τὸν αἰσθανόμενον καθαρὸν εἶναι ἀποκτείναντα. Τὸν αἰσθανόμενον dictum est ut ὁ βουλόμενος et similia. Vid. Bernhardy. Synt. p. 318. Dictio καθαρὸν εἶναι et similes loquutiones in jure Attico usitatae proprie non modo *impunitatem* respiciunt, sed etiam *piaculo solutum* esse interfectorem indicant. Cf. Dem. in Philipp. III. §. 44. καθαρὸν τὸν τούτων τινὰ ἀποκτείναντα εἶναι, quod idem orator antea expresserat verbis ὑπὲρ ὧν ἂν — εὐαγὲς ᾖ τὸ ἀποκτεῖναι. Andocid. de myster. §. 95. ὁ κτείνας σε καθαρὸς τὰς χεῖρας ἔσται, κατά γε τὸν Σόλωνος νόμον. Dem. de f. leg. §. 66. ἐγὼ μὲν γὰρ οἶμαι κἂν καταλεύσαντας αὐτοὺς ταῖς ἑαυτῶν χερσὶ καθαροὺς ἔσεσθαι νομίζειν. et Andocides in plebiscito §. 97. ὁ δὲ ἀποκτείνας — ὅσιος ἔστω καὶ εὐαγής. Vid. Heffter. Athen. Gerichtsvf. p. 133. — De re quae hoc loco commemoratur vid. Meier. et Schoem. de Ord. Jud. p. 309. Suspicax autem Atheniensium metus, proditionis atque affectatae tyrannidis crimina multiplicavit: de qua re legenda est Demosthenis oratio de syntaxi §. 14 sq. Neque injuria Bdelycleon apud Comicum Vesp. 470. exclamat:

ὡς ἅπανθ' ἡμῖν τυραννίς ἐστι καὶ ξυνωμόται
ἤν τε μεῖζον, ἤν τ' ἔλαττον πρᾶγμά τις κατηγορῇ· κτλ.

κρεῖττον ἔδοξεν αὐτοῖς τοὺς τὴν αἰτίαν ἔχοντας τεθνάναι μᾶλλον ἢ — Adverbium μᾶλλον cum vi atque gravitate comparativo adjectum, etsi grammatici veteres a pedestri oratione abjudicant, apud optimos quosque prosae orationis scriptores reperitur. Vide Sluiter. Lectt. Andocc. p. 145. ed. Schill. Schoemann. ad Isae. p. 194. Stallbaum. ad Platon. Hipp. Maj. p. 285. A. — τοὺς τὴν αἰτίαν ἔχοντας die Verdächtigen, qui in suspicionem vocantur, non, ut Blumius vertit, die Schuldigen: quem dedocere poterat sententia opposita. Cf. commentar. nostr. p. 175. Baiter. ad Isocrat. Panegyr. §. 109. Articulus τὴν paullulum offen-

dit Osannum: verum optime habet articulus quum de suspicione certa atque definita agatur.

μετὰ ἀληθείας. Haec verba jungo cum *πειραθέντας*, ut sententia sit *ἢ ἔργῳ πειραθέντας*: Pinzgerus atque Coraës ad *δουλεύειν* referunt.

ἀρχὴν γὰρ οὕτως ᾤοντο δεῖν ζῆν τοὺς πολίτας κτλ. Ad verba et sententiam confer Xenoph. Cyrop. I, 2, 3. *οἱ δὲ Περσικοὶ νόμοι προλαβόντες ἐπιμέλονται, ὅπως τὴν ἀρχὴν μὴ τοιοῦτοι ἔσονται οἱ πολῖται οἷοι πονηροῦ τινος ἢ αἰσχροῦ ἔργου ἐφίεσθαι.* Aeschin. in Timarch. §. 48. *οὕτω γὰρ καθαρὸν χρὴ τὸν βίον εἶναι τοῦ σώφρονος ἀνδρὸς ὥςε μὴ ἐπιδέχεσθαι δόξαν αἰτίας πονηρᾶς.* Dem. in Mid. §. 125. *οὐδ' ἐπὶ τῷ δοῦναι δίκην ἀσχάλλειν (χρὴ) ἀλλὰ μὴ ποιεῖν ἐξ ἀρχῆς ἀσελγὲς μηδέν.* Similia vide ap. Isocrat. Areopag. §. 42. et Bergmann. ad h. l. in Benseleri ed. p. 262 sq. — *Ἀρχὴν, τὴν ἀρχὴν, ἐξ ἀρχῆς statim ab initio*, von Anbeginn, überhaupt, et in affirmativa et in negativa enuntiatione posita proprietatem suam servant: exempla vide ap. Viger. p. 80. Hermann ad Viger. p. 723. Lennep. ad Phalarid. epist. p. 82. Wolf. ad Lept. in Schaefer. appar. ad Dem. III. p. 147. cf. Bernhardy. Synt. p. 131.: ut mirer Blumium ad h. l. annotasse „*ἀρχὴν* non est *omnino*, quam potestatem haec vox non habet nisi sequente negatione. Itaque h. l. est *statim ab initio*. Hermann. ad Sophocl. Antig. 92. Krueger. ad Xenoph. anab. 7, 7, 28." — De particula *ὥςε* cum negativa *μὴ* copulata vid. annot. nostr. ad §. 82. et quos ibi citavimus.

§. 126. *ἔγραψαν εἰς τὴν ςήλην. Γράφειν* posuit pro usitato *ἀναγράφειν* §. 109. 117. Cf. Dem. in Phil. III. §. 41. *εἰς στήλην χαλκῆν γράψαντες.*

ταύτην ἔστησαν εἰς τὸ βουλευτήριον: eodem modo supra dixit *τῆς στήλης — τῆς ἐν τῷ βουλευτηρίῳ*. Contra Andocides hoc plebiscitum tangens (de myster. §. 95.) *νόμος*, inquit, *ὃς ἐν τῇ στήλῃ ἔμπροσθέν ἐστι τοῦ βουλευτηρίου.* Quamobrem Pinzgerus Lycurgi verba interpretatur bei dem Rathhause: Blumius apud Andocidem non *curiam* sed *senatum* vel *senatorum consessum* cujus ab oculis in ipsa curia columna illa posita esset designari opinatur. Confer Aristophan. Equitt. 370.

οὐ δέδοικ' ὑμᾶς ἕως ἂν ζῇ τὸ βουλευτήριον,
καὶ τὸ τοῦ δήμου πρόσωπον μακκοᾷ καθήμενον.

Thom. Mag. p. 59. ed. Ritsch. *ἔστι δὲ βουλευτήριον οὐ μόνον ὁ τόπος ἐν ᾧ βουλεύονται ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ οἱ βουλευταί.* Utrumque etiam v. *βουλεῖον* significat: vid. intpp. Herod. vit. Homer. c. 12. Neque tamen credo Andocidem ad *senatores* respe-

xisse. Quidni columna in curiae limine posita et ἔμπροσθεν τοῦ βουλευτηρίου et ἐν τῷ βουλευτηρίῳ εἶναι potuerit dici?

τοῖς καθ' ἑκάστην ἡμέραν συνιοῦσι. Quotidie enim in senatu tractabantur publica negotia; quamquam festis diebus, quos haud paucos fuisse vel e Xenophonte de rep. Athen. 3, 2. patet, senatus non solebat convocari. Cf. Polluc. VIII. 95. οἱ πρυτάνεις τὴν βουλὴν συνάγουσιν ὁσημέραι πλὴν ἂν ἀφετός τις ᾖ. Vid. Boeckh. Staatshaush. d. Athen. I. p. 249. Schoemann. de comitt. p. 49. Hermann. gr. Staatsalterth. §. 127. — Articulum in καθ' ἑκάστην ἡμέραν et similibus respuit Lycurgus cf. §. 162. καθ' ἑκάστην πενταετηρίδα: poterat enim scribere καθ' ἑκάστην τὴν ἡμέραν qui est vulgaris verborum ordo et κατὰ τὴν ἡμέραν ἑκάστην, velut Demosth. de cor. §. 68. 249. Exempla dabunt Schaefer. in H. Stephani Thesaur. c. 3655. D. Orelli. ad Isocrat. de permut. p. 255. Poppo ad Xenoph. Cyrop. p. 8. Schaefer. appar. ad Dem. II. p. 324 sq. Stallbaum. ad Platon. Phaedr. p. 248. E. ad Hipp. Maj. p. 281. B.

πρὸς τοὺς τοιούτους. De articulo cf. §. 111.

ἄν τις αἴσθηται μόνον μέλλοντας αὐτοὺς τούτων τι ποιεῖν. Adverbium μόνον ad μέλλοντας retulit Blumius: malim referre ad universum praedicatum. Pronomen αὐτοὺς temere Heinrichius atque Blumius collocarunt post verbum ποιεῖν atque cum verbo ἀποκτείνειν copularunt. Respicit ad τοὺς τοιούτους, atque in membro sequenti cogitatione repetitur.

τῶν μὲν γὰρ ἄλλων ἀδικημάτων κτλ. Ad sententiam duumviri Turicenses comparant Sallust. Catilin. 52, 4. Nam cetera maleficia tum persequare ubi facta sunt: hoc nisi provideris ne accidat, ubi evenit frustra judicia implores: capta urbe nihil fit reliqui vobis. — Consimilia habet Dinarchus in Philocl. §. 8. ἆρ' ἴσθ' ὅτι ἐπὶ μὲν τῶν ἄλλων ἀδικημάτων σκεψαμένους ἀκριβῶς δεῖ μεθ' ἡσυχίας καὶ τἀληθὲς ἐξετάσαντες, οὕτως ἐπιτιθέναι τοῖς ἠδικηκόσι τὴν τιμωρίαν, ἐπὶ δὲ ταῖς φανεραῖς καὶ παρὰ πάντων ὡμολογημέναις προδοσίαις πρῶτον τετάχθαι τὴν ὀργὴν καὶ τὴν μετ' αὐτὴν γιγνομένην τιμωρίαν;

Εἰ γὰρ προήσεσθε — οὐκ ἔστιν κτλ. Futurum tempus excipit praesens: de qua verborum conformatione egi in annot. ad Euripidis frgm. §. 100. v. 39. 40. De verbo προιέναι cf. Indd. Dem. s. v.

παρ' αὐτῶν ἀδικούντων i. e. οἳ οὐκέτι μέλλουσιν ἀδικεῖν ἀλλ' ἤδη ἀδικοῦσιν. Verbum ἀδικεῖν perfecti vim obtinet. Vid. annot. nostr. p. 70.

τῆς παρὰ τῶν ἀδικουμένων τιμωρίας. Pinzgerus

temere (cum codice Z?) expunxit praepositionem, quam vel usus oratoris tuetur. Cf. §. 15. 148. Quamquam deest praepositio §. 127. τῆς ἐκείνων τιμωρίας.

§. 127. τῆς προνοίας ταύτης καὶ τῶν ἔργων ἀξίως. Pronomen demonstrativum tacita cogitatione etiam ad substantivum τῶν ἔργων potest referri, ut τὰ ἔργα ipsas poenas a majoribus in proditores constitutas, de quibus ante commemoravit orator, respiciant: sed praestat τὰ ἔργα interpretari *maleficia*, τὰ ἀδικήματα: ἐνθυμεῖσθε — τῶν ἀδικημάτων ἀξίως. Cf. annot. nostr. ad §. 2. p. 75.

ἐν τῇ ψήφῳ i. q. ἐν τῷ ψηφίζεσθαι. Cf. Dem. de fals. leg. §. 239. κρύβδην ἐστὶν ἡ ψῆφος.

ὑμῖν αὐτοῖς. Exspectabas ἀλλήλοις: similiter nostrates mahnet euch selber an pro mahnet euch gegenseitig (einander) an. Vid. Meineke ad Menandr. frgm. 316. Schaefer. appar. ad Dem. V. p. 70. not. ad Aesop. Heusingeri p. 96. et quos supra citavi ad §. 80. p. 218.

ὅμοια ἐκείνοις καὶ ἀκόλουθα. Eadem adjectiva junguntur §. 120.

Διομωμόκατε ἐν τῷ ψηφίσματι τῷ Δημοφάντου. Διομνύναι est *sancte jurare* cf. Dem. de cor. §. 283. 286. praepositione διὰ vim verbi augente, sicut Latinorum *de* in *dejerare, deamare*. Ceterum de graeci verbi in jure Attico significatione adeas Meier. et Schoem. de ord. Jud. p. 624. 626. not. 10. — Demophanti *psephisma* ab Andocide *legis* nomine insignitur de myster. §. 96. ἀνάγνωθι τὸν νόμον τὸν ἐκ τῆς στήλης. Cf. commentar. nostr. p. 69.

κτείνειν — καὶ λόγῳ καὶ ἔργῳ καὶ χειρὶ καὶ ψήφῳ. Dissentit cum Lycurgo Andocides: hic enim in ea legis parte quae huc pertinet unum substantivum τῇ — χειρὶ habet, κτενῶ τῇ ἐμαυτοῦ χειρί, ἂν δυνατὸς ὦ, ὃς ἂν καταλύσῃ κτλ. Attamen in iis quae ad bona occisi spectant, haec leguntur: τὰ κτήματα τοῦ ἀποθανόντος πάντα ἀποδόμενος ἀποδώσω τὰ ἡμίσεα τῷ ἀποκτείναντι, καὶ λόγῳ καὶ ἔργῳ καὶ ψήφῳ, καὶ οὐκ ἀποστερήσω οὐδέν. Quamquam vix dubitari potest quin verba καὶ λόγῳ καὶ ἔργῳ καὶ ψήφῳ loco suo mota sint: id quod Valckenarius, Luzacius et Coraës viderunt. Cf. Sluiteri Lectt. Andocc. p. 93 sq. ed. Schill. et Corais annot. ad Lycurg. p. 77 sq. Itaque Andocidis locum in hunc modum, duce Lycurgo, constituas: κτενῶ τῇ ἐμαυτοῦ χειρί, ἂν δυνατὸς ὦ, καὶ λόγῳ καὶ ἔργῳ καὶ ψήφῳ, ὃς ἂν καταλύσῃ κτλ. Nam Coraëm qui verbis καὶ λόγῳ etc. alium locum assignat, haud audiendum esse intelliges quum Lycurgea cum viri docti conjecturis comparaveris. — Verba καὶ χειρὶ ab hoc loco tamquam glossema vv. καὶ ἔργῳ abjudicat Baiterus: Luzacius (apud Sluiterum) verba καὶ ἔργῳ

glossema sequentis καὶ χειρί esse suspicatus erat. Sauppius contra etiam Andocidis legi — verba enim haud trajecta esse credit — restituendum opinatur καὶ χειρί ante καὶ ψήφῳ. — Luzacius verbis καὶ ἔργῳ ejectis, λόγον de *oratione* ad populum, χεῖρα de *caede*, ψῆφον de *suffragio* intelligit: Bergmannus ad Isocr. Areopag. ap. Benseler. p. 384. verba χειρὶ et ψήφῳ ita inter se opposita esse vult, ut illud ad τὸ χειροτονεῖν hoc ad τὸ ψηφίζεσθαι referendum sit. Neutrius sententiam amplector: λόγῳ et ἔργῳ latissime hoc loco patent, χειρὶ et ψήφῳ ad mortem et *manu* et *suffragio* proditori inferendam spectant. Conf. Aeschin. de fals. leg. §. 115. τιμωρήσειν καὶ ποδὶ καὶ φωνῇ καὶ πάσῃ δυνάμει. in Ctesiph. §. 109. 120.

τῶν δὲ ὅρκων καὶ τῆς πίςεως ἣν δόντες — Pronomen οὓς quod singularis ἣν locum obtinet in codicibus ZB⁰, repudiandum esse non modo optimorum codicum consensus sed etiam sequens ταύτης δὲ demonstrat. Conf. Isocrat. de pace §. 20. ἣν δὲ τὴν εἰρήνην ποιησώμεθα —, μετὰ πολλῆς μὲν ἀσφαλείας τὴν πόλιν οἰκήσομεν, ἀπαλλαγέντες πολέμων καὶ κινδύνων καὶ ταραχῆς εἰς ἣν νῦν πρὸς ἀλλήλους καθέςαμεν. — De dictione ὅμηρον διδόναι v. annot. ad §. 117.

ὑμῶν utique praeferendum est scripturae ἡμῶν propter totius loci conformationem atque civium alloquutionem μὴ οἴεσθε κτλ.

ταύτης δὲ κτλ. Repetita post pronomen demonstrativum particula δὲ Taylorum adeo offendit ut δὴ scribendum opinaretur: quam particulam idem Taylorus atque alii viri docti haud semel in ejusmodi enuntiatis in voculae δὲ locum subtituerunt. Vide Schaefer. appar. ad Demosth. I. p. 472. et 491. Quae vox cum vi atque efficacia post pronomen demonstrativum iterata ad revocandam notionis praegressae cogitationem tantum abest ut ab Atticorum usu abhorreat, ut nihil hoc usu sit frequentius. Cf. Isocrat. Panegyr. §. 1. 63. de pace §. 55. 125. Busir. §. 2. 24. Panath. §. 133. 135. Dem. de Chersoneso §. 3. et exemplorum copiam congestam a Buttmanno in excurs. XII. ad Demosth. Midian. p. 147 sq. atque Stallbaumio ad Platon. Phaedon. p. 78. C. Hipp. Min. p. 364. E. Heindorf. ad Plat. Protag. p. 475. Schaefer. Melet. crit. p. 111. Werfer. Act. Phil. Monac. I. 1, p. 98 sq. De qua ratione disputat Hartungius de gr. l. particulis I. p. 172—178.

§. 128. Οὐ μόνον τοίνυν ἡ πόλις ὑμῶν οὕτως ἔσχε — ἀλλὰ καὶ Λακεδαιμόνιοι. Imperfectum εἶχε quod e deterioris notae codicibus adscivit Osannus nemo, opinor, desiderabit: neque articulum propter praecedentia ἡ πόλις ὑμῶν ante Λακεδαιμόνιοι reponendum esse cum Osanno atque Pinzgero quisquam censebit. Vid. Isocrat. oratt. ed. Bremi. p. 1.

excurs. IV. Conf. Dem. de fals. leg. §. 219. καὶ τοὺς συμμάχους ἀπολουμένους καὶ Θηβαίους ἰσχυροὺς γενησομένους. ib. §. 278. οὐ τὸ μὲν ψήφισμα Ἀθηναίοις καὶ τοῖς Ἀθηναίων συμμάχοις εἶναι κελεύει τὴν εἰρήνην —;

Καὶ μή μοι ἀχθεσθῆτε κτλ. Cf. §. 52.

καλὸν γάρ ἐςι πόλεως εὐνομουμένης περὶ τῶν δικαίων παραδείγματα λαμβάνειν. Reiskius genitivo πόλεως praepositionem παρὰ praeponi voluit: qua haud opus est. Neque Taylorus audiendus, qui pro περὶ conjecit παρὰ τ. δικαίων i. e. *Lacedaemoniis quorum justitia pervulgata fuerit.* — Ad sententiam conferas Dem. in Timocrat. §. 139. βούλομαι δ' ὑμῖν, — ἐν Λωκροῖς ὡς νομοθετοῦσι, διηγήσασθαι· οὐδὲν γὰρ χείρους ἔσεσθε παράδειγμα τι ἀκηκοότες, ἄλλως τε καὶ ᾧ πόλις εὐνομουμένη χρῆται. Aeschin. in Timarch. §. 180. ἀλλ' οὐ Λακεδαιμόνιοι· καλὸν δ' ἐστὶ καὶ τὰς ξενικὰς ἀρετὰς μιμεῖσθαι. — πόλεως εὐνομουμένης conf. Xenoph. de rep. Ath. I, 8. Oecon. IX. 13. Platon. Criton. p. 53. B. C.

ἀσφαλέςερον γὰρ ἕκαςος ὑμῶν τὴν δικαίαν καὶ τὴν εὔορκον ψῆφον θήσεται. Scriptura γὰρ ἂν — θῆται quam cum vett. edd. dederunt Heinrichius atque Blumius non potest defendi. Vid. annot. nostr. ad §. 63. p. 192. ad §. 76. p. 212. Bait. et Saupp. ad h. l. Ἂν particula quum a codicibus absit, unice probanda est Schaubii conjectura θήσεται. Ceterum vide annot. crit. — τὴν δικαίαν καὶ τὴν εὔορκον ψῆφον. Cf. Dem. in Mid. §. 24. δικαίαν καὶ εὔορκον θέσθαι τὴν ψῆφον. ib. §. 227. τὴν ὁσίαν καὶ δικαίαν θέμενοι ψῆφον (ubi vulg. ante Reisk. et in codd. t v καὶ τὴν δικαίαν). Din. in Demosth. §. 110. τὴν ὁσίαν καὶ δικαίαν φέρετε ψῆφον. Articulus τὴν post καὶ iteratus Heinrichio atque Blumio displicuit: mihi non item. Confer Demosth. de fals. leg. §. 311. τὴν ὁσίαν καὶ τὴν δικαίαν ψῆφον ὑπὲρ τῆς πατρίδος θέσθαι. Dinarch. in Aristog. §. 20. καὶ μὴ προδοῦναι τὴν θείαν καὶ τὴν εὔορκον ψῆφον (ubi pro τὴν θείαν legas cum Bekkero in Addend. p. 697. τὴν ὁσίαν: εὐθεῖαν enim quod Reiskius conjecit in cur. post. VIII. p. 455. contra morem adjiceretur substantivo ψῆφος. Vehementer autem Schmidtius errat, in vulgata acquiescens. „Eodem jure, inquit, quo ὁσία potest etiam ἡ ψῆφος dici θεία.") — Dem. de fals. leg. §. 280. τὸν Θρασυβούλου τοῦ δημοτικοῦ καὶ τοῦ ἀπὸ Φυλῆς καταγόντος τὸν δῆμον. Nonnulla exempla articuli post καὶ cum adjectivo repetiti ex Isocrateis attulit Benseler ad Isocrat. Areopag. p. 292. c. med.

Παυσανίαν κτλ. De re hic commemorata comparandi sunt Thucydides I. 130 sq. Diodor. Sic. XI. 44 sq. Pseudo Themist. ep. II. p. 15. Polyaen. VIII. 51. Tzetzes Chil. XII. Cornel. Nep. Pausan. c. 2 sq. Justin. II. 15.

προδιδόντα — λαβόντες. Cf. Lys. in Andocid. §. 26. *προδιδοὺς ληφθείς.* Demosth. adv. Lept. §. 139. *οὐχὶ πονηροὺς λαβόντες.* ib. §. 156. *τὰ δεινότατα ἐργαζόμενον ληφθῆναι.* Conf. commentar. nostr. p. 178.

τὸ τῆς Χαλκιοίκου ἱερόν. Templum Minervae Poliuchi s. Chalcioeci quae summa religione a Lacedaemoniis colebatur, (cf. Eurip. Troad. 1101. Helen. 227. ed. Matth. Aristoph. Lysistr. 1212. et 1228. ed. Both.) a Tyndaro inchoatum et multis annis post perfectum est a Lacedaemoniis. Cf. Suid. *Χαλκίοικος ἡ Ἀθηνᾶ ἐν Σπάρτῃ ἢ ὅτι χαλκοῦν οἶκον εἶχεν* — vid. Pausan. III. 17, 3. 6. X. 5, 10. — *ἢ διὰ τὸ τοὺς Χαλκιδεῖς ἐξ Εὐβοίας φυγάδας αὐτὸν κτίσαι.* Meurs. Miscell. Lacon. I. 3.

τὴν θύραν ἀποικοδομήσαντες. Dedi *ἀποικοδομήσαντες* pro vulgato *ἀνοικοδομήσαντες*: *ἀνοικοδομεῖν* enim nihil aliud est quam *instaurare.* Cf. Lycurg. §. 81. *καὶ τῶν ἱερῶν — οὐδὲν ἀνοικοδομήσω,* et Aristophan. Pac. 99. *τούς τε κοπρῶνας καὶ τὰς λαύρας καιναῖς πλίνθοισιν ἀνοικοδομεῖν καὶ τοὺς πρωκτοὺς ἐπικλείειν, recentibus lateribus instaurare cloacas:* quamquam scholiastes (qui *ἀποικοδομεῖν* videtur legisse) aliter rem accipit. *Τοὺς ὑπαροὺς οὖν τόπους,* inquit, *ἀποφράξαι παρακελεύεται καὶ τοὺς κοπρῶνας.* Contra *ἀποικοδομεῖν* est *occludere, obstruere.* Cf. Demosth. adv. Callicl. §. 5. *ἀποικοδομεῖς τὴν χαράδραν;* ib. §. 20. *εἰ Καλλικλῆς μὲν — ἁμαξιαίους λίθους προσκομίσας ἀποικοδομεῖ κτλ.* atque ejusdem orationis argument. v. 6. *χαράδραν — ἀποικοδομηθεῖσαν.* v. 8. *ἀποικοδομηθῆναι τὴν χαράδραν.* Thucyd. 7, 73. *τὰς δὲ ὁδοὺς ἀποικοδομῆσαι.* Apollodor. II. 5, 1. *ἀπῳκοδόμησεν εἴσοδον* (ubi olim vulgabatur *ἀνῳκοδόμησεν* vid. Ducker. ad Thucyd. 3, 81.) Adde Scholiastas atque Lexicographos Harpocrationem v. *ἀποικοδομεῖς ἀντὶ τοῦ ἀποφράττεις κτλ.* Suid. h. v. Zonar. c. 273. extr. Anecdott. Bekk. p. 428, 7. Schol. in Thucyd. 7, 73. — Ipse Thucydides in Pausaniae historia utitur verbo *ἀποικοδομεῖν.* I. 134. *καὶ τὰς θύρας — ἀπῳκοδόμησαν.* Polyaenus VIII. 51. *καὶ τὸν προδότην ἐναποικοδομήσαντες διέφθειραν.* Diodorus XI. 45. *ἐνοικοδομῆσαι τὴν εἴσοδον.* Quamquam apud Pseudo Themist. II. p. 15. legitur *ἀνοικοδομήσαντες τὴν εἴσοδον καὶ ἀνελόντες τὴν ὀροφήν,* ubi peccatum est in utroque verbo. Lege *ἀποικοδομήσαντες* et *ἀφελόντες.* Frequens autem in codicibus est syllabarum $\overline{\alpha\nu}$ et $\overline{\alpha\pi}$ permutatio: vid. Bast. comment. palaeogr. p. 747. et Bast. atque Schaefer. in Addend. p. 922. — Ii qui cum Reiskio defendunt vulgatam verbum *ἀνοικοδομεῖν* interpretantur: *humo aggesta, saxis, tignis, opere caementitio portam et fenestram quamque obstruere.* Cf. Abresch. Dilucidat. Thucyd. p. 355. Gottleber. et Poppo ad Thucyd. I. 134.

τὴν ὀροφὴν ἀποσκευάσαντες. Thucyd. I. 1. τὸν ὄροφον ἀφεῖλον. Etenim utramque formam Attici agnoscunt: ὄροφος praebet Aeschyl. Suppl. 588. Aristophan. Lysistr. 229. Both. ὀροφὴ Thucyd. 3, 68. Aristophan. Vesp. 1178. Nubb. 173. Vide Schol. in Aristoph. Nubb. 173. Wasse. ad Thucyd. I. 134. Temere Scaliger pro ἀποσκευάσαντες conjecit ἐπισκευάσαντες.

πρὶν ἢ τῷ λιμῷ ἀπέκτειναν. Πρὶν ἤ haud frequentis usus sunt voculae: veteres Attici ab harum particularum copulatione prorsus abstinuerunt. Vid. Dindorf. ad Aristoph. Comment. T. VI. p. 604. Praefat. ad Isocrat. oratt. p. V. et Praefat. ad Demosth. p. IV. Exempla nonnulla congessit Vigerus p. 442. quamquam exemplum e Demosthenis Leptinea allatum (p. 486. Reisk.) χρῆν τοίνυν Λεπτίνην μὴ πρότερον τιθέναι τὸν ἑαυτοῦ νόμον πρὶν ἢ τὸν παλαιὸν τοῦτον ἔλυσε huc minime pertinent: etenim neque codices neque editiones illud ἤ agnoscunt. Vide Schaefer. appar. ad Demosth. III. p. 199. Exemplis a Vigero allatis adde Herod. I. 19. IV. 196. Platon. Timae. p. 57. Articulus autem ante λιμῷ positus nihil offensionis habet, etsi haud necessarius est. Cf. Thucyd. l. l. ἐξεπολιόρκησαν λιμῷ. Diodor. l. l. καὶ — συναναγκάσαι τὸν Παυσανίαν λιμῷ καταστρέψαι τὸν βίον. Lucian. Philopseud. c. 4. λιμῷ — διαφθαρῆναι. Contra Thucyd. I. 126. καί τινες καὶ ἀπέθνησκον ὑπὸ τοῦ λιμοῦ. Xenophon. Anab. 1, 5, 5. πολλὰ τῶν ὑποζυγίων ἀπώλετο ὑπὸ τοῦ λιμοῦ (ubi Schneidero displicuit articulus), 7, 4, 5. καὶ ἀπολοῦνται τῷ λιμῷ. Demosth. adv. Aphob. I. §. 63. τῷ λιμῷ περιεῖδον ἀπολόμενον. adv. Leptin. §. 42. τοῦ μὴ τῷ λιμῷ πάντας αὐτοὺς ἀποθανεῖν.

§. 129. πᾶσιν ἐπίσημον ἐποίησαν τὴν τιμωρίαν ὅτι οὐδ' αἱ παρὰ τῶν θεῶν ἐπικουρίαι τοῖς προδόταις βοηθοῦσιν. Locum minime corruptum variis modis tentarunt viri docti atque vexarunt. Reiskius nonnulla intercidisse opinatus proposuit τὴν τιμωρίαν ἐπιθέντες δῆλον ἐποίησαν κτλ.: alia alii commenti sunt. Vid. annot. crit. Tu cave ne temere amplectaris doctorum conjecturas pro scriptoris verbis: optime enim procedit oratio. Ἐπίσημον adjectivum est, non substantivum: id quod Sauppio placuit. Tuetur illam struendi rationem et Platonicus locus ab ipso Sauppio allatus, Criton. p. 44. D. αὐτὰ δὲ δῆλα τὰ παρόντα νυνὶ ὅτι οἷοί τ' εἰσὶν οἱ πολλοὶ οὐ τὰ σμικρότατα τῶν κακῶν ἐξεργάζεσθαι, et Aristophan. Thesmophor. 643. Both.

αὐτῶν ὅταν ληφθῇ τις ἀνόσια δρῶν
πᾶσιν ἐμφανὴς ὁρᾶν ἔσται γυναιξὶ καὶ βροτοῖς,
ὅτι τὰ παράνομα θεὸς ἀποτίνεται.

οὐδὲν γὰρ πρότερον ἀδικοῦσυν ἢ —. Alii vocem πρότερον, alii verbum ἀδικοῦσιν in mendo cubare opinati sunt. Vid. annot. crit. Neque tamen quidquam mutandum esse puto. Cf. annot. ad §. 92.

περὶ τοὺς θεοὺς ἀσεβοῦσι. Cf. Antiphont. Tetralog. III. 1. §. 2. ἀσεβεῖ μὲν περὶ τοὺς θεούς. ib. §. 7. περὶ τὸν θεὸν ἀσεβοῦσι. Vide annotat. ad §. 76.

τῶν πατρίων νομίμων αὐτοὺς ἀποστεροῦντες. Αὐτοὺς pro αὑτοὺς, quod plane sensu caret, Schulzius scribendum esse vidit: πατρίων autem cum Sauppio pro πατρῴων rescripsi. Cf. §. 59. οὗτος δὲ καὶ τοὺς τετελευτηκότας καὶ τὰ ἐν τῇ χώρᾳ ἱερὰ τῶν πατρίων νομίμων ἀποστερῶν. §. 97. τοὺς μὲν γὰρ θεοὺς τὰς πατρίους τιμὰς ἀπεστέρηκε.

Μέγιστον δὲ τῶν ἐκεῖ γεγενημένων τεκμήριον κτλ. Pinzgerus: der stärkste Beweis unter allem was dort geschehen ist Folgendes: sed recte Thurotus: *la preuve la plus frappante de l'état des choses dans ce pays.*

νόμον — διαῤῥήδην λέγοντα. Cf. Demosth. in Philipp. III. §. 42. τί οὖν λέγει τὰ γράμματα; ib. §. 44. ἀλλ' οὐ τοῦτο λέγει —. τοῦτο δὴ λέγει. Aeschin. de fals. leg. §. 60. ἀνάγνωθι δὴ καὶ τὸ τῶν συμμάχων δόγμα τί λέγει. Aristophan. Equitt. 128. ὁ χρησμὸς ἄντικρυς λέγει —. Lysistr. 720. λέγ' αὐτὸν (τὸν χρησμὸν) ἡμῖν, ὅτι λέγει. — Dem. adv. Macartat. §. 72. καὶ ἃ διαῤῥήδην ἀπαγορεύουσιν οἱ νόμοι μὴ ποιεῖν. adv. Spud. §. 7. νόμος ὃς οὐκ ἔᾳ διαῤῥήδην — εἶναι δίκας. Verbum λέγειν *jubendi* notionem continens praesentis infinitivum h. l. adsciscit: vide commentar. nostr. p. 69. et 105. Demosth. in Phil. III. §. 44. τοῦτο δὴ λέγει, καθαρὸν τὸν τούτων τινὰ ἀποκτείναντα εἶναι.

εἰς αὐτὸ τοῦτο τὴν τιμωρίαν τάξαντες εἰς ὃ μάλιστα φοβούμενοι τυγχάνουσι. Dictio τὴν τιμωρίαν τάσσειν εἴς τι Heinrichio displicuit: quae etsi exemplis careat, tamen non temere rejicienda est. Similiter nostrates dicunt: die Strafe in etwas setzen. Praepositio autem ante pronomen relativum iterata est ex more oratorum quem exemplis illustrarunt Bekkerus oratt. Attic. V. p. 696. Baiterus Praefat. ad Isocrat. Panegyr. p. XVIII. Bernhardy. Synt. p. 203. Neque enim Sauppio assentior, qui *Sophoclis* locis Oed. Tyrann. 980. σὺ δ' εἰς τὰ μητρὸς μὴ φοβοῦ νυμφεύματα et Trachin. 1211. ἀλλ' εἰ φοβεῖ πρὸς τοῦτο τἄλλα γ' ἔργασαι, usus, aliam explicationem admittere Lycurgi locum contendit.

τὴν ἐκ τοῦ πολέμου σωτηρίαν. Cf. §. 2. σωθῆναι ἐκ τοῦ κινδύνου. §. 17. 143.

τὴν — σωτηρίαν ὑπεύθυνον κινδύνῳ ἐποίησαν μετ' αἰσχύνης. Ὑπεύθυνος proprie is est qui magistratus

(ἀρχῆς) gesti rationem reddere debet, rechenschaftspflichtig. Vide Hermann. gr. Staatsalterth. p. 296 sq. Qua voce saepissime figurate utuntur oratores pro *subjectus, obnoxius.* Cf. Lycurg. §. 148. ὑπεύθυνος — τῇ παρὰ τῶν θεῶν τιμωρίᾳ. Demosth. de cor. §. 189. δίδωσιν αὐτὸν ὑπεύθυνον τοῖς πεισθεῖσι, τῇ τύχῃ, τοῖς καιροῖς, τῷ βουλομένῳ. — Verba μετ' αἰσχύνης cur secluserit Heinrichius non video: dicit orator non modo periculum sed etiam ignominiam ignavis esse parata.

οὐ λόγον ἀναπόδεικτον εἴρηκα ἀλλὰ μετ' ἀληθείας παραδείγματα. Similiter Dionysius Halic. de Thucyd. jud. 43, 2. ἵνα δὲ μὴ δόξῃ τις φάσεις ἀναποδείκτους με λέγειν —. id. de Isaeo jud. 16. μή τις ἀναπόδεικτα δόξῃ λέγειν ἡμᾶς. Cf. Krüger. ad Dionys. p. 188. — μετ' ἀληθείας παραδείγματα i. q. ἀληθῆ, vera, non ficta exempla. Cf. supra §. 125. πειραθέντες μετὰ ἀληθείας. Pro μετ' ἀληθείας poterat adhibere ὡς ἀληθῶς, velut Platon. Gorg. 512. E. τόν γε ὡς ἀληθῶς ἄνδρα.

φέρε αὐτοῖς τὸν νόμον. Reiskius orationem hiare opinatus, verbum ἀναγίνωσκε interponi jussit: quem virum oratorum consuetudinem haud meminisse miror. Suum enim casum assumit saepenumero in hujusmodi cohortationibus verbum φέρε. Demosth. de cor. §. 73. φέρε δὲ αὐτὰ τὰ ψηφίσματα καὶ τὴν ἐπιςολὴν — καὶ λέγε ἐφεξῆς. ib. §. 106. φέρε δὴ καὶ τὸν καλὸν κατάλογον. — φέρε δὴ παρὰ τοῦτον τὸν ἐκ τοῦ ἐμοῦ νόμου κατάλογον. ib. §. 179. καί μοι φέρε τὸ ψήφισμα τὸ τότε γενόμενον. de fals. leg. §. 61. φέρε δή μοι καὶ τὴν συμμαχίαν τὴν τῶν Φωκέων καὶ τὰ δόγματα. Vide Schaefer. appar. ad Dem. II. p. 111.

§. 130. Ἐνθυμεῖσθε δή. Δὴ particula in optimis codicibus est: reliqui habent δέ. Quas particulas a librariis non semel confusas esse notum est. Vid. Jacobs. ad Achill. Tat. p. 738. Schoemann. ad Isae. p. 324. De particulae δή imperativo subjectae significatu consulendus est Hartungius de gr. l. partt. I. p. 284.

ὁ γὰρ παρὰ τῶν πολιτῶν φόβος i. e. metus quem injiciunt cives, ὁ φόβος ὃν παρέχουσι αὐτοῖς οἱ πολῖται. Eodem modo Isaeus de Cleonym. her. §. 39. ἡ παρ' ὑμῶν αἰσχύνη *pudor quo vestri de nobis judicii reputatio nos perfunderet.* Vid. Schoemann. Commentar. p. 139., qui nostri loci memor est. Similiter Xenoph. Cyrop. 3, 3, 53. τοῖ ἀπὸ τῶν πολεμίων φόβου. ib. 6, 3, 28. πλείω φόβον παρέχειν τοῖς κακοῖς τοῦ ἀπὸ τῶν πολεμίων. cf. Anab. 7, 2, 37. Hiero. 10, 3. atque Anab. 1, 2, 18. τὸν ἐκ τῶν Ἑλλήνων εἰς τοὺς βαρβάρους φόβον. Vid. Schaefer. Melett. p. 84.

ἀναγκάσει. Exspectabas praesens tempus: sed futu-

rum indicat idoneum esse hunc metum ad cogendum etc., diese Furcht vermag zu zwingen, ist fähig zu zw. Vid. p. 81.

τοὺς πρὸς τοὺς πολεμίους κινδύνους. Similiter infra *τὸν πρὸς τοὺς πολεμίους, τὸν πρὸς τοὺς νόμους καὶ τοὺς πολίτας* (*κίνδυνον*). Isocrat. Panegyr. §. 65. *τῶν πρὸς Εὐρυσθέα κινδύνων.* Plenius loquitur Demosthenes adv. Polycl. §. 21. *καὶ κινδύνους ὅσους ἐκινδύνευσα αὐτὸς πρός τε χειμῶνας καὶ πρὸς πολεμίους.*

φιλοψυχήσει. Cf. Tyrtaei frgm. §. 107. v. 18. Platon. Gorg. p. 512. E. Demosth. or. funebr. §. 28. Blumius excitat Bekker. Anecdd. 71. extr.

εἰδὼς ὑποκειμένην αὐτῷ τιμωρίαν; Loquutionem *ὑπόκειται τιμωρία* ab Atticis scriptoribus (*τοῖς δοκίμοις*) abjudicans Coraës hic et infra praepositionem *ὑπο* — cum *ἐπι* — commutavit: immemor ille quidem loci Demosthenici adv. Phorm. §. 19. *παρ' ὑμῖν μὲν γὰρ ὀργὴ μεγάλη καὶ τιμωρία ὑπόκειται τοῖς τὰ ψευδῆ μαρτυροῦσι.* Osannus e cod. Z *τὴν τιμωρίαν* recepit: quod si praestantiores codices offerrent aequo animo ferrem. Conf. Foertsch. obss. critt. in Lys. oratt. p. 54 sq. Temere autem Reiskius *τὴν μεγίζην τιμωρίαν* conjecit. — Pronomen *αὐτῷ* quod et codices Bekkeri praebere persuasum habeo et loci sententia flagitat, Blumius tamquam e librariorum lapsu ortum posthabuit veterum editionum scripturae *αὐτῷ*: quam explicavit *τῷ φιλοψυχεῖν.*

οὐδεμίαν γὰρ ἄλλην δεῖ ζημίαν εἶναι τῆς δειλίας ἢ θάνατον. Quum ab antiquis exemplaribus abesset verbum *δεῖ* quod cod. A. suppeditat, viri docti aut e sequenti *εἰδότες* infinitivum suspensum esse voluerunt, corrigendo ii quidem sollicitantes verba *γὰρ ὅτι*, quibus substituerunt *καὶ ὅτι*, aut e praecedenti *εἰδὼς* aptum esse hunc modum crediderunt. Vid. annot. crit. Neutrum placet: altera enim ratio temeraria, altera impeditior est. Heinrichius verba *εἰδὼς — θάνατον* tamquam spuria a reliquis seclusit. Sed addito *δεῖ* jam plana sunt omnia: interponuntur enim haec verba quibus accuratius definiatur atque inculcetur poenae modus quem supra indicavit orator verbis *τίς γὰρ ὁρῶν θανάτῳ ζημιούμενον* —, es mufs nemlich keine andre Strafe für die Feigheit geben als den Tod, vel es versteht sich aber dafs es keine andere Strafe geben mufs. Quamquam Baiterus aegre ferens *γὰρ* illud, suasit *οὐδεμίαν ἄρ' ἄλλην*: loci enim sententiam ita constituit. „Si quis intellexerit morte damnari proditores, patriam profecto non deseret. Nulla igitur alia timiditatis poena esse debet quam mors." Quam ratiocinationem quominus tribuam oratori obstant verba *ἢ τίς παρὰ τὸ συμφέρον τῆς πόλεως φιλοψυχήσει εἰδὼς ὑποκειμένην*

αὐτῷ τιμωρίαν; Opus erat verbis ταύτην τὴν τιμωρίαν, vel τὴν μεγίςην, τὴν ἐσχάτην τιμωρίαν. — Ceterum ad sententiam compara Aeschin. in Ctesiph. §. 175. εἰσὶ γὰρ καὶ δειλίας γραφαὶ — ἵν' ἕκαςος ἡμῶν τὰς ἐκ τῶν νόμων ζημίας φοβούμενος μᾶλλον ἢ τοὺς πολεμίους ἀμείνων ἀγωνιςὴς ὑπὲρ τῆς πατρίδος ὑπάρχῃ.

§. 131. Τοσούτῳ δ' ἂν δικαιότερον —, ὅσον —. Cf. §. 116. τοσοῦτον ἔσεσθε — χείρους ὅσον —. Dem. de cor. §. 197. τοσοῦτον γὰρ ἀμείνων ἐγὼ σοῦ πολίτης γέγονα —, ὅσον —. ad quem locum, quum codices nonnulli praeberent τοσούτῳ, Schaeferus in appar. ad Dem. II. p. 267. annotavit: *'utrum praestet docet* ὅσον. Qui vir doctissimus vereor ne h. l. praeferendam ducat nonnullorum librorum scripturam τοσοῦτο vel τοσοῦτον. Sed utrumque recte dicitur: conf. Isocrat. ad Demon. §. 4. τοσούτῳ μᾶλλον ἐκείνων τοὺς ἀκούοντας ὠφελοῦσιν, ὅσον οἱ μὲν —.

ἥκουσιν ὡς — μαχούμενοι ἢ — συνατυχοῦντες. Utriusque participii quum eadem sit ratio, συνατυχοῦντες pro futuro habeas oportet. Ὡς autem participiis praemissum abesse poterat: quamquam cum codice Z haud rejecerim particulam. Cf. Matth. gr. gr. §. 568. p. 1123. Rost. gr. gr. p. 671. et Bernhardy. Synt. p. 475. 476.

κοινῇ μετὰ τῶν ἄλλων — συνατυχοῦντες. Creberrime verba cum praepositione σὺν composita cum substantivis construuntur adjecta praepositione μετά. Cf. Aristophan. Ecclesiaz. 1190. ξυνεισπεσοῦμαι γὰρ μετὰ σοῦ. Dem. de cor. §. 229. μετὰ Φιλίππου συνεμβαλεῖν. ib. §. 230. συμπολεμεῖν τοὺς Βυζαντίους μεθ' ἡμῶν. in Mid. §. 127. τοὺς συνεξεταζομένους μετὰ τούτου. in Olympiodor. §. 43. εἰ μὴ μετὰ σοῦ κοινῇ συνηγωνιζόμην. Alia hoc genus vide apud Lobeck. ad Phrynich. p. 354. Wurm. Commentar. in Dinarch. p. 133.

ἔφυγεν — ποριζόμενος. Participium praesentis verbis *eundi* subjunctum *de conatu* potest intelligi, ut pro futuro positum videatur. Cf. Hermann. et Elmslei. ad Euripid. Med. 1024. Bornemann. ad Xenoph. Anab. 7, 7, 17. — Bernhardy. Synt. p. 370. Neque tamen h. l. conatus notio oratori videtur obversata esse: er floh sich allein Rettung gewährend.

οὐδὲ ὑπὲρ τῆς ἰδίας ἑςίας ἀμύνεσθαι τολμήσας ἀλλὰ — προδέδωκεν. De verbi ἀμύνεσθαι structura vid. §. 103. Transitus autem a participio in modum finitum nihil duri habet: confer exempla quae excitavi p. 108. Adde Matthiae. gr. gr. p. 1300 sq. Fritsch. Quaestion. Lucian. p. 112. Jacobitz. ad Lucian. Toxar. p. 101.

μόνος οὗτος. Vocabulum οὗτος praecedente eodem pro-

nomine οὗτοσὶ δὲ — incommode repetitum esse Ernestius censuit atque deleri jussit: A. G. Beckerus pro μόνος οὗτος scribendum μόνος αὐτὸς suspicatus est. Neutrum probo. Neque enim abhorret ab oratorum consuetudine pronominis demonstrativi iteratio, quod vi sua non caret quando de adversario loquuntur. Conf. Lys. de vulner. praemed. §. 16. ἔτι δὲ τοὺς μὲν τούτου οἰκέτας ἰδίους ὄντας τούτου εἰ ἐβασανίζομεν, ἀνοήτως ἄν τι τούτῳ χαριζόμενοι — ἐμοῦ κατεψεύσαντο. in Andocid. §. 3. δίκαιον οὖν μοι δοκεῖ εἶναι — μὴ μόνον τοὺς τούτου φίλους ὑπὸ τούτου καὶ τῶν τούτου λόγων ἀπόλλυσθαι, ἀλλὰ καὶ αὐτὸν τοῦτον ὑφ' ἑτέρου. Vide Foertsch. obss. critt. in Lys. oratt. p. 68 sq. Alia dabit Stallbaum. ad Platon. de rep. III. p. 391. D.

τῶν πάντων ἀνθρώπων. Vid. Bernhardy. Synt. p. 320.

τὰ τῆς φύσεως οἰκεῖα καὶ ἀναγκαῖα: die Bande der Natur hat er verrathen. Conf. Demosth. in Stephan. I. §. 53. δεινὸν μὲν γάρ ἐστιν εἰ καὶ καθ' ὅτου τις οὖν τὰ ψευδῆ ματρυρεῖ, πολλῷ δὲ δεινότερον — εἰ κατὰ τῶν συγγενῶν· οὐ γὰρ τοὺς γεγραμμένους νόμους ὁ τοιοῦτος ἄνθρωπος μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ τῆς φύσεως οἰκεῖα ἀναιρεῖ. ib. §. 54. καὶ περὶ πλείονος ἐποιήσατο τὸν Φορμίωνος πλοῦτον ἢ τὰ τῆς συγγενείας ἀναγκαῖα. Cf. Passov. lex. v. ἀναγκαῖος.

ἃ — μέγιστα καὶ σπουδαιότατα διείληπται. Σπουδαιότατα i. q. ἃ μάλιστα σπουδῆς ἄξιά ἐστιν. Plato. de rep. I. p. 333. E. οὐκ ἂν οὖν, ὦ φίλε, πάνυ γέ τι σουδαῖον εἴη ἡ δικαιοσύνη, εἰ πρὸς τὰ ἄχρηστα χρήσιμον ὂν τυγχάνει. — διείληπτει accipitur, habetur. Hesych. διειληφότες ἀντὶ τοῦ νομίσαντες.

§. 132. Τὰ γοῦν ζῶα τὰ πετεινὰ μάλιστα πέφυκε πρὸς τάχος, ἃ ἔστιν ἰδεῖν κτλ. Vis adversativa quae inest pronomini relativo, non animadversa virorum doctorum conjecturas peperit, quas exhibui in annotatione critica. Quod genus tetigi in Commentar. p. 110. Neque Latini hoc idioma aspernantur, de quo exposuit Ramshorn. gr. lat. p. 568 sq. — Articulus autem ante πετεινὰ etsi codicibus deest tamen cum veteribus editionibus in ordinem recipiendus est: quamquam sequior graecitas articuli omissionem ante adjectivum secundo loco positum frequentat. Vide Bremi. ad Demosth. adv. Aphob. de fals. testim. §. 12. Bernhardy. Synt. p. 323. — γοῦν zum Beispiel v. §. 71. 86. 104. — πετεινά. Notetur Thomae Mag. error, πτηνὸν λέγε· τὸ δὲ πετεινὸν ἀδόκιμον. Conf. Schneider. ad Xenoph. Cyrop. I. 6, 39. p. 99. — μάλιστα πέφυκε πρὸς τάχος. Cod. A. articulum inserit, μ. π. πρὸς τὸ τάχος, quem in hac constructione solent omittere. Xenoph. Memor. 4, 1, 2. οὐ τῶν τὰ σώματα πρὸς ὥραν ἀλλὰ τῶν τὰς ψυχὰς πρὸς ἀρετὴν εὖ πεφυκότων ἐφιέμενος. Isocrat. in

Soph. §. 21. τοῖς κακῶς πεφυκόσι πρὸς ἀρετήν. de permut. §. 187. πρὸς ταῦτα πεφυκέναι καλῶς. ib. §. 274. τοῖς κακῶς πεφυκόσι πρὸς ἀρετήν. ib. §. 284. τοὺς ἄριστα πρὸς ἀρετὴν πεφυκότας. Platon. Charmid. p. 158. B. εἰ δὲ δὴ καὶ πρὸς σωφροσύνην — ἱκανῶς πέφυκας.

τῶν ποιητῶν τινὲς εἰρήκασιν. Valckenarius ad Herod. 8, 109. Sophocli hos versiculos assignat. Vid. §. 92.

ἣν πλάσῃ δόμον. Cf. Herod. loc. laud. καί τις οἰκίην ἀναπλασάσθω, *unusquisque reficiat aedes suas.*

ἄλλῃ i. e. alio loco, ἐν ἀλλοτρίᾳ νεοττιᾷ. Coraës ἄλλην malit, ut sensus sit ἀλλοτρίαν ὀρνίθα οὐκ εἴασε τεκεῖν νεοττοὺς ἐν τῇ ἑαυτῆς νεοττιᾷ. Cui conjecturae favent et praegressa ἃ ἔστιν ἰδεῖν ὑπὲρ τῆς αὐτῶν νεοττιᾶς ἐθέλοντα ἀποθνήσκειν, et sequentia τὴν πατρίδα τοῖς πολεμίοις κατέλιπε. Quamquam vulgata ferri potest: *nidum non deserunt.*

ἠξίωσεν. Vid. Matthiae. gr. gr. §. 502. p. 954.

τοσοῦτον ὑπερβέβληκε δειλίᾳ. Ὑπερβάλλειν τινός τινι, *praestare alicui aliqua re,* vulgaris est verborum constructio. Vide Matth. gr. gr. §. 358. Platon. Gorg. p. 475 A. sq. sed omissa quoque persona cui praestet aliquis ὑπερβάλλειν τινί adhibent, i. e. *praestare aliqua re, excellere, modum excedere in aliqua re.* Isocrat. Areopag. §. 72. τῶν ὑπερβαλλόντων ταῖς πονηρίαις. Dem. adv. Phaenipp. §. 13. ὑπερβάλλοντα συκοφαντίᾳ.

§. 133. οὐδεμία πόλις αὐτὸν εἴασε παρ' αὐτῇ μετοικεῖν ἀλλὰ — ἤλαυνεν. E praegresso οὐδεμία ad ἀλλὰ intelligas πᾶσα, ἑκάστη. Quod loquendi genus et Graeci et Latini agnoscunt. Platon. Sympos. p. 192. E. ταῦτα ἀκούσας οὐδ' ἂν εἷς ἐξαρνηθείη —, ἀλλ' ἀτεχνῶς οἵοιτ' ἂν ἀκηκοέναι κτλ. de rep. II. p. 366. D. τῶν γε ἄλλων οὐδεὶς ἑκὼν δίκαιος, ἀλλ' ὑπὸ ἀνανδρίας — ψέγει τὸ ἀδικεῖν κτλ. Conf. exempla a Stallbaumio congesta ad Platon. de rep. II. p. 366. D. et Phaedr. p. 260. D. et de Latinorum usu Interpp. ad Horat. Serm. I, 1, 1. Heindorf. ad Cic. de Nat. Deor. I, 7. Ramshorn. gr. lat. p. 686. — Tempora autem diversa aoristum atque imperfectum h. l. copulat orator ut supra §. 65. Vid. comment. nostr. p. 194. — παρ' αὐτῇ μετοικεῖν lieſs ihn bei sich als Schutzbürger wohnen. Praepositiones παρά, bei indicant in *civitatis* nomine latere ipsorum *civium* notionem.

τῶν ἀνδροφόνων. De vocis ἀνδροφόνος significatu adeas Demosth. in Aristocrat. §. 29 sq. Sed confer etiam Heffter. Athen. Gerichtsverf. p. 206 sq.

οἱ — φόνου φεύγοντες, Thurot. *ceux qui s'exilent par suite d'un meutre* i. q. οἱ ἐπὶ φόνῳ φεύγοντες Dem. in Ari-

stocr. §. 31. Cf. Andocid. de myster. §. 78. De verborum structura vid. Matth. gr. gr. p. 683. Bernhardy. Synt. p. 178.

τοὺς ὑποδεξαμένους recte codices: i. e. *qui eos receperunt* non *qui eos recepturi sunt*, *τοὺς ὑποδεξομένους*.

ὑπὲρ τῆς αὐτοῦ πατρίδος οὐκ ἐβοήθησε. Thom. Mag. p. 61. ed. Ritsch. *βοηθεῖ μὲν ὁ συνών τινι, ἐπικουρεῖ δὲ ὁ ἔξωθεν εἰς βοήθειαν ἥκων· καὶ συμμαχεῖ δὲ ὁ αὐτόθεν, ὑπερμαχεῖ δὲ ὁ ἀδυνατῷ χρησιμεύων, ἀμύνει δὲ ὁ ὑπὲρ τοῦ πεπονθότος κακῶς τῷ δεδρακότι μαχόμενος. πάντα δὲ ταῦτα καὶ ἀντὶ τοῦ βοηθεῖν ἁπλῶς λαμβάνεται.* Similia Ammonius tradit. p. 31. Cf. Krüger. Indic. ad Dionys. Historiogr. v. *βοηθεῖν*. Plerumque huic verbo adjicitur tertius casus: cf. Indd. Dem. h. v. sed construitur etiam cum praepositionibus *ἐπί*, *εἴς τινα*, de qua structura consulas interpretes ad Thucyd. I, 107. VIII, 15. *Βοηθεῖν ἐπί τινα τόπον* (ad defendendum) exstat ap. Xenophont. Cyrop. I, 6, 18. *βοηθήσαντες πρὸς τοὺς αὐτῶν ψιλούς* Xenoph. Hellen. I. 2, 3. Loquutionis *βοηθεῖν ὑπέρ τινος* ratio in aperto est: cf. *ἀμύνεσθαι ὑπέρ τινος*. §. 131. Demosth. de cor. §. 299.

ταχύ γε ἂν — ὑπομείνειε. Γὲ particula in ironia locum habet: Dem. in Timocrat. §. 106. *ὅμοιός γε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, Σόλων νομοθέτης καὶ Τιμοκράτης.* in Stephan. I. §. 56. *ὅμοιός γε ὁ Δεινίας, ὦ ἄνδρες δικαςαί, τούτῳ, ὃς — οὐδὲ τἀληθῆ μαρτυρεῖν ἐθέλει.* Platon. Gorg. p. 470. C. (quem locum citat Blumius) *χαλεπόν γέ σε ἔλέγξαι.* Ad quae verba schol. *κατ' εἰρωνείαν τοῦτό φησιν, ὡς δηλοῦ τὸ ἐπαγόμενον.* Eadem est *γὲ* particulae vis in formula *ταχύ γε*. Conf. Dem. in Mid. §. 209. *ταχύ γ' ἂν χαρίσαιντο, οὐ γάρ;* in Aristogit. I. §. 95. *ὃς γάρ, οἷς ὁ δῆμος ἅπας τοὺς ἐνοχλοῦντας ἑαυτὸν νουθετεῖ θορύβοις μηδὲ πώποθ' ὑπεῖξε μηδὲ διετράπη, ταχύ γ' ἂν φροντίσειε τοῦ παρ' ἑνὸς λόγου.* Vid. Buttmann. ad Dem. Mid. 57. not. 2. Schaefer. appar. ad Dem. III. p. 484. Blumius ad h. l.

οἳ — μεθέξουσιν, ἐν δὲ ταῖς ἀτυχίαις οὐδὲ βοηθείας ἀξιώσουσι. De futuri temporis potestate exposui in annot. p. 144. Blumius *οὐδὲ* h. l. *non item*, nicht auch designare contendit atque ad genitivum *βοηθείας* tacita cogitatione repetit *μετέχειν*. Haud assentior. Vid. Hartung. de gr. l. partt. I. p. 204 sq. *οὐδὲ* est *ne — quidem:* ad verbum *ἀξιώσουσι* intellige *αὐτὴν*. Vid. Viger. p. 171. not. im Unglück aber sie nicht einmal der Hülfe werth achten.

§. 134. *τῶν πώποτε προδοτῶν.* Cf. Bernhardy. Synt. p. 323.

μέλλοντες ἀδικεῖν, ὅταν μὴ ληφθῶσι, τιμωρίαν ὑπέχουσιν. Verba *ὅταν μὴ ληφθῶσι* offenderunt editores, quorum conjecturas dedi in annotatione critica. Conf. Corais

annot. ad h. l. p. 80. *ὅταν μὴ ληφθῶσι· ὅ τινες τρέπειν εἰς τὸ ὅταν μὲν ληφθῶσι, ἕτεροι δὲ εἰς τὸ ὅταν ληφθῶσι παρήνουν, τὸ ἄτοπον τῆς ἀπαγορεύσεως συνεωρακότες ἑκάτεροι. Ἐν δὲ τῇ ἡμετέρᾳ διορθώσει (ὅταν μὴ φθῶσι) ἀναγκαία γίνεται ἡ ἀπαγόρευσις· ὁ γὰρ νοῦς· οἱ μὲν ἄλλοι προδόται, μέλλοντες ἀδικεῖν, καὶ πρὶν φθάσωσιν, ἢ κἂν μὴ φθάσωσιν ἀδικήσαντες, κολάζονται ἄκριτοι· ὁ δὲ Λεωκράτης κτλ.* Equidem in vulgata acquiesco: neque tamen Baiteri atque Sauppii rationem amplector, qui hanc sententiam oratoris verbis inesse statuunt: „alii enim proditores ita poenam subeunt, ut nondum urbem prodiderint sed prodituri essent *si non* prehenderentur." Nusquam enim particulae *ὅταν μὴ* pro *εἰ μὴ* positae reperiuntur: quamquam *ὅταν* participio adjectum nihil habet offensionis. Cf. Isocrat. de permutat. §. 241. *ἴσασι γὰρ σφᾶς αὐτοὺς — ἀπολλυμένους ὁπόταν ληφθῶσιν.* — Verba *ὅταν μὴ ληφθῶσι* sc. *ἀδικοῦντες* wann sie nicht im Frevel ertappt sind ab oratore rem urgente atque auditorum auribus inculcante adjecta sunt praegressis *μέλλοντες ἀδικεῖν.* Itaque etiam pronuntiatione utrumque vocabulum *μὴ ληφθῶσι* acuendum est.

διαπεπραγμένος ὅπερ ἐπεχείρησε. *Ἐπιχειρεῖν* plerumque tertium casum assumit, vid. Indd. Demosth. h. v., raro quartum, velut ap. Platon. Criton. p. 45. C. *οὐδὲ δίκαιόν μοι δοκεῖ ἐπιχειρεῖν πρᾶγμα.* Conf. Bernhardy. Synt. p. 253. Quamquam h. l. possis ex antecedente verbo subaudire infinitivum *διαπράττεσθαι.* — Ceterum notandus hoc loco transitus a perfecto tempore *διαπεπραγμένος* ad aoristum *ἐγκαταλιπών.* Vid. comment. nostr. p. 81.

κρίνεται. Male Reiskius supplet *προδοσίας.* Vid. p. 73.

§. 135. *Θαυμάζω δὲ καὶ τῶν — μελλόντων, διὰ τί ποτε.* — Conf. Xenoph. Memor. I, 1, 1. *ἐθαύμασα τίσι δήποτε λόγοις ἔπεισαν.* Antiphont. 1. §. 5. *θαυμάζω δ' ἔγωγε καὶ τοῦ ἀδελφοῦ, ἥντινά ποτε γνώμην ἔχων ἀντίδικος καθέζηκε πρὸς ἐμέ.* Demosth. de fals. leg. §. 80. *θαυμάζει τί δήποτε Δημοσθένης μὲν αὐτοῦ κατηγορεῖ Φωκέων δ' οὐδείς.* Aeschin. in Tim. §. 17. *ἴσως οὖν ἄν τις θαυμάσειεν — τί δή ποτ' ἐν τῷ νόμῳ — προσεγράφη κτλ.* in Ctes. §. 230. *θαυμάζω δ' ἔγωγε ὑμῶν, ὦ ἄνδρ. Ἀθην., καὶ ζητῶ πρὸς τί ἂν ἀποβλέποντες ἀποψηφίσαισθε τὴν γραφήν· πότερ' ὡς τὸ ψήφισμά ἐστιν ἔννομον; ἀλλ' οὐδεμία πώποτε γνώμη παρανομωτέρα γεγένηται.* Quae verborum conformatio simillima est ei quam Lycurgus h. l. praebet.

ἀποφυγεῖν. *Ἀποφεύγειν* is dicitur qui judicum suffragiis absolvitur atque judicii discrimen effugit. Antiphont. Tetralog. I. 3, §. 6. 4, §. 4. Dem. in Steph. I. §. 52.

Πότερον διὰ τὴν πρὸς αὐτοὺς φιλίαν; Blumius cum veteribus editionibus *αὐτοὺς* scribens ad *φιλίαν* subaudit *τῶν δικαιῶν*: quam sententiam vel ea quae sequuntur refutant. Audacius etiam alii pro *αὐτοὺς* reposuerunt *αὐτόν*. Dicit orator: *num quia secum amicitiae vinculis conjunctus sit Leocrates idcirco postulabunt ut hominis supplicium sibi condonent judices?* Cf. Lys. de munerib. accept. §. 17. *ἀλλὰ καὶ εἴ τις τῶν ἐμῶν φίλων τοιοῦτον ἀγῶνα ἠγωνίζετο ὑμᾶς ἂν ἠξίουν ἐμοὶ δοῦναι τὴν χάριν.* — Reticuit autem alterum interrogationis membrum, ad quod respicit vocula *πότερον*, ipsa istius amicitiae commemoratione oratorem inducente ut in hac orationis parte diutius commoraretur. Qua absoluta ad aliud argumentum transit neque inceptam constructionem continuat.

ἀλλ' ἔμοιγε δοκοῦσιν κτλ. *Ἀλλὰ* particula in responsione cui *objectio* inest poni solet. Conf. Aeschin. in Ctes. §. 230. *πότερ' ὡς τὸ ψήφισμά ἐστιν ἔννομον; ἀλλ' οὐδεμία πώποτε γνώμη παρανομωτέρα γεγένηται.* Dem. de cor. §. 24. *τί γὰρ καὶ βουλόμενοι μετεπέμπεσθ' ἂν αὐτοὺς ἐν τούτῳ τῷ καιρῷ; ἐπὶ τὴν εἰρήνην; ἀλλ' ὑπῆρχεν ἅπασιν. ἀλλ' ἐπὶ τὸν πόλεμον; ἀλλ' αὐτοὶ περὶ εἰρήνης ἐβουλεύεσθε.* Hartung. de gr. l. partt. II. p. 36 sq.

χρῆσθαι τούτῳ. Verbum *χρῆσθαι* respondet Latinorum *uti* pro *familiariter uti aliquo s. vivere cum aliquo* posito. — cf. Cic. Brut. c. 40. ad Divers. I. 3. Attic. 16, 5. Corn. Nep. Attic. 5. — Isocrat. Archidam. §. 44. Trapezit. §. 33. adv. Callim. §. 13. Dem. in Mid. §. 151. Idem ponit Demosthenes de populis qui Philippi amicitia utebantur *τῶν αὐτῷ χρησαμένων.* Olynth. II. §. 7. — *ἀλλ' ἀποθανεῖν* cf. §. 63.

νῦν δὲ πᾶσι φανερὸν κτλ. Ad sententiam conf. §. 114. *ὁμοίως ἂν προδοῦναι τὴν πόλιν καὶ τὸν διασώζοντα τὸν προδότην.*

τοῖς αὐτοῖς ἤθεσι χρώμενοι. Cf. §. 48. *τοιαύταις δὲ γνώμαις χρησάμενοι.* §. 72. *τοιαύταις χρώμενοι γνώμαις.* §. 74. *τῇ Λεωκράτους διανοίᾳ χρησάμενοι.*

ὥςε πολὺ πρότερον ὑπὲρ αὑτῶν αὐτοῖς ἐστὶν ἀπολογητέον ἢ τοῦτον παρ' ὑμῶν ἐξαιτητέον. Consimilis sententia exstat ap. Lys. in Nicomach. §. 31. *περὶ δὲ τῶν ἐξαιτησομένων βραχέα πρὸς ὑμᾶς εἰπεῖν βούλομαι. παρεσκευασμένοι τινές εἰσι καὶ τῶν φίλων καὶ τῶν τὰ τῆς πόλεως πραττόντων δεῖσθαι ὑπὲρ αὐτοῦ· ὧν ἐγὼ ἡγοῦμαι ἐνίοις προσήκειν ὑπὲρ τῶν ἑαυτοῖς πεπραγμένων ἀπολογεῖσθαι πολὺ μᾶλλον ἢ τοὺς ἀδικοῦντας σώζειν προαιρεῖσθαι.* Verbum *ἐξαιτεῖσθαι deposcere, deprecari* crebro in judiciis audiebatur: etenim omnibus modis et ipsi rei et accusatorum amici solebant pericula atque poenam deprecari. Cf. Isocrat. de permut. §. 321. *τοὺς μὲν οὖν ἄλλους ὁρῶ τοὺς κινδυνεύοντας ἐπειδὰν περὶ τὴν τελευ-*

τὴν ὦσι τῆς ἀπολογίας ἱκετεύοντας, δεομένους, τοὺς παῖδας, τοὺς φίλους ἀναβιβαζομένους. Conf. Platon. Apolog. Socr. p. 34. C. Aristophan. Plut. 378 sq. Vesp. 543 sq. 944 sq. Dem. in Mid. §. 99. παιδία γὰρ παραχήσεται καὶ κλαιήσει καὶ τούτοις αὐτὸν ἐξαιτήσεται. Lys. in Epicrat. §. 12. καὶ νῦν ἴσως ποιήσουσιν ἅπερ καὶ πρότερον ἦσαν εἰθισμένοι, καὶ δημόται καὶ φίλοι κλαίοντες ἐξαιτήσονται αὐτοὺς παρ' ὑμῶν. Dem. in Neaer. §. 117. καὶ οὔθ' ἡ τῶν συγγενῶν οὔθ' ἡ τῶν φίλων ἐξαίτησις ὠφέλησεν αὐτόν. — Lys. in Alcib. I. §. 20. pro Polystrat. §. 31. 35. de munerib. accept. §. 17. Aeschin. in Ctesiph. §. 196. Demosth. in Mid. §. 151. Indd. Dem. h. v. Construitur autem hoc verbum et cum accusativo personae cui ut venia detur a judicibus precantur, et cum quarto criminis casu. Vid. Bremi. ad Aeschin. in Ctesiph. §. 196. ed. Goth. Ceterum adi annot. nostr. ad §. 20. et 33.

§. 136. Ἡγοῦμαι δ' ἔγωγε κτλ. Isocratis imitatorem haec verba produnt: vid. Aeginet. §. 42. 44. τρέψονται δ' ἴσως ἐπ' ἐκεῖνον τὸν λόγον, — ὡς Θράσυλλος ὁ πατὴρ ὁ ταύτης ἡγοῖτ' ἂν δεινὰ πάσχειν, εἴ τίς ἐστιν αἴσθησις τοῖς τεθνεῶσι περὶ τῶν ἐνθάδε γιγνομένων, ὁρῶν — —· οὐ μέντ' ἄν μοι δοκῶ φυγεῖν οὐδὲ τὴν Θρασύλλου γνώμην· οἶμαι γὰρ ἂν αὐτὸν πάντων γενέσθαι ταύτῃ χαλεπώτατον δικαστήν, εἴπερ αἴσθοιτο —. Provocatio autem ad mortuos qua Lycurgus utitur hoc loco, non Isocrateae scholae propria sed omnium oratorum communis est: de quo genere exposuit Aristides de Dict. Civil. p. 200. καὶ ὅταν εἰς κρίσιν ἀνάγῃς (τὸ πρᾶγμα) τεθνηκότων ἐνδόξων βαρὺ δοκεῖ τὸ τοιοῦτον εἶναι. Quo pertinet Lys. in Eratosth. §. 99 sq. ἀποθανοῦσι βοηθήσατε. οἶμαι δ' αὐτοὺς ἡμῶν τε ἀκροᾶσθαι καὶ ὑμᾶς εἴσεσθαι τὴν ψῆφον φέροντας, ἡγουμένους, ὅσοι μὲν ἂν τούτων ἀποψηφίσησθε, αὐτῶν θάνατον καταψηφιεῖσθαι κτλ. Isocrat. Ptataic. §. 60 sq. χρὴ δὲ καὶ τῶν προγόνων ποιήσασθαί τινα πρόνοιαν, καὶ μὴ παραμελῆσαι μηδὲ τῆς περὶ ἐκείνους ἀσεβείας οἳ πῶς ἂν διατεθεῖεν, εἴ τις ἄρα τοῖς ἐκεῖ φρόνησίς ἐστι περὶ τῶν ἐνθάδε γιγνομένων, εἰ κυρίων ὑμῶν ὄντων αἴσθοιντο τοὺς μὲν δουλεύειν κτλ. Demosth. de fals. leg. §. 66. τίν' οὖν ἂν οἴεσθε — τοὺς προγόνους ὑμῶν, εἰ λάβοιεν αἴσθησιν, ψῆφον ἢ γνώμην θέσθαι περὶ τῶν κτλ. adv. Leptin. §. 87. λογίσασθε —, εἴ τινες τούτων τῶν τετελευτηκότων λάβοιεν τρόπῳ τινὶ τοῦ νυνὶ γιγνομένου πράγματος αἴσθησιν, ὡς ἂν εἰκότως ἀγανακτήσειαν κτλ.

εἴ τις ἄρα ἐστὶν αἴσθησις τοῖς ἐκεῖ περὶ τῶν ἐνθάδε γινομένων. Eandem formulam Isocrates praebet Plataic. §. 61. et omissa particula ἄρα Isocr. Evagor. §. 2. Aeginet. §. 42. Similis est ea quae apud Platonem legitur in Menex. p. 248. B. εἴ τίς ἐστι τοῖς τετελευτηκόσιν αἴσθησις τῶν

ζώντων. Vid. Wolf. ad Leptin. p. 305. Schaef. app. ad Dem. III. p. 185. — Particulae εἰ ἄρα, ἤν ἄρα in re dubia illatae crebri usus sunt apud Atticos scriptores: wenn etwa, wenn wirklich. Conf. Aeschin. in Timarch. §. 24. τὸ γῆρας εἰς ὃ πάντες ἀφιξόμεθα, ἐὰν ἄρα διαγιγνώμεθα. ib. §. 48. ἂν δ' ἄρα καὶ τούτους πείσωσι μὴ μαρτυρεῖν (ὡς οὐκ οἶομαί γε, εἰ δὲ μή, ἀλλ' οὐχ ἅπαντας) κτλ. Cf. Heusd. Specim. Crit. p. 125. Heindorf. ad Platon. Phaedon. p. 60. E. atque ib. Stallbaum. Hartung. de gr. l. partt. I. p. 440 sq. — Ἐκεῖ autem ut germ. jenseits de orco adhibetur atque opponitur τῷ ἐνθάδε, dem diesseits. Cf. Platon. de rep. I. p. 330. D. τὸν ἐνθάδε ἀδικήσαντα δεῖ ἐκεῖ διδόναι δίκην. ib. E. ὥςπερ ἤδη ἐγγυτέρω ὢν τῶν ἐκεῖ. de rep. II. p. 365. A. ἃς δὴ τελετὰς καλοῦσιν, αἳ τῶν ἐκεῖ κακῶν ἀπολύουσιν ἡμᾶς. Vid. Crit. p. 54. B. et Aristoph. Ran. 82. qui de Euripide haec jocatur:

ὁ δ' εὔκολος μὲν ἐνθάδ εὔκολος δ' ἐκεῖ.

αἴσθησις περί τινος conf. Isocrat. Aeginet. §. 42. — Lycurg. §. 117. τὴν περὶ τῆς προδοσίας κρίσιν et §. 14. ubi vid. annot.

ἔκδοτον κατέλιπε — ἱεροσυλῆσαι καὶ αἰκίσασθαι. Verborum structuram illustrant exempla a Matthiae. gr. gr. p. 1039 sq. allata. De adjectivo ἔκδοτος conf. comment. nostr. p. 185 sq. Verbum ἱεροσυλῆσαι videtur displicuisse Tayloro qui proposuit ἐν τῷ τοῦ Διὸς τοῦ Σωτῆρος ἱερῷ συλῆσαι κτλ. Cf. Demosth. adv. Eubulid. §. 64. ἱεροσυλήσαντες τὰ ὅπλα — ἃ ἐγὼ ἀνέθηκα τῇ Ἀθηνᾷ. Substantivum ἱερὸν cogitatione in similibus supplendum esse, in vulgus notum. Vid. Bernhardy. Synt. p. 184 sq. — ἐν τῷ τοῦ Διὸς τοῦ Σωτῆρος. Adi comment. nostr. p. 109. Articulum autem ante Σωτῆρος, quem omittunt MSS, deleri non posse manifestum est.

καὶ ἣν ἐκεῖνος ἔστησε μνημεῖον τῆς αὐτοῦ μετριότητος ταύτην αὐτὸς ἐπονείδιςον ἐποίησε. In Jovis Sospitatoris templo Leocratis patri aenea statua posita erat: quem honorem aliis quoque habitum esse scimus, velut Cononi atque Evagorae quorum statuae prope ipsius Jovis Sospitatoris simulacrum erant collocatae. — Schulzium interpretem verbum ἔστησε commovit, ut a Leocratis patre Jovi statuam dedicatam esse statueret: quam sententiam et singula verba (τὴν χαλκῆν εἰκόνα non τὸ ἄγαλμα, τὴν εἰκόνα τὴν τοῦ πατρός) et universi loci ratio refutant. Suspicari tamen possis ipsum patrem ἀνδριάντα illum sibi posuisse: quo honore in Graeciae civitatibus atque Romae viri virtute vel ingenio praestantes nonnumquam ipsi sese ornabant. De qua re consulas Westermann. commentat. de honoribus etc. p. 20

Geschichte d. gr. Beredsamkeit p. 43. not. 2. K. O. Müller Archaeolog. d. Kunst. §. 181. Neque vero haec res non abhorret a moribus viri quem *moderationis* laude afficit orator. Itaque acquiescendum est in eorum interpretatione, qui ἔστησε explicant *meruit ut sibi poneretur*. Cf. Bernhardy. Synt. p. 348. — Reliquum est ut de pronominis αὐτὸς potestate exponam: etenim quum in enuntiato praegresso ἐκεῖνος positum sit (de quo pronomine cf. Lycurg. §. 23. Schoemann. ad Isae. p. 177.) vocabulum αὐτὸς illi pronomini oppositum esse voluerunt. Itaque pronomen αὐτὸς aut pro οὗτος adhibitum esse statuerunt, aut, deleto αὐτός, rescribendum censuerunt οὗτος, recte hi quidem, opinor, sumentes, numquam αὐτὸς pro οὗτος adhibitum esse. Nam αὐτὸς est *ipse*, er, non *hic*, dieser. Quamquam aliter statuunt Heindorfius ad Platonis Lys. p. 204. B. et Passovius in lex. v. αὐτός. Quibus adde Foertsch. obss. critt. in Lys. oratt. p. 74., qui haec annotat: „Jam vero non praetermittendus videtur usus pronominis αὐτὸς in cas. obliq. pro οὗτος vel ἐκεῖνος praegresso pronomine aliquo relativo." Exempla affert Lys. oratt. 28, §. 13. ὅσοι δὲ κατελθόντες ἐν δημοκρατίᾳ τὸ μὲν ὑμέτερον πλῆθος ἀδικοῦσι, τοὺς δὲ ἰδίους οἴκους ἐκ τῶν ὑμετέρων μεγάλους ποιοῦσι, πολὺ μᾶλλον αὐτοῖς προσήκει ὀργίζεσθαι ἢ τοῖς τριάκοντα. 25, §. 11. ἐγὼ τοίνυν ἡγοῦμαι, ὅσοι μὲν ἐν τῇ δημοκρατίᾳ ἄτιμοι ἦσαν εὐθύνας δεδωκότες —, προσήκειν αὐτοῖς ἑτέρας ἐπιθυμεῖν πολιτείας, aliaque id genus. In quibus satis apparet non δεικτικῶς sed ἀναφορικῶς positum esse pronomen. Similiter nostrates: wer das sagt, ich glaube ihm, vel acuentes pronomen: wer das sagt, ihm glaube ich: in quibus enuntiatis quamquam et Germani et Graeci pro ihm possunt adhibere dém, diesem, jenem, τούτῳ, ἐκείνῳ, tamen diversam pronominum vim esse nemo negabit. Confer similia apud Bernhardy. Synt. p. 290. — Contra Heindorfium disputat etiam Stallbaumius ad Lys. p. 204. B. — Ceterum Lycurgus αὐτὸς scribens non ad ἐκεῖνος videtur respexisse sed ad τοῖς πολεμίοις: duo enim crimina sunt quae orator exprobrat Leocrati „et *hostibus* eum tradidisse polluendum patris monumentum, et *ipsum* ejus memoriam inquinasse," ἔκδοτον κατέλιπε τοῖς πολεμίοις — ἱεροσυλῆσαι καὶ αἰκίσασθαι, καὶ — αὐτὸς ἐπονείδιστον ἐποίησε.

τῆς αὐτοῦ μετριότητος. Cf. Isocrat. Areopag. §. 4. συντέτακται καὶ συνακολουθεῖ τοῖς μὲν πλούτοις καὶ ταῖς δυναστείαις ἄνοια καὶ μετὰ ταύτης ἀκολασία, ταῖς δ' ἐνδείαις καὶ ταῖς ταπεινότησι σωφροσύνη καὶ πολλὴ μετριότης.

§. 137. εἰς τὴν εἰσαγγελίαν. Εἰσαγγελία est *libellus accusatorius*, alias πινάκιον. Vid. Dem. de Cherson. §. 28. Har-

pocr. v. *πινάκια* Anecdot. Bekker. 288, 32. 299, 3. Meier. et Schoemann. de Ord. Jud. p. 265. et 594. Conf. commentar. nostr. p. 82 sq. De re quam h. l. tangit orator Heffterus disputat Athen. Gerichtsverf. p. 218. not. Impedivit autem oratorem quominus hoc crimen intenderet in reum, ipsum Jovis *Sospitatoris* nomen, quod quum laetum omen videretur continere, vir plebis superstitionibus nimium addictus criminis illius mentionem ab hac causa alienam esse judicavit.

τοῦτο — προδεδωκέναι. Infinitivus per epexegesin pronomini demonstrativo subjectus est: de quo genere confer Stallbaum. ad Platon. Phaedon. p. 64. C. Gorg. p. 469. C. de rep. p. 472. E.

τὴν τοῦ πατρός, τὴν — ἀνακειμένην. De repetito articulo conf. Bernhardy. Synt. p. 321 sq. Thucydid. 1. 108. *τὰ τείχη τὰ ἑαυτῶν τὰ μακρά.* et quae citantur a Kruegero ad Dionys. Histor. p. 124. *ἀνακειμένην.* Vid. comment. nostr. p. 170.

οὐκ ἠγνόουν τοῦτο τὸ ἀδίκημα ἄξιον τῆς — τιμωρίας, ἀλλ' οὐχ ἡγούμην κτλ. Bekkerus malit *οὐκ ἠγνόουν μέν — ἄξιον ὄν κτλ.* Sed particulae *μέν, γέ,* et aliae in ea enuntiatione quae praecedit particulam *ἀλλὰ* reticentur, quum *ἀλλὰ* ad ipsam negationem refertur: nicht verkannte ich — sondern etc. Ceterum confer Devarium de gr. l. partt. p. 2. ed. Klotz. Hartung. de gr. l. partt. II. p. 42. — Participium autem quod Coraës recepit (*ἄξιον ὄν*) post verba *sentiendi* atque *declarandi* haud semel omittitur. Conf. Platon. Charmid. p. 158. D. *Κριτίαν τόνδε ψευδῆ ἐπιδείξω.* Phaedr. p. 278. C. *τὰ γεγραμμένα φαῦλα ἀποδεῖξαι.* — Lucian. Toxar. c. 45. *ἠπίσατο γὰρ πένητα τὸν Ἀρσακόμαν.* Didor. Sic. XIII. 52. *οὐ γὰρ ἀγνοοῦμεν τὸν πόλεμον ἀμφοτέροις μὲν βλαβερόν, πολὺ δὲ μᾶλλον ὑμῖν.* Vid. Matthiae. gr. gr. p. 1079. n. 3. C. Sintenis praef. ad Plut. Themist. p. XLVII.

οὐχ ἡγούμην δεῖν — κρίνων — ἐπιγράψαι. Cf. §. 142. *ὅταν νομίζῃ δεῖν Λεωκράτης ἴσον ἔχειν ὁ φυγὼν ἐν τῇ τῶν μενάντων πόλει κτλ.* Solennis atque legitimus est in hac verborum structura nominativus, qui verbo finito per attractionem accommodatur. Cujus structurae exempla a multis collecta sunt, praeeunte Heindorfio ad Platon. Protagor. p. 316. C. (p. 488.) Cf. Lobeck. ad Phrynich. p. 754. Schaefer. in Stephan. thesaur. c. 3150. B. appar. ad Dem. II. p. 648. V. p. 626. Fritsch. Lectt. Lucian. p. 102. Blum. ad h. l.

ὄνομα Διὸς Σωτῆρος. Aut ante aut post *ὄνομα* articulum *τὸ* inseri jubet Blumius. Fallitur. Conf. §. 96. *τῶν εὐσεβῶν χῶρον.* §. 144. *ἐν ἐλευθέρῳ ἐδάφει τῆς πατρίδος.* §. 149. *ὑπὲρ ἀνασάσεως τῆς πατρίδος.* Caute de similibus Butt-

mannus, vir egregius, judicavit ad Sophocl. Philoct. 900. Quousque, inquit, in articuli neglectu processerint antiqui, poëtae maxime, e veteribus exemplis discere nos decet, non quod modum excedere nobis quidem videtur, mutare. Exempla hujus usus collegerunt Krueger. ad Xenoph. Anab. p. 67. ad Dionys. Historiogr. p. 168. Schaef. ad Sophocl. Oed. Colon. 1468. Jacobs. animadv. ad Athenae. p. 18. Schoemann. ad Isae. p. 421. Confer Bernhardy. Synt. p. 321. Eadem est ratio omissi articuli in his: Zeus Name, Gottes Name, des Menschen Sinn, etc. Etenim genitivus adjectus substantivi quocum jungitur ambitum limitans efficit ut articulum haud desideremus.

ἐπιγράψαι πρὸς τὴν εἰσαγγελίαν *Ἐπιγράφειν* est *inscribere, scribere:* plerumque huic verbo tertium casum adjiciunt aut *ἐπὶ* cum accusativo iterant. Cf. Dem. adv. Leochar. §. 55. *τοῦτον ἐπεγράψατο τῇ διαμαρτυρίᾳ.* Aeschin. in Ctesiph. §. 159. *ἐπὶ τὰ ψηφίσματα — τὸ Δημοσθένους ἐπιγράφειν ὄνδμα.* Dem. adv. Boeot. de dote §. 16. *ἐπιγραψάμενος ἐπὶ τὸ ἔγκλημα Βοιωτόν.* — *Ἐπιγράφειν πρὸς τὴν εἰσαγγελίαν* idem valet quod *προσεπιγράφειν τῇ εἰσαγγελίᾳ.*

§. 138. *Ἐκπέπληγμαι δὲ μάλιςα ἐπὶ τοῖς — μηδὲν προσήκουσι μισθοῦ δὲ συναπολογουμένοις ἀεὶ τοῖς κρινομένοις εἰ λελήθασιν.* — Verborum structurae consimilis est Isocrat. Panegyr. §. 170. *θαυμάζω δὲ τῶν δυναςευόντων ἐν ταῖς πόλεσιν, εἰ προσήκειν αὐτοῖς ἡγοῦνται μέγα φρονεῖν.* Philipp. §. 42. *θαυμάζω δὲ τῶν ἡγουμένων ἀδύνατον εἶναι πραχθῆναί τι τούτων, εἰ μήτ' αὐτοὶ τυγχάνουσιν εἰδότες μήτ' ἑτέρων ἀκηκόασιν ὅτι κτλ.* Conf. annot. ad §. 135. Nonnulla verba animi affectum, admirationem, metum, pudorem designantia sequitur particula *εἰ* ubi e nostri sermonis ratione exspectaveris *ὅτι.* Quo pertinent verba *θαυμάζειν, ἀγανακτεῖν, ἐκπλήττεσθαι, αἰσχύνεσθαι,* alia. Vid. Viger. p. 504. Matth. gr. gr. p. 1251 sq. Buttmann. gr. min. §. 149. p. 431. ed. XIII. Rost. gr. gr. §. 121. not. 5. annot. nostr. ad §. 68. p. 199. Etiam Latini conjunctionem *si* in hujusmodi sententiis interdum adhibent. Vid. Grotefend. gr. lat. ed. III. §. 234. III. p. 344.

μισθοῦ δὲ συναπολογουμένοις ἀεὶ κτλ. *Συναπολογεῖσθαι* i. q. *συνηγορεῖν,* et *συνδικεῖν.* Conf. Demosth. adv. Phormion. §. 12. Hermann. gr. Staatsalterth. §. 142. n. 14. — *μισθοῦ.* De re confer annot. nostr. p. 159. — *ἀεὶ* i. q. *ἑκάςοτε,* quem adverbii *ἀεὶ* usum illustrarunt Valckenar. ad Herod. II. 98. et quos citat Stallbaum. ad Platon. Apolog. Socrat. p. 25. C. et de rep. II. p. 360. A. quibus adde Sluiter. Lectt. Andoc. p. 179. ed. Schill. Sedes autem hujus vocabuli non eadem ubique est: vid. Schaefer. appar. ad Demosth. III.

p. 361. et 460 sq. Conf. Platon. Phileb. p. 15. D. *τῶν λεγομένων ἀεί.* de rep. VII. p. 539. B. *τοὺς πλησίον ἀεί.*

τῆς ἐσχάτης ὀργῆς δικαίως ἂν τυγχάνοντες. Cf. §. 63. et 135. *Ὀργὴ* pro ipsa poena ponitur ab oratoribus. Dem. in Mid. §. 43. *τῷ δράσαντι δ' οὐκ ἴσην τὴν ὀργήν, ἂν θ' ἑκὼν ἄν τ' ἄκων, ἔταξεν ὁ νόμος.* ib. §. 34. *δημοσίας ὀργῆς καὶ τιμωρίας δίκαιός ἐστι τυγχάνειν.* de cor. §. 274. *ἀδικεῖ τις ἑκών; ὀργὴ καὶ τιμωρία κατὰ τούτου.* Aeschin. in Ctesiph. §. 197. *τὸ τρίτον ὕδωρ ἐγχεῖται τῇ τιμήσει καὶ τῷ μεγέθει τῆς ὀργῆς τῆς ὑμετέρας.*

Τὸ γὰρ ὑπὲρ τῶν ἀδικημάτων ἀπολογεῖσθαι τεκμήριόν ἐστιν ὅτι καὶ τῶν πεπραγμένων οἱ τοιοῦτοι ἂν μετάσχοιεν. Ad sententiam compares §. 114. *οὐδὲ βοηθεῖν τοῖς — ἐγκαταλείπουσιν ἡγοῦντο δίκαιον εἶναι, ἀλλ' ὁμοίως ἂν προδοῦναι τὴν πόλιν καὶ τὸν διασώζοντα τὸν προδότην.* et Dem. in Mid. §. 127. *δεῖ — τοὺς βοηθοῦντας καὶ τοὺς συνεξεταζομένους μετὰ τούτου μὴ συνηγόρους μόνον ἀλλὰ καὶ δοκιμαζὰς τῶν τούτῳ πεπραγμένων ὑπολαμβάνειν εἶναι.* Pro *ἀδικημάτων* Bekkerus legi jubet *ἀδικησάντων*, ut loci sententia sit: eos qui *scelestorum hominum* patrocinium suscipiunt *ipsorum scelerum* participes esse jure sumseris. Quae etsi commode dicta esse non possunt non videri, tamen vulgata scriptura haud inepta est. Scilicet pronuntiatione verbum *ἀπολογεῖσθαι* acuas oportet, ut *τὸ ἀπολογεῖσθαι* opponatur *τῷ μετέχειν τῶν πεπραγμένων.* — *Ἀπολογεῖσθαι ὑπέρ τινος* Lycurgus habet §. 11. 135.

οὐ γὰρ δεῖ καθ' ὑμῶν γεγενῆσθαι δεινόν, ἀλλ' ὑπὲρ ὑμῶν κτλ. In antiquis exemplaribus est *οὐ γὰρ δὴ καθ' ὑμῶν γεγενῆσθαι δεῖ, κτλ.* Quae scriptura a Blumio defensa etsi sensu non caret, tamen sententia generalis quae his verbis inest minus placet. Quo accedit quod codices pro *δεῖ* praebent *δεινόν*, quod haud scio an temere negligi nequeat. Itaque, recepto vocabulo *δεινόν*, aut *δὴ* particula cum Bekkero in *δεῖ* mutanda, aut relicto *δή*, cum Pinzgero scribendum *δεῖ δεινόν*: facile enim intelligitur syllabam *δεῖ* ante *δεινόν* potuisse absorberi. Sententia igitur haec est: non contra vos *arte dicendi* decet uti sed pro vobis. *Δεινὸς* enim est orator qui arte dicendi pollet. Cf. Lycurg. §. 31. 32. Dem. de cor. §. 276 sq. Ceterum ad sententiam confer Dem. de cor. §. 277. *εἰ δ' οὖν ἐστὶ καὶ παρ' ἐμοί τις ἐμπειρία τοιαύτη, ταύτην μὲν εὑρήσετε πάντες ἐν τοῖς κοινοῖς ἐξεταζομένην ὑπὲρ ὑμῶν καὶ οὐδαμοῦ καθ' ὑμῶν, οὐδ' ἰδίᾳ.* — *γεγενῆσθαι* proxime accedit ad praesentis *εἶναι* potestatem. Conf. Buttmann. gr. gr. vol. II. p. 95.

§. 139. *οὐκέτι τοῖς λόγοις ὑμᾶς παρακρούσασθαι ζητοῦσιν ἀλλ' ἤδη — ἀξιώσουσιν.* Veterum editionum

scripturam οὐκ ἐπὶ τοῖς λόγοις ὑμᾶς προσκρούσασθαι κτλ. ingeniosa Reiskii conjectura ita emendavit, ut mirer fuisse qui vetustatem praeponeret sinceritati verborum. Pinzgerus enim haec scripsit: Προσκρούσασθαι möchte ich ohne Handschriften nicht ändern, da es hier ebenfalls einen guten Sinn giebt. „Sie wollen dafs ihr anstossen, d. h. fehlen sollt." — Ἐπὶ τοῖς λόγοις, *ita ut verbis utantur*, ist mit ζητοῦσιν zu verbinden. Qua verborum structura nihil contortius, nihil magis graeci sermonis indoli atque legibus contrarium. — Ipsa verba ἀλλ' ἤδη librariorum culpa οὐκέτι in οὐκ ἐπὶ abiisse arguunt. Cf. Isocrat. Panegyr. §. 140. ὥςε — μηκέτι τὴν ἐλευθερίαν ἀγαπᾶν, ἀλλ' ἤδη καὶ τῶν ὁμόρων ζητεῖν ἐπάρχειν. Aeschin. in Tim. §. 18. οὐκέτι ἑτέρῳ διαλέγεται, ἀλλ' ἤδη αὐτῷ. de fals. leg. §. 72. οὐκέτι ὑπὲρ Ἀμφιπόλεως πρὸς ἡμᾶς ἠγωνίζετο, ἀλλ' ἤδη περὶ Λήμνου —. in Ctesiph. §. 122. ὁ λόγος ἦν οὐκέτι περὶ τῶν ἀσπίδων —, ἀλλ' ἤδη περὶ τῆς τῶν Ἀμφισσέων τιμωρίας. §. 134. οὐκέτι περὶ τῆς τῶν Ἑλλήνων ἡγεμονίας ἀγωνίζεται, ἀλλ' ἤδη περὶ τοῦ τῆς πατρίδος ἐδάφους. Nec praepositionum πρὸς et παρά, simili compendio scriptarum, confusio inaudita est. Vide Bergler. ad Alciphron. III. ep. 71. — Verbi παρακρούεσθαι significatum illustrans Harpocration: παρακρούεται, inquit, ἀντὶ τοῦ ἐξαπατᾷ. Πολὺ δέ ἐστι παρὰ τοῖς ἄλλοις Ἀττικοῖς καὶ παρὰ Δημοσθένει ἐν τοῖς Φιλιππικοῖς. Μεμῆκται δὲ τοὔνομα ἀπὸ τοῦ τοὺς ἱστάντας τὶ ἢ μετροῦντας κρούειν τὰ μέτρα καὶ διασείειν ἕνεκα τοῦ πλεονεκτεῖν. καὶ ὡς Σοφοκλῆς που,

ὡς μήτε κρούσῃς μήθ' ὑπὸ χεῖρα βάλῃς.

Vid. Wolf. ad Lept. p. 291. in Schaefer. app. ad Dem. III. p. 166. Indd. Demosth. h. v. Aliam hujus verbi interpretationem ab iis profectam, qui e luctae artificio eum significatum fluxisse voluerunt, vide ap. Stallbaum. ad Platon. Criton. p. 46. E. et quos citat. Activam hujus verbi formam deprehendimus ap. Platon. l. l. et Dinarch. in Dem. §. 102. passivam Plat. Lys. p. 215. C. — Infinitivus aoristi verbo ζητοῦσιν subjectus ne te offendat, praesertim quum sequatur ἐξαιτεῖσθαι — ἀξιώσουσιν, adeas velim Lobeck. ad Phrynich. p. 747 sq. et not. ad p. 747. — Durior autem viris doctis visa est h. l. praesentis ζητοῦσιν cum futuro ἀξιώσουσιν conjunctio: duplex enim futurum alii, alii geminatum tempus praesens praetulerunt. Falluntur. Conf. Dem. de cor. §. 205. ὁ μὲν τοῖς γονεῦσι μόνον γεγενῆσθαι νομίζων τὸν τῆς εἱμαρμένης καὶ τὸν αὐτόματον θάνατον περιμένει, ὁ δὲ καὶ τῇ πατρίδι ὑπὲρ τοῦ μὴ ταύτην ἐπιδεῖν δουλεύουσαν ἀποθνήσκειν ἐθελήσει καὶ φοβερωτέρας ἡγήσεται τὰς ὕβρεις καὶ τὰς ἀτιμίας — τοῦ θανάτου: ad quem locum Schaefer. in appar. ad Dem. II.

p. 278. annotavit: „περιμένει indesinenter praestolatur: sed ἐθελήσει καὶ ἡγήσεται, tum volet et arbitrabitur, quando pericula in patriam ingruerint." Haud assentior viro egregio. Futura mihi quidem ex eodem genere videntur esse, de quo exposui p. 144. *ita comparatus est ut —, is est qui —*. In universum autem praesentis atque futuri temporis copulatio nihil habet offensionis quum proxime praesentis vis ad futuri potestatem accedat. Cf. Aristophan. Eccles. 462.

μὰ Δί' ἀλλὰ ταῖς γυναιξὶ ταῦτ' ἤδη μέλει
σὺ δ' ἀγρανακτεῖ περδόμενος οἴκοι μενεῖς.

Aeschin. in Ctesiph. §. 230. ἐκεῖνο δ' οὐ λυπηρόν, εἰ πρότερον μὲν ἐνεπίμπλατο ἡ ὀρχήστρα χρυσῶν στεφάνων —, ἐκ δὲ τῶν Δημοσθένους πολιτευμάτων ὑμεῖς μὲν ἀστεφάνωτοι καὶ ἀκήρυκτοι γίγνεσθε, οὗτος δὲ κηρυχθήσεται; ib. §. 236 sq. εἰ μὲν γὰρ λέγεις —. εἰ δὲ ἥξεις ἐπὶ τὸ δεύτερον μέρος τοῦ ψηφίσματος —. Vid. Schoemann. ad Isae. p. 307. Schneider. ad Plat. de rep. v. I. p. 52.

ταῖς αὐτῶν λειτουργίαις ἐξαιτεῖσθαι. De liturgiis Atheniensium copiose egerunt Wolfius in Prolegg. in Dem. Leptin. p. 86 sq. Boeckhius Staatshaush. d. Athen. I. p. 488 sq. Wachsmuth. Hell. Alterthum. II. 1, p. 130 sq. Ambigunt autem veteres Grammatici de verborum λειτουργία, λειτουργεῖν etc. (quae respiciunt ad vv. λαός, λεώς, unde λάϊτον, λέϊτον, λήϊτον, λῆτον, λεῖτον, atque ἔργον) scriptura: cf. Thom. Mag. p. 227. Ritsch. οἱ μὲν λητουργός διὰ τοῦ η̄, ἤτοι ὁ τὰ λήιτα ἔργον ἔχων· λήιτα γὰρ λέγεται τὰ δημόσια· οἱ δὲ διὰ διφθόγγου. Diphthongum hodie omnes referunt Attici scriptores, licet λητουργία etc. Atticorum proprium esse contendat Moeris, quocum faciunt alii, velut grammaticus ap. Bekker. Anecd. I. p. 277. λειτουργεῖν· οἱ παλαιοὶ Ἀθηναῖοι διὰ τοῦ η̄ ἔλεγον λητουργεῖν· λητὸς γάρ ἐστὶ δημόσιον ἀρχεῖον. οἱ οὖν ἐν τῷ λητῷ ἐργαζόμενοι οὗτοι λειτουργοῦσιν, ὅπερ νῦν διὰ τῆς ει διφθόγγου λέγεται. Vid. Valckenar. ad Herod. 7, 197. ad Ammon. II. 16. p. 144. Pierson. ad Moerid. p. 185. ed. Lips. Bergmann. ad Isocrat. Areopag. in edit. Benseler. p. 201. Forma λιτουργεῖν commemoratur in excerptis e cod. Paris. ap. Schaefer. in ed. Gregor. Cor. p. 680. Creberrime autem in judiciis mentionem faciunt Athenienses munerum in rem publicam collatorum, quo judicum sibi animos concilient. Cf. Andocid. in Alcib. §. 42. Lys. adv. Simon. §. 47. de olea sacr. §. 31. in Eratosth. §. 20. de munerib. accept. §. 1 — 12. Isae. de Menecl. hered. §. 42. de Nicostr. her. §. 27. de Dicaeog. her. §. 41. de Philoctem. her. §. 60. de Apollod. her. §. 36. 40. Dem. in Mid. §. 151 sq. Quod jactationis genus interdum exprobrant adversariis, velut Lys. in Evandr. §. 3., aut ita

refellunt ut beneficia, quibus civium animos illi obstrinxisse contendant, ficta atque commenticia esse ostendant. Cf. Dem. in Aristogit. I. §. 78. adv. Nausimach. §. 25. — Ad verba compares Dem. in Mid. §. 151. *οὐχ ὁρᾷς ὅτι πλουτεῖ καὶ τριηραρχίας ἐρεῖ καὶ λειτουργίας; σκόπει δὴ μὴ τούτοις αὐτὸν ἐξαιτήσηται.*

καὶ μάλιγ' ἀγανάκτῶ. De *καὶ* particula vim ejusmodi adverbiorum intendente vide Hartung. de partt. I. p. 134. Stallbaum. ad Platon. Phaed. p. 64. B. Protagor. p. 315. D.

Εἰς γὰρ τὸν ἴδιον οἶκον αὐτὰς περιποιησάμενοι, *haec munera tamquam lucrum domui suae acquirentes* i. e. gloriam ex his liturgiis in se suosque redundantem acquirentes. Eandem sententiam expressit Isocrates de Big. §. 32. *ἡγούμενος τὰς μὲν ἐνθάδε λειτουργίας ὑπὲρ τῶν ἰδίων πρὸς τοὺς πολίτας εἶναι.* Quod Morus conjecit *ποιησάμενοι*, apto id quidem non caret sensu (nam nihil absoni habent haec *εἰς τὸν ἴδιον οἶκον λειτουργήσαντες*) sed plane non necessarium est. De verbo *περιποιεῖσθαι* conf. Dem. Indd. h. v.

Οὐ γὰρ εἴ τις ἱπποτετρόφηκεν κτλ. Similiter Demosthenes adv. Leptin. §. 26. *παρὰ μὲν γὰρ τὰς ἐπὶ τῶν χορηγιῶν δαπάνας μικρὸν ἡμέρας μέρος ἡ χάρις τοῖς θεωμένοις ὑμῶν, παρὰ δὲ τὰς τῶν εἰς τὸν πόλεμον παρασκευῶν ἀφθονίας πάντα τὸν χρόνον ἡ σωτηρία πάσῃ τῇ πόλει.* — *Τὸ ἱπποτροφεῖν* (*equos curules alere*) in liturgiarum proprie dictarum numero non erat: quamquam nonnumquam hoc nomine honestatur, quum ludicri victores non solum sibi sed etiam patriae gloriam atque decus viderentur afferre. Vid. Lys. de bon. Aristophan. §. 63. *αὐτίκα ὅτε ἵππευεν, οὐ μόνον ἵππους ἐκτήσατο λαμπροὺς ἀλλὰ καὶ ἀθλητάς, καὶ ἐνίκησεν Ἰσθμοῖ καὶ Νεμέᾳ, ὥςε τὴν πόλιν κηρυχθῆναι καὶ αὐτὸν ςεφανωθῆναι.* Cf. Isocrat. de Big. §. 32 sqq. Aristophan. Nubb. 60—74. Ad quem divitum morem equos curules alendi alludere videtur Demosthenes de cor. §. 320. *τηνικαῦτα σὺ καὶ τούτων ἕκαςος ἐν τάξει καὶ μέγας καὶ λαμπρὸς ἱπποτρόφος ἐγὼ δ' ἀσθενὴς κτλ.* et adv. Phaenipp. §. 24. *ἓν μόνον ἄν τις ἔχοι δεῖξαι τουτονὶ Φαίνιππον πεφιλοτιμημένον εἰς ὑμᾶς, ὦ ἄνδρ. δικ., ἱπποτρόφος ἀγαθός ἐςι καὶ φιλότιμος, ἅτε νέος καὶ πλούσιος καὶ ἰσχυρὸς ὤν.* — Augmentum autem verbi *ἱπποτετρόφηκεν* analogiae repugnat: de qua forma vide Buttmann. gr. gr. p. 346. Matthiae. gr. gr. p. 310.

λαμπρῶς i. q. *μεγαλοπρεπῶς.* Verba *λαμπρός, λαμπρότης* de magnificentia et liberalitate in muneribus edendis et ministeriis atque impensis in commune faciendis crebro ponuntur. Cf. Dem. in Mid. §. 153. 158. 159. et infra *τετριηράρχηκε λαμπρῶς.*

δεδαπάνηκεν. Pro activa forma hujus verbi mediam quoque usurpant. Isocrat. Panath. §. 12. *εἰς τὰς τῆς πόλεως χρείας — δαπανωμένους.* Isae. de Dicaeog. her. §. 43. *οὔτε εἰς τοὺς φίλους φανερὸς εἶ δαπανηθεὶς οὐδέν.* (cf. Schoemann. ad Isae. p. 305.) Dem. Olynth. I. §. 27. *ὅσα εἰς ἅπαντα τὸν πρὸ τοῦ πόλεμον δεδαπάνησθε.*

ἄξιός ἐςι παρ' ὑμῶν τοιαύτης χάριτος. Verba *παρ' ὑμῶν* jungas cum *χάριτος*: quamquam exspectabas *ἄξιός ἐςι τοιαύτης παρ' ὑμῶν χάριτος.* Neque vero cum Reiskio desidero verbum *τυχεῖν*, neque cum Coraë pro *τοιαύτης* malim *τοσαύτης.*

αὐτὸς μόνος στεφανοῦται. Cf. §. 18. *αὐτὸς δὲ μόνος διασωθεὶς ἥκοι.* Dinarch. in Dem. §. 12. *ἔλιπες μόνος αὐτὸς τὴν ἐκεῖ τάξιν.* — Non solum ii qui in ludicris certaminibus vicissent coronis donabantur, sed etiam choragi qui in certatione victores evasissent variis praemiis ornabantur. Vid. Wolf. Prolegg. in Dem. Leptin. p. 91. not.

ἀλλ' εἴ τις τετριηράρχηκε, λαμπρῶς κτλ. Haec verba usque ad *τῶν δεδαπανηκότων* ex mente adversariorum dicta esse volunt Pinzgerus (qui post *συνευπόρησε* posuit interrogationis signum) atque Blumius. In qua sententia etiam Hartungium esse video, de gr. lingu. partt. II. p. 37. Neque tamen possum quin adverser doctis interpretibus orationis tenorem vi adhibita interrumpentibus, quum praesertim offensione vacet sententia. Sententiarum enim nexus atque ratio haec est: „In eorum numero qui reorum patrocinium solent suscipere nonnulli sunt, qui munerum atque beneficiorum jactatione, quae in rem publicam contulisse contendunt, hoc efficere student ut judices accusatis ignoscant. Qui quum plerumque in ejusmodi liturgias sumtus faciant, quarum fructus non ad rem publicam sed ad privatas ipsorum domus redundet, minime digni sunt quibus accusatorum poenae condonentur: condonanda eorum potius precibus sunt supplicia, qui sumtibus in commune collatis ipsius patriae saluti atque gloriae studuerunt. Neque vero quemquam tot tantisque beneficiis rempublicam potuisse afficere persuasum habeo, ut meruerit praemium plane singulare, scilicet ut *proditorum* poenae sibi condonarentur: neque adeo insanum quemquam esse credibile est ut eum servatum velit, qui malis artibus rempublicam studuerit evertere, in cujus commodum atque decus ipse onera gloriosissima suscepit."

τετριηράρχηκε λαμπρῶς. Sumtuosissimum hoc munus erat. Cf. Aristophan. Eccles. 197.

ναῦς δὴ καθέλκειν τῷ πένητι μὲν δοκεῖ,
τοῖς πλουσίοις δὲ καὶ γεωργοῖς οὐ δοκεῖ.

τείχη τῇ πατρίδι περιέβαλεν. Hoc pertinet ad eos qui muris reficiendis a re publica praepositi, *τειχοποιοί, ἐπιμεληταὶ τῆς τῶν τειχῶν ἐπισκευῆς,* ubi pecunia ex aerario data in sumtus non suppeditabat, ultro dabant argentum, quo opus erat ad muros instaurandos. Cf. Dem. de cor. §. 118, Boeckh. Staatshaush. d. Athen. I. p. 219. — De verbi *περιβάλλειν* structura vide Thom. Mag. h. v. p. 293. ed. Ritsch. Passov. lex. h. v.

ἐκ τῶν ἰδίων συνευπόρησε. Temere cum Moro Schulzius dedit *συνεκπόρισε*: quibus hodie nemo calculum adjiciet: *εὐπορεῖν* et *συνευπορεῖν suppeditandi* significatum capere certissimum est. Vide Lobeck. ad Phrynich. p. 595. Schneider. ad Xenoph. Anab. V. 8. 25. Schaefer. appar. ad Dem. II. p. 262. IV. p. 520. Schoemann. ad Isae. p. 361 sq.

§. 140. *ταῦτα γάρ ἐςι κοινῶς ὑπὲρ ὑμῶν ἁπάντων.* Eodem modo Dem. de cor. §. 234. *ὃ δὲ πάντων καὶ φοβερώτατον καὶ μάλισθ' ὑπὲρ τῶν ἐχθρῶν.* ib. §. 249. *τοῦτο γὰρ καὶ ἀληθές ἐςι καὶ ὑπὲρ τῶν — δικαςῶν.* de fals. leg. §. 1. *ταῦτα μέν ἐςι ὑπὲρ ὑμῶν καὶ ὅλης τῆς πόλεως.*

τὴν εὐπορίαν μόνον. Cf. annot. ad §. 116.

τῶν ἐπιδεδωκότων. Verbum *ἐπιδιδόναι* de iis ponitur qui in rei publicae commodum ultro impendunt pecuniam: ipsa voluntaria collatio *ἐπίδοσις* vocabatur. De quo genere exposuerunt Schoemann. de comitt. p. 292. Wolfius in Prolegg. in Dem. Leptin. p. 121. not. Cf. Schaefer. appar. in Dem. III. p. 130. Reisk. Indd. Dem. vv. *ἐπιδιδόναι* et *ἐπίδοσις.*

οὐδένα ἄν. Quum in codice Z reperiatur *οὐδὲν ἄν* Pinzgerus atque Baiterus optimorum librorum scripturam cum *οὐδέν' ἄν* malint commutare. Neque enim potest negari a librariis talia saepenumero confusa esse (vid. Schaefer. appar. ad. Dem. II. p. 214.) atque plerumque Lycurgum *ᾱ* vocalis cum alia vocali vitasse concursationem. Nam ut mittam *α* sexcentis locis in *ἀλλὰ* ante vocalem elisam, conferas velim §. 18. *τἄλλα χρήματα.* frgm. 78. *τἄλλα ἐν δημοκρατίᾳ.* §. 37. *ἄρ' ὑμῖν.* §. 66. *ἆρ' οὐκ.* §. 123. *ἆρ' οὐχ.* §. 134. *ἆρ' οὐ.* §. 41. *μάλις' ἄν.* §. 139. *μάλις' ἀγανακτῶ.* §. 134. *δικαιότατ' ἄν.* §. 41. *ἡνίχ' ὁρᾶν ἦν.* Neque tamen assentior viris doctis: persuasum enim habeo in *orationibus forensibus* haud anxie vocalium concursationem refugisse oratores, et ipsum Lycurgum crebro admisisse hiatum intelliges quum attente Leocrateam perlegeris. Vocalis *ᾱ*, ne longius abeam, non elisa est §. 39. *ἡνίκα ἡ* §. 57. *ἡνίκα οὐδ'.* §. 94. *πλεῖςα ἀγαθά.* Vide de similibus Bremi excurs. XI. ad Isocrat. oratt. fasc.

I. p. 219. et Benseler. excurs. de hiatu post ed. Isocrat. Areop. p. 413.

ἐξαίρετον — λαμβάνειν χάριν. Ἐξαίρετος est *exemptus* reliquo cumulo, *eximius*, *praecipuus*. Dem. de fals. leg. §. 247. ἐξαίρετόν ἐστι ὥσπερ γέρας. Isocrat. Panegyr. §. 94. τιμὰς ἐξαιρέτους λαβεῖν.

τὴν κατὰ τῶν προδιδόντων τιμωρίαν. Praepositio κατὰ in circumloquutionibus et in bonam et in malam partem ab oratoribus solet adhiberi. Cf. Dem. de cor. §. 274. ὀργὴ καὶ τιμωρία κατὰ τούτου. Aeschin. in Ctes. §. 223. τὰς κατὰ σαυτοῦ τιμωρίας. Dinarch. in Dem. §. 105. τιμωρίας — τῆς κατὰ τῶν ἐνόχων ταῖς ἀποφάσεσι. et similiter Dem. in Mid. §. 26. τίς ἂν οὖν ἑτέραν μᾶλλον εἵλετο τιμωρίαν ἢ τὴν — κατὰ τῶν — ἀδικούντων οὖσαν. Dem. de fals. leg. §. 55. τὴν κατὰ τῆς πόλεως αἰσχύνην. Lys. in Philon. §. 2. τὴν κατὰ τουτουῖ Φίλωνος ποιήσομαι κατηγορίαν. — Dem. prooem. 16. ταύτην — τὴν δόξαν — κατὰ τῆς πόλεως, *opinionem de urbe*. Alcidam. de sophist. p. 679. 5. ed. Bekk. ἐλάττονα τῆς ἀξίας δόξαν καθ' ἡμῶν. Dem. in Phil. II. §. 9. ὃ καὶ μέγιστόν ἐστι καθ' ὑμῶν ἐγκώμιον. de cor. §. 215. τρία — ἔδειξαν ἐγκώμια Θηβαῖοι καθ' ὑμῶν τὰ κάλλιστα. Aeschin. in Ctes. §. 50. οἱ κατὰ Δημοσθένους ἔπαινοι. ib. §. 124. πολὺς δ' ἔπαινος ἦν κατὰ τῆς ἡμετέρας πόλεως ib. §. 241. ἐὰν τοὺς καθ' ἑαυτῶν ἐπαίνους λέγωσιν. Platon. Phaedr. p. 260. B. ἔπαινον κατὰ τοῦ ὄνου. Vid. Schaefer. in H. Stephan. thesaur. c. 1531. B. appar. ad Dem. I. p. 412 sq. Cf. Krueger. ad Dionys. Historiogr. p. 55.

οὐδ' οὕτως ἀνόητον. Facile caremus participio ὄντα, vel infinitivo εἶναι: nam verba ἡγεῖσθαι, νομίζειν, ὑπολαμβάνειν et alia hoc genus, praedicati loco et substantiva et adjectiva assumere possunt verbo substantivo non addito. Cf. Lycurg. §. 3. φιλάνθρωπον αὐτὸ — ὑπειλῆφθαι. §. 105. ἀνυπέρβλητον τὴν ἀρετὴν χρὴ νομίζειν. Vid. Rost. gr. gr. ed. IV. p. 475. et 496.

φιλοτιμεῖσθαι μὲν πρὸς τὴν πόλιν, τούτῳ δὲ βοηθεῖν. Exspectabas φιλοτιμεῖσθαι μὲν βοηθεῖν δέ. Sed liberius collocantur particulae μὲν — δέ, ubi ad universa enuntiata non ad singulum utriusque enuntiati vocabulum pertinent. Conf. Hartung. de gr. l. partt. II. p. 415 sq. — Φιλοτιμεῖσθαι (proprie: honoris s. gloriae cupidum esse, gloriam expetere) πρὸς τοὺς πολίτας (vis à vis de ses concitoyens) saepenumero ii dicuntur qui de republica student bene mereri, atque munera in patriae commodum suscipiunt, quippe quae expleta decus atque gloriam ipsis afferant. Conf. Demosth. de cor. §. 257. χορηγεῖν, τριηραρχεῖν, εἰσφέρειν, μηδεμίας φιλοτιμίας μήτε ἰδίας μήτε δημοσίας ἀπολείπεσθαι. Aeschin. de fals. leg. §. 105. τοὺς

ὸς τὰ κοινὰ φιλοτιμουμένους. Interdum praepositionem εἰς m hoc verbo copulant, velut Demosthenes adv. Phaenipp. 24. ἓν μόνον ἄν τις ἔχοι δεῖξαι τουτονὶ Φαίνιππον πεφιλοτιμένον εἰς ὑμᾶς. Substantivum φιλοτιμία nunc ipsum virtu- studium atque munera suscepta designat, velut ap. Dem. v. Leptin. §. 82. αὐτὸς δ' ἐν ὀρφανίᾳ τέθραπται διὰ τὴν πρὸς ᾶς φιλοτιμίαν τοῦ πατρός. Aeschin. in Ctes. §. 19. τὰς παῴας οὐσίας εἰς τὴν πρὸς ὑμᾶς ἀνηλωκότας φιλοτιμίαν: nunc ıdem atque decus significat, qnae sequuntur studia in rem ıblicam collata. Cf. Dem. de fals. leg. §. 173. χρήματα διδόι — ὑπὲρ τῆς πρὸς ὑμᾶς φιλοτιμίας. ib. §. 223. οὐκ ἀνταλκτέον εἶναί μοι τὴν πρὸς ὑμᾶς φιλοτιμίαν οὐδενὸς κέρδους. ynth. II. §. 16. τοῖς δὲ τῆς μὲν φιλοτιμίας τῆς ἀπὸ τούτων μέτεστι. adv. Leptin. §. 69. ἔστι δὲ τοῦτο τὸ γράμμα — εἴνῳ μὲν φιλοτιμία πρὸς ὑμᾶς αὐτούς, ὑμῖν δὲ πρὸς πάντας ὺς Ἕλληνας. Schaefer. appar. ad Dem. I. p. 254. II. p. 634. :emi. ad Dem. Olynth. II. (ap. Brem. I.) §. 3. Conferatur ἀρετή, *laus, gloria virtutis*, ap. Lycurg. §. 49.

ὃς αὐτοῦ πρῶτον τὰς φιλοτιμίας ἠφάνισεν. Πρῶν Blumius interpretatur *antea*. Vid. Blum. Comment. p. 88. ıod aptum certe sensum non praebet. Sententia haec fere t ὃς οὐδὲν πρότερον ἢ τὰς αὐτοῦ φιλοτιμίας ἠφάνισεν, welher zuallererst seine Bestrebungen vernichtete.

εἰ μὴ νὴ Δία, *nisi vero*, es müfste denn etwa. Cf. eschin. in Ctes. §. 17. τίνος οὖν εἰμὶ ὑπεύθυνος; εἰ μή τίς ἐστιν νοίας εὐθύνη. Sic pungo pro vulgato τίνος οὖν εἰμὶ ὑπεύθυ- ος εἰ μή τίς ἐστιν εὐνοίας εὐθύνη; Quo pertinet formula Pla- ınica εἰ μή τι σὺ ἄλλο λέγεις, de qua vide Stallbaum. ad Pla- ın. Phaedr. p. 235. A. et de rep. IV. p. 430. B. Irrisio- ɜm nonnumquam in particulis εἰ μὴ residere quivis facile telligit.

τούτοις sc. τοῖς φιλοτιμουμένοις πρὸς τὴς πόλιν.

§. 141. Ad sententiam conferas Dinarch. in Dem. §. 108. ολὺ γὰρ ἂν δικαιότερον ἐλεήσετε τὴν χώραν, — ἢ τοὺς ἐξ αὐῆς γεγενημένους ὑμᾶς ἱκετεύει, παραστησαμένη τὰ ὑμέτερα τέκνα κὶ γυναῖκας, τιμωρήσασθαι τὸν προδότην κτλ.

περὶ οὐδενὸς ἄλλου junge cum verbo δικάζειν: οὐδεὸς ἄλλου pro neutro genere habendum. Cf. quae sequuntur ερὶ προδοσίας κρίνοντας.

παρακαθισαμένους ἑαυτοῖς. Vide annot. nostr. p. 158.

ἀλλ' οὖν γε. Exposui de hoc genere p. 217.

οὕτως — τοῦτο πράττειν. Οὕτως intellige: adductis ı judicium uxoribus atque liberis: τοῦτο πράττειν i. q. δικάζειν.

ὅπως. Sic codices: ἵνα vett. edd. Corrige vitium ty-

cratis Areopagitico §. 66. ubi olim legebatur καὶ τοῖς ἱεροῖς καὶ τοῖς θυσίοις, Harpocratione v. ὅσιον et cod. Urbinate suffragantibus, restitutum est τοῖς ὁσίοις. Vide Sluiter. Lectt. Andocc. p. 176. ed. Schiller. Isocr. Areopag. ed. Benseler. p. 338 sq. Ceterum Osannus refert in codicibus AB° inveniri h. l. ὁσίων: Bekkerus tacet.

ὑπὲρ ὧν τοῦ μὴ καταλυθῆναι χίλιοι — ἐτελεύτησαν. De numero occisorum consentiunt cum Lycurgo Demades frgm. §. 9. χιλίων ταφὴ Ἀθηναίων μαρτυρεῖ μοι. et Diodorus Sic. 16, 86. τῶν δ' Ἀθηναίων ἔπεσον μὲν ἐν τῇ μάχῃ πλείους τῶν χιλίων. Confer fragmentum orationis Lycurgi in Lysiclem apud eundem Diodorum 16, 88. καὶ χιλίων μὲν πολιτῶν τετελευτηκότων, δισχιλίων δ' αἰχμαλώτων γεγονότων. — Genitivus τοῦ μὴ καταλυθῆναι ad agendi *causam* atque *finem* referendus est: immerito enim Sauppius reprehendit Bernhardyum, quod in Syntaxi gr. p. 357. vir celeberrimus hoc genitivo *finem* indicari contendit. Nam quum *finis* propositi ea sit ratio ut agendi *causam* contineat, alterum certe non excludit alterum: atque ubi genitivus infinitivi ad ea respicit quae perficienda non perfecta sunt, *finis* notionem huic casui inesse negari nequit. Itaque ipse Sauppius recte explicat verba τοῦ μὴ καταλυθῆναι „*ut ne* pereant." Exempla dabunt Matthiae. gr. gr. p. 1061. n. 1. et Rost. gr. gr. p. 542. ed. IV.: quibus addas Platon. Gorg. p. 509. D. ἐὰν δύναμιν παρασκευάσηται τοῦ μὴ ἀδικεῖσθαι. Dem. de cor. §. 107. ἆρά γε μικρὰ βοηθῆσαι τοῖς πένησιν ὑμῶν δοκῶ, ἢ μικρὰ ἀναλῶσαι ἂν τοῦ μὴ τὰ δίκαια ποιεῖν οἱ πλούσιοι; Aeschin. in Ctesiph. §. 114. χειροτονηθεὶς γὰρ ὑφ' ὑμῶν πυλαγόρας, λαμβάνει χιλίας δραχμὰς παρὰ τῶν Ἀμφισσέων τοῦ μὴ δεμίαν μνείαν περὶ αὐτῶν ἐν τοῖς Ἀμφικτύοσι ποιήσασθαι. Cf. Buttmann. gr. min. ed. XIII. §. 140. n. 1. Schaefer. appar. ap. Dem. II. p. 161. — Temere autem Taylorus vv. τοῦ μὴ καταλυθῆναι tamquam glossam ejici jussit: nec minus audacter Voigtlaenderus p. 4. et Funckhaenelius quaestt. Dem. p. 10. praepositionem ὑπὲρ cum infinitivo τοῦ καταλυθῆναι junxerunt: infinitivum ii quidem, substantivi loco positum, genitivum (ὧν) adsciscere posse putantes. Quae struendi ratio a graecae linguae natura abhorret: numquam enim Graeci cum infinitivo substantive posito alium objecti casum copulant quam eum quem verbum finitum suo jure postulat. De qua re exposuit Sauppius ad h. l. annotat. p. 156 sq.

καὶ δημοσίᾳ αὐτοὺς ἡ πόλις ἔθαψαν. Pluralem ἔθαψαν e codicibus atque Aldina jure Osannum restituisse manifestum est: nam creberrime a civitatis notione ad pluralem numerum transeunt Graeci (vide exempla in commen-

tar. nostr. ad §. 42. et 87. collata et quos ibi citavimus: quibus addas velim exempla nuper ab Apitzio in enarratione in Eurip. Phoeniss. pagg. 152. et 176. allata): quod etsi plerumque factum est ubi inter numerum singularem atque pluralem quaedam verba interjecta sunt, tamen etiam nulla voce interposita uterque numerus conjungitur. Confer Thucyd. 4, 32. ὁ ἄλλος ϛρατὸς ἀπέβαινον — πάντες. 5, 82. ὁ δῆμος — ἀναθαρσήσας ἐπέθεντο τοῖς ὀλίγοις. Demosth. de cor. §. 73. ὅπως ἡ βουλὴ συναχθῶσι. in Mid. §. 168. παντὸς δὲ τοῦ ϛόλου πλεόντων ἐν τάξει. Aristophan. Plut. 597. et Equitt. 762. ed. Both. ὦ πόλις Ἄργους, κλύεθ' οἷα λέγει! et quae Thom. Mag. p. 296. ed. Ritsch. ex Euripidis Oreste (?) excitat: ὦ πόλις Ἄργους, κλύεθ' οἷα πάσχω. Vid. interpp. ad h. l. Atque ejusdem generis sunt quae Moeris affert p. 2. ed. Lips. ἀνέϛησαν πᾶς ὁ δῆμος Ἀττικῶς· ἀνέϛη πᾶς ὁ δῆμος Ἑλληνικῶς: et quae a Suida excitantur v. ἀπήλγησαν. Ὁ δὲ δῆμος ἅπας ἀπήλγησαν τὸ πάθος εὐθύς, καὶ ξὺν οἰμωγῇ ἀνέκραγον οὐράνιον ὅσον. Gregor. Cor. p. 71. ἔθος αὐτοῖς (τοῖς Ἀττικοῖς) μὴ ἀποδιδόναι τὴν σύνταξιν πρὸς τὴν φωνήν ἀλλὰ πρὸς τὸ σημαινόμενον. Cf. Matthiae. gr. gr. §. 302. — De re adi Wolf. ad Demosth. Leptin. p. 362. in Schaefer. appar. ad Dem. III. p. 262 sq. Westermann. de publ. Atheniens. honorib. et praem. p. 56. ejusdem Gesch. d. gr. Beredsamk. p. 35. n. 8. p. 127. n. 2. Quaestt. Demosth. II. p. 23 sq. Mos publice efferendi cives qui pro patriae salute occubuissent post Solonis aetatem conditus est: eos qui in pugna ceciderant communi sepulcro conditos vir et facundia et dignitate conspicuus in concione aut a senatu electus coram populo laudabat. Vide Schoemann. de comitt. p. 307. Stallbaum ad Platon. Menex. p. 234. B. Sepulturae locus erat ὁ ἔξω Κεραμεικός. Vid. Schol. ad Aristophan. Equitt. 721. δύο δὲ οἱ Κεραμεικοὶ Ἀθήνησιν· ὁ μὲν ἔνδον τῆς πόλεως, ὁ δὲ ἔξω, ἔνθα καὶ τοὺς ἐν πολέμῳ τελευτήσαντας ἔθαπτον δημοσίᾳ, καὶ τοὺς ἐπιταφίους ἔλεγον. εἰσὶ δὲ ἔνθεν καὶ ἔνθεν ϛῆλαι ἐπὶ τοῖς δημοσίᾳ τεθαμμένοις, ἔχουσαι ἐπιγραφὰς ποῦ ἕκαϛος τέθαπται. ἐν δὲ τῷ ἑτέρῳ ἦσάν τε καὶ προεϛήκεσαν αἱ πόρναι. Aristophan. Avv. 380.

Pisthet. — ὡς οὐ φευκτέον νῷν.

Euelp. ἐτεόν; ἢν δ' ἄρ' ἀποθάνωμεν,
κατορυγησόμεσθα ποῦ γῆς;

Pisthet. ὁ Κεραμεικὸς δέξεται νώ.
δημοσίᾳ γὰρ ἵνα ταφῶμεν, φήσομεν πρὸς τοὺς ϛρατηγοὺς
μαχομένω τοῖς πολεμίοισιν ἀποθανεῖν ἐν Ὀρνεαῖς.

Funeris procuratio ad archontem polemarchum pertinebat: cf. Meier. et Schoemann. de Ord. Judic. p. 51. 52. n. 69. Cete-

rum orationem funebrem post pugnam ad Chaeroneam Demosthenem habuisse e summi oratoris oratione de corona §. 285 sq. patet: quamquam vix potest dubitari quin epitaphius ille qui inter orationes Demosthenicas fertur a Demosthene sit abjudicandus. — Nonnumquam autem factum est ut viri bene de re publica meriti, non in pugna caesi sed intra domésticos parietes defuncti, publice efferrentur, quippe quorum facultates haud suppeditarent in justa exsequiarum: velut Aristides, de quo adeas Demosth. in Aristocr. §. 209. τῷ κυρίῳ τῶν φόρων γενομένῳ τάξαι Ἀριςείδῃ οὐδεμιᾷ δραχμῇ πλείω τὰ ὑπάρχοντα ἐγένετο, ἀλλὰ καὶ τελευτήσαντ' αὐτὸν ἔθαψεν ἡ πόλις. coll. Plutarch. Aristid. c. 27. τάφος — ὃν φασι κατασκευάσαι τὴν πόλιν αὐτῷ μηδ' ἐντάφια καταλιπόντι.

τὰ ἐλεγεῖα τὰ ἐπιγεγραμμένα τοῖς μνημείοις. Verbum ἐπιγράφειν de inscriptionibus haud raro usurpatur. Cf. Herodot. 7, 228. Thucyd. 1, 132. Dem. in Neaer. §. 97. Inscriptiones autem ejusmodi, elegiacis plerumque numeris adstrictae, γράμματα, ἐπιγράμματα atque ἐλεγεῖα vocantur. Vid. Hermann. Elem. doctr. metr. p. 359. Neque tamen pluralis numerus ἐλεγεῖα de pluribus distichis intelligatur necesse est, sed de uno quoque disticho ponitur. Itaque quum Thucydides de Pausania haec tradat: ἠξίωσεν ἐπιγράψασθαι αὐτὸς τὸ ἐλεγεῖον τόδε·

Ἑλλήνων ἀρχηγός, ἐπεὶ ςρατὸν ὤλεσε Μήδων,
Παυσανίας, Φοίβῳ μνῆμ' ἀνέθηκε τόδε.

τὸ μὲν οὖν ἐλεγεῖον οἱ Λακεδαιμόνιοι ἐξεκόλαψαν: Demosthenes in Neaer. §. 98. citato eodem disticho, οἱ Πλαταιεῖς —, inquit, ἠνάγκασαν αὐτοὺς ἐκκόψαντας τὰ ἐλεγεῖα ἐπιγράψαι τὰς πόλεις τὰς κοινωνούσας τοῦ ἔργου.

οὕτως ἀναιδῶς. Οὕτως (δεικτικῶς) cum gestu quodam imitante et significante dictum esse Blumius credit: non assentior. Ellipticum hoc loquendi genus multae linguae capiunt: reticetur enim illud orationis membrum ad quod referendum est adverbium οὕτως. „Er geht so schamlos einher" sc. wie ihr es alle wifst, seht u. dgl. — Il fait si beau temps! — Egli è così dotto!

ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς — ἀναςρέφεσθαι. Cf. §. 141. ἐν ὀφθαλμοῖς ὄντες. Exempla vide apud Jacobitz. ad Lucian. Alexand. p. 229. ἐν ὀφθαλμοῖς τινὸς est *coram, in conspectu, ante oculos alicujus.* Nostrates ets non dicunt in den Augen jemandes sein, tamen absentiam designant opposita praepositione aus: „Aus den Augen, aus dem Sinn." Cf. Aeschin. de fals leg. §. 158. ἐάσετε οὖν τὸν τοιοῦτον — ἐν ὑμῖν ἀναςρέφεσθαι; Lycurg. §. 145. ὅταν ὁ ἐγκαταλιπὼν τὴν πόλιν — ἐν τῇ χώρᾳ καὶ ἐν τῇ πόλει ἀναςρέφηται.

§. 143. *αὐτίκα μάλ'* — Cf. Xenoph. Cyrop. 3, 2, 8. 8, 3, 46. Anab. 5, 10, 5. Memor. 1, 3, 11. et passim: quae verba moram quam brevissimam designant. Ceterum de adverbiis in *ᾱ* et *κᾱ* desinentibus vide, si tanti est, Hartungium Ueber die Casus. p. 231 sq. de gr. l. partt. I. p. 156 sq. et 301.

οὓς ἐγκαταλιπὼν ᾤχετο. Signum interrogationis post *ᾤχετο* cum Bekkero sustuli: quo addito cum Tayloro potius scribendum esset *οὐχ οὓς ἐγκαταλιπὼν ᾤχετο;* Illud praetuli propter similem ejus responsionis rationem, quae subjicitur interrogationi quae instat.

ποίοις; ἃ μόνος τῶν πολιτῶν οὐ συνδιεφύλαξε. Sic dedi cum Bekkero, qui ingeniosam Reiskii conjecturam *ποίοις; ἃ μόνος* pro *ποιησάμενοι* recepit. Mendosam antiquorum librorum scripturam *ποιησάμενοι τῶν πολιτῶν οἷς οὐ συνδιεφύλαξε;* frustra defendunt viri docti, Beckerus qui hanc oratoris sententiam esse statuit: „Jam vero dubitare licet, an Leocratem sinatis habitare moenibus urbis, *denuo eum recipientes in numerum civium* quos olim non defendit:" Pinzgerus, qui interpretatur: „Und ihr wolltet ihn in den Mauern des Vaterlandes wohnen lassen, ihn zu den Bürgern rechnend, denen er nicht beistand beim Schutze der Stadt?" atque Blumius, qui Lycurgum *ποιησάμενοι* pro *ἐάσαντες εἶναι* minus accurate dixisse credit, ut profugum et patriae proditorem in peregrinorum et hostium numero habendum esse significaret. — Verum *ποιεῖσθαι πολίτην* s. *Ἀθηναῖον, civitate donare,* neque idem valet quod *ἐπίτιμον ποιεῖν,* neque designat zu den Bürgern rechnen: Blumium autem verba ad commodum causae suae torsisse nemo non videt. Quo accedit quod totius loci ratio interrogationem cum responsione conjunctam videtur postulare: atque ipsum verbum *συνδιεφύλαξε* objecto orbatum minus arridet.

Καὶ ἐπικαλέσεται κτλ. Eadem verba vide §. 17.

ὧν τοὺς νεὼς καὶ τὰ ἕδη κτλ. Confer §. 1.

Καὶ δεήσεται καὶ ἱκετεύσει ἐλεῆσαι αὐτὸν τίνων; Genitivus *τίνων* ex utroque verbo pendet, velut apud Isae. de Ciron. her. §. 45. *ὑμῶν δ' ἐγὼ δέομαι καὶ ἱκετεύω.* Nam *ἱκετεύειν* etiam genitivum ejus personae, quam obsecramus, assumere, certum est. Conf. Lycurg. §. 150. *νομίζοντες οὖν — ἱκετεύειν ὑμῶν τὴν χώραν καὶ τὰ δένδρα.* Alio autem pertinet genitivus personae vel rei *per quam* obsecramus aliquem: Eurip. Hec. 746. *ἱκετεύω σε τῶν δὲ γουνάτων καὶ σοῦ γενείου δεξιᾶς τ' εὐδαίμονος.* De quo genere exposuerunt Matth. gr. gr. §. 372. Bernhardy. Synt. p. 148. Rost. gr. gr. ed. IV. p. 525.

οὐχ οἷς τὸν αὐτὸν ἔρανον εἰς τὴν σωτηρίαν εἰσενεγκεῖν οὐκ ἐτόλμησεν; Aldinae scripturam τῶν αὐτῶν ἐράνων revocavit Osannus, adstipulantibus libris MSS., recepit etiam Blumius, qui sensum esse contendit: *non modo eadem ad salutem quae cives contulit, sed ne partem quidem eorum ullam.* Sed optime in hunc locum convenit Melanchthonis scriptura τὸν αὐτὸν ἔρανον. Etenim dictiones ταὐτά τινι εἰσφέρειν, τὸν αὐτόν τινι εἰσφέρειν, ἀποδοῦναι ἔρανον designant: *paria facere pro munere aliquo, paria paribus respondere, par pro pari referre.* Cf. Demosth. in Mid. §. 101. ἅπασι προσήκει τῷ τοιούτῳ ταὐτὰ εἰσφέρειν, ἐάν που καιρὸς ἢ χρεία παραςῇ in Neaer. §. 8. τούτῳ δὲ δικαίως τὸν αὐτὸν ἔρανον ἐνειμερήσαμεν ἀποδοῦναι. Igitur ἔρανος h. l. de ἐλέῳ ponitur quem denegavit patriae: quam rem haud semel reo exprobrat orator. Conf. §. 17. ᾤχετο φεύγων, οὔτε τοὺς λιμένας τῆς πόλεως ἐλεῶν, ἐξ ὧν ἀνήγετο. §. 39. κατ' ἐκείνους τοὺς χρόνους — τίς οὐκ ἂν τὴν πόλιν ἠλέησεν —; τίς δ' ἦν οὕτως ἢ μισόδημος —, ὅςις ἐδυνήθη ἂν ἄτακτον ἑαυτὸν ὑπομεῖναι ἰδεῖν —; §. 141. τοῦ κοινοῦ παρὰ πᾶσιν ἐλέου οὐκ ἠξιώθησαν.

§. 144. Ad sententiam Baiterus et Sauppius contulerunt Andocid. in Alcib. §. 39.

ἐν ἐλευθέρῳ ἐδάφει τῆς πατρίδος. Dobreus articulum desiderans conjecit ἐν ἐλευθέρῳ τῷ ἐδάφει κτλ. Tu confer annot. nost. ad §. 137. et quos ibi laudavimus. — Summam patriae miseriam orator his verbis designat: ipsum patriae solum, inquit, in quo orti atque procreati estis servituti addictum ossa vestra erat recepturum. Cf. Dem. de Cherson. §. 39. καὶ κακόνους μέν ἐστι καὶ ἐχθρὸς ὅλῃ τῇ πόλει καὶ τῷ τῆς πόλεως ἐδάφει. in Aristogit. II. §. 11. τῆς πόλεως ὑπὲρ αὐτῶν τῶν ἐδαφῶν εἰς κίνδυνον μέγιςον καταπεκλειμένης. Aeschin. in Ctesiph. §. 134. οὐκέτι περὶ τῆς τῶν Ἑλλήνων ἡγεμονίας ἀγωνίζεται, ἀλλ' ἤδη περὶ τοῦ τῆς πατρίδος ἐδάφους. Dinarch. in Dem. §. 99. ὅταν — ὑμεῖς μὲν καὶ ὁ δῆμος ἅπας κινδυνεύῃ περὶ τοῦ ἐδάφους τοῦ τῆς πόλεως.

ἀλλ' οὐδὲ κτλ. De particula ἀλλὰ cf. §. 135.

Ἀλλ' ἡ τῶν νεωτέρων; καὶ τίς ἀναμνησθεὶς — σώσειε κτλ. Quum praecedat πότερον ἡ τῶν πρεσβυτέρων; in altero membro pro ἀλλ' ἡ exspectaveris ἢ ἡ τῶν νεωτέρων; *utrum seniores? — an juniores?* Verum in ejusmodi argumentationibus ἀλλὰ non prorsus idem valet quod ἤ, an: etenim quum membrum praegressum interpositis verbis ἀλλ' οὐδὲ γηροτροφηθῆναι — παρέδωκεν refellerit atque redarguerit orator, jam objectionis formam induere potest membrum sequens, in quo ἀλλὰ respondet Latinorum *at, ast,* aber könnte man einwenden, aber wohl. Sensum germa-

nice reddideris: Etwa die Aelteren? Unmöglich —! Aber die Jüngeren? Cf. Aeschin. in Ctes. §. 230. πότερ' ὡς τὸ ψήφισμά ἐστιν ἔννομον; ἀλλ' οὐδεμία πώποτε γνώμη παρανομωτέρα γεγένηται. ἀλλ' ὡς ὁ τὸ ψήφισμα γράψας οὐκ ἐπιτήδειός ἐστι δίκην δοῦναι; οὐκ ἄρ' εἰσὶ παρ' ὑμῖν εὐθῦναι βίου κτλ. Eadem est ratio eorum quae e Dem. orat. de cor. excitat Hermogenes p. 306. in quibus priori membro non additum est πότερον. Ἐπὶ τὴν εἰρήνην; ἀλλ' ὑπῆρχεν ἅπασιν; ἀλλ' ἐπὶ τὸν πόλεμον; ἀλλ' αὐτοὶ περὶ τῆς εἰρήνης ἐβουλεύεσθε. Dem. in Mid. §. 148. τίνος γὰρ ἕνεκα; τῶν στρατηγιῶν; ἀλλ' οὐδὲ καθ' αὑτὸν στρατιώτης οὗτος οὐδενός ἐς' ἄξιος, μή τί γε τῶν ἄλλων ἡγεμών. ἀλλὰ τῶν λόγων; ἐν οἷς κοινῇ μὲν οὐδὲν πώποτ' εἶπεν ἀγαθὸν κτλ. Cf. Antiphont. de caede Herod. §. 57 sq. — Vulgatam autem hujus loci scripturam haud ferendam esse opinatur Blumius. „Omnes editores, inquit habent καὶ τίς κτλ. Ita sententia plane haec exsistit: *et nemo — servabit eum.* Tum vero pro καὶ necessaria foret particula *adversativa:* simul ἄρα initio §. sequentis vi sua careret. Verum enim vero ratio hujus loci ea est, ut primo orator ex adversariorum vel eorum mente, quibus nondum ob omni parte sit persuasum, sibi objiciat: Ἀλλ' ἢ τῶν νεωτέρων; quae post verba interrogationis signum mecum tolle. Jam orator non directe illos refutat: immo ipsam eorum sententiam veluti ulterius exponens eademque via pergens, quaestione hac urget. Qui quum secundum ea quae ex mente eorum modo dicta sunt (ἀλλ' ἢ τῶν νεωτέρων), non possint non concedere et affirmare, ipsa vero hac concessione in eo sint, ut absurda atque inepta contendant: orator cum *ironiae* significatione interrogat, quam ironiam ἄρα, ut solet, concludit." Hactenus Blumius: qui vereor ne parum recte de hoc loco statuerit. Neque enim ἄρα §. 145. vi atque efficacia sua in vulgatis orbatur, quippe quae particula referenda sit ad sententiam oratoris animo obversantem εἰ τοῦτον ἀθῷον ἀφήσετε, εἰ τοῦτον ἐλεήσετε — quae nullo negotio e proxime praegressis repetitur: nec καὶ particula in ejusmodi interrogationibus (καὶ τίς ἀναμνησθεὶς — σώσειε κτλ.) potestate *adversativa* caret. Conf. Antiph. de caed. Herod. §. 57. λέγειν δὲ τολμῶσιν ὡς ἐγὼ χάριτι τὸν ἄνδρα ἔκτεινα. καὶ τίς πώποτε χαριζόμενος ἑτέρῳ τοῦτο εἰργάσατο; Dem. de cor. §. 101. τί ἔμελλον κελεύσειν ἢ τί συμβουλεύσειν αὐτῇ ποιεῖν; μνησικακεῖν νὴ Δία πρὸς τοὺς βουλομένους σώζεσθαι, καὶ προφάσεις ζητεῖν δι' ἃς ἅπαντα προησόμεθα. καὶ τίς ἂν οὐκ ἀπέκτεινέ με δικαίως —. Quem locum Demosthenicum excitans Plutarchus (Moral. p. 542, 3.) pro καὶ τίς scribit τίς δ' οὐκ κτλ.: at recte Schaeferus in appar. ad Dem. II. p. 152. *illud gravius* esse monuit. in Mid. §. 148 sq. μηδ'

ὅσιον εἶναι — συγγνώμης ἢ φιλανθρωπίας ἢ χάριτός τινος τυχεῖν. τίνος γὰρ ἕνεκα; — — γένους ἕνεκα νὴ Δία. καὶ τίς οὐκ οἶδεν ὑμῶν τὰς ἀποῤῥήτους, ὥσπερ ἐν τραγῳδίᾳ, τὰς τούτου γονάς; Aeschin. de fals. leg. §. 151. καὶ τὴν Ἐπικράτους εὐαγωγίαν — ἐπανάγεις εἰς ὀνείδη. καὶ τίς αὐτὸν εἶδε πώποτε ἀσχημονήσαντα —; Dem. advers. Leptin. §. 83. εἶθ' ὑπὲρ ὧν ἐκεῖνος ᾤετο δεῖν ἀποθνήσκειν ἢ νικᾶν, ταῦθ' ἡμεῖς ἀφελώμεθα τὸν υἱὸν αὐτοῦ; καὶ τί φήσομεν — ὅταν τὰ μὲν τρόπαια ἑξήκη δῆλα πᾶσιν ἀνθρώποις κτλ. Alia dabit Hartungius de gr. l. partt. I. p. 147. — Ceterum pro τίς ἀναμνησθεὶς — σώσειε viri docti aut τίς ἂν μνησθεὶς aut τίς ἂν ἀναμνησθεὶς — σώσειε suaserunt: verum opus non est ἂν particula in interrogationibus, quando hoc quaeritur, quid sentiat aliquis de re proposita, vel quid fieri velit: wer könnte, dürfte, möchte, wollte wohl retten? Quamquam Schaefero hoc dandum est atque concedendum, numquam inferri posse optativum ubi quaeratur *quid opus fit facto*. Vid. Schaefer. appar. ad Dem. III. p. 227. — De quo genere exposuerunt Reisig. de ἂν partic. p. 132 sq. Schmidt ad Din. in Dem. §. 8. Hermann. de partic. ἄν p. 157 sq. Bernhardy. Synt. p. 411. Schoemann. ad Isac. p. 254. Stallbaum. ad Platon. Lys. p. 208. B.

τῶν — ἑαυτοῖς συμπαραταξαμένων. Blumius cum Pinzgero ἑαυτοῖς pro ἀλλήλοις dictum esse statuit: quam interpretationem haud scio an sententiarum nexus respuat. Etenim orator loquitur de juvenibus qui una cum caesis istis in acie dimicarunt contra Philippi exercitum: itaque non dubito pluralem ἑαυτοῖς referre ad pronomen τίς. Quamquam si vel unus codex melioris notae offerret ἑαυτῷ (quod Morus reponendum esse censuit) hoc equidem reciperem in verborum ordinem. Neque tamen reprehendo Benselerum, quod Isocratis Panegyr. §. 57. restituendum esse contendit idem idioma: τίς γὰρ ἂν ἱκετεύειν τολμήσειεν ἢ τοὺς ἥττους αὐτῶν ἢ τοὺς ὑφ' ἑτέρῳ ὄντας, quo ducit vulgata τίνες — τολμήσειεν — αὐτῶν (quod pronomen etiam Ambros. habet). Vide Benseler. excurs. de hiatu p. 404.

τὰς ἐκείνων θήκας προδεδωκότα. Cf. Din. in Dem. §. 109. εἰς ταύτην (τὴν χώραν) ἀποβλέψαντας — καὶ τὰς ἐν αὐτῇ γινομένας πατρίους θυσίας καὶ τὰς τῶν προγόνων θήκας φέρειν δεῖ τοὺς εὖ φρονοῦντας τὴν ψῆφον. Conf. Lycurg. §. 8. et 45.

παρανοίας καταγνοίη. Duplex genitivus verbo καταγιγνώσκειν subjectus displicuit viris doctis: quem satis defendunt exempla a viris doctis quos excitavi in annot. ad §. 22. congesta. p. 120 sq. Simillimus Lycurgi loco est Demosthe-

nicus in prooem. 35. p. 621. ed. Bekk. παρανοίας θ' ὑμεῖς κατεγιγνώσκετε ὑμῶν αὐτῶν μεταβουλευόμενοι.

τὸν δὲ καταλιπόντα τὴν πατρίδα. Quod Bekkerus conjecit ἐγκαταλιπόντα in textum receperunt Baiterus et Sauppius: verum etsi plerumque orator in hac re utitur verbo ἐγκαταλείπειν, tamen verbum καταλείπειν haud aspernandum esse crediderim. Vide quae annotavi ad §. 81. p. 219. Ceterum syllabas κατα et ἐγκατα a librariis interdum confusas esse certum est. Cf. Dem. adv. Leochar. §. 29. ubi pro ἐγκαταλειφθέντος Augustan. prim. dat καταλειφθέντος. ib. §. 46. ubi pro δ' ἐγκαταλιπὼν codd. FΣΦ praebent δὲ καταλιπών atque ib. §. 47. ubi iidem codices pro ἐγκαταλιπὼν tenent καταλιπών: ut jure optimo §. 44. reposuerit Reiskius ὁ ἐγκαταλειφθεὶς pro ὁ καταλειφθείς. Vide Schaefer. appar. ad Dem. V. p. 154 sq. Gravius etiam peccatum est a scribis ap. Dem. de fals. leg. §. 151. quo loco pro ἐγκαταλειφθέντων codices Φr tenent καταληφθέντων.

ἀθῷον ἀφήσει; De dictionibus ἀθῷον ἀφιέναι Dem. in Mid. §. 107. et ἀθῷον ἐᾶν Dem. de fals. leg. §. 258. vide Indd. Demosth. v. ἀθῷος. Durior autem Corai visus est transitus ab optativo ad indicativum futuri: neque tamen obtemperavi viro doctissimo ἀφήσοι proponenti. Conf. Antiphon. I. §. 4. πρὸς τίνας οὖν ἔλθοι τις βοηθούς, ἢ ποῖ τὴν καταφυγὴν ποιήσεται —; Dinarch. in Dem. §. 66. τί γὰρ ἐροῦμεν —; τίσιν ὀφθαλμοῖς — ἰδεῖν τολμήσειεν —; τίνας δὲ ἕξομεν —; §. 145. ἄρα. Vid. §. 27. 54. 78.

τῷ βουλομένῳ. Articulus etsi ab optimis codicibus AB abest tamen assumendus est. Vide Bernhardy. Synt. p. 318.

τὸν δῆμον καὶ ὑμᾶς κακῶς ποιεῖν. Conf. Dinarch. in Dem. §. 99. ὅταν — ὑμεῖς μὲν καὶ ὁ δῆμος ἅπας κινδυνεύῃ. Disputavi de similibus in annotatione ad §. 2. p. 75.

Οὐ γὰρ μόνον νῦν οἱ φεύγοντες κατέρχονται. De verbo κατέρχεσθαι ad exsules relato cf. §. 124. Copulantur autem hoc loco enuntiationes οὐ μόνον οἱ φεύγοντες κατέρχονται et ἀλλὰ καὶ ὁ — ψηφισάμενος — γενήσεται (sic enim cum Melanchthone pro vulg. γένηται edidi, v. infra.): ita ut orator a praesenti tempore ad futurum transeat. Quod genus exemplis illustravi ad §. 139. Conf. Bernhardy. Synt. p. 371. Cum verbis οὐ μόνον arctissime jungas οἱ φεύγοντες: opposita sunt ἀλλὰ καὶ ὁ — ψηφισάμενος: νῦν autem loco non suo positum non displicebit ei qui contulerit exempla ad §. 58. p. 182 sq. allata: quibus add. Dem. adv. Leptin. §. 70. διόπερ οὐ μόνον αὐτῷ τὴν ἀτέλειαν ἔδωκαν οἱ τότε, ἀλλὰ καὶ χαλκῆν εἰκόνα — ἔςησαν πρώτου.

οἰκήσας — ἐπὶ προςάτου. De re vide §. 21. p. 120.

Dictionem ἐπὶ προςάτου οἰκεῖν vid. ap. Lys. in Philon. §. 9. καὶ ἐν Ὠρωπῷ μετοίκιον κατατιθεὶς ἐπί προςάτου ᾤκει. Alias loquutiones in eadem re usitatas praebet Hermann. gr. Staatsalterthümer §. 115. n. 5. p. 218.

πλείω πέντ' ἢ ἓξ ἔτη. Taylorus haec vix graeca esse judicat, atque Heinrichius deleto ἓξ edidit πλείω ἢ πέντε ἔτη. Artificiose Pinzgerus πλείω, πέντ' ἢ ἓξ, ἔτη scribens interpretatur mehrere Jahre, fünf oder sechs. At omissio ἢ particulae post πλείω haud insolita est. vid. Matth. gr. gr. §. 455. n. 4. Verba ἢ ἓξ corrigentis sunt atque ambigentis. Cf. Dem. in Mid. §. 78. εἰς ἡμέραν ὥσπερεὶ τετάρτην ἢ πέμπτην. ib. §. 154. γεγονὼς ἔτη περὶ πεντήκοντα ἢ μικρὸν ἔλαττον.

ὁ μηλόβοτον τὴν Ἀττικὴν εἶναι — καταψηφισάμενος. Alludit ad acerbam Thebani illius (Erianthi, Plutarch. Lysand. 15.) sententiam, qui, victis ad Aegospotamos Atheniensibus, in Graecorum concilio ausus est pronuntiare clarissimam urbem solo aequandam, Atticam *pascuis ovium assignandam* esse. Conf. Xenoph. Hellen. II. 2, 19. Isocrat. Plataic. §. 31. Demosth. de fals. leg. §. 65. Aeschin. epist. XI. §. 13. Hesych. v. μηλόβοτος. Suid. v. μηλόβοτος χώρα. Bekker. Anecdd. I. p. 280, 27. Schneider. ad Xenoph. Hell. II. 2, 19. et quos citat. — Baiterus, quum in oratione in Autolycum Lycurgum dixisse testetur Suidas μηλόβοτον τὴν Ἀττικὴν ἀνῆκε, atque Isocrates et Plutarchus pronuntiasse Thebanum illum contendant μηλόβοτον ἀνεῖναι τὴν χώραν, etiam hoc loco rescribendum censet ἀνεῖναι. Assensum sustineo: Aeschines certe personatus, quisquis ille est, ep. XI. §. 13. utitur verbis μηλόβοτον ὑμῶν γενέσθαι τὴν χώραν καὶ κατασκαφῆναι τὴν πόλιν ἀναγκάσαντες. — Infinitivus εἶναι verbo καταψηφίζεσθαι subjectus nihil offensionis habet. Conf. Dem. de fals. leg. §. 100. Φίλιππον Ἀμφικτύονα εἶναι ψηφίσασθαι. Vide commentar. nostr. p. 69. et 105. Ὁ — καταψηφισάμενος minus recte de Leocrate intelligunt Pinzgerus atque Sauppius: vid. annot. ad frgm. 15. p. 162. Collective haec verba de pessimo quoque atque perditissimo homine intelligo. „Ein Mann wie jener Erianthus."

φανερᾷ τῇ ψήφῳ καταψηφισάμενος. Impudentiae notio his verbis inest. Opponitur τὸ κρύβδην ψηφίζεσθαι: cf. Dem. adv. Macartat. §. 82. οἱ μὲν ἄλλοι — κρύβδην ἔφερον τὴν ψῆφον, οὗτοσὶ δὲ — φανερᾷ τῇ ψήφῳ ἐψηφίσατο. Vid. §. 146.

γενήσεται. Futurum praetuli depravatae codicum scripturae γένηται: quam frustra defendunt Pinzgerus atque Blumius. Etenim Pinzgerus Man denke sich, inquit, den Satz so geordnet: Νῦν γὰρ οἱ φεύγοντες κατέρχονται, ὅταν οὐ μόνον

ὁ ἐγκαταλιπὼν — ἀναςρέφηται, ἀλλὰ καὶ ὁ μηλ. τ. Ἀ. εἶναι — καταψηφισάμενος — γένηται. Der Redner hatte zuerst die Absicht dem οἱ φεύγοντες κατέρχονται einen Gegensatz wie etwa: ἀλλὰ καὶ ὁ βουλόμενος κακῶς ποιήσει τὴν πόλιν gegenüber zu stellen. Im Fortgang der Rede aber vergafs er dies und endete den Perioden so, als wäre bei ὁ ἐγκαταλιπὼν gesagt worden οὐ μόνον. — Aliter Blumius de hoc loco statuit: „Nempe, inquit, in eo plerique errant, quod ἀλλὰ καὶ oppositum esse sumunt praemisso οὐ μόνον. Qui vero juste loci hujus rationem perpenderit, facile ille intelliget quia οὐ μόνον ad nihil nisi νῦν pertineat [tu ne temere assentiaris vide annot. nostr. ad verba οὐ γὰρ μόνον κτλ. *Maetzner.*], in iis quae post ἀλλὰ καὶ sequuntur, oppositi prorsus nihil inesse. At enim suppressa est oppositio et facile subauditur ἀλλὰ καὶ ὕςερον. Tum quod vere subjicitur, ἀλλὰ καὶ, est *quin etiam, atque adeo.* [Omissis particulis οὐ μόνον saepenumero adhiberi vv. ἀλλὰ καὶ negari nequit. Vide quem citat Blumius Hoogeven. doctr. part. I, 8, 2. adde Wolf. et Schaefer. in appar. ad Dem. III. p. 81. Jacobitz. ad Lucian. Toxar. p. 3. *Maetzner.*] Explicandum id genus ex ellipsi: siquidem praemitti debebat οὐ μόνον hoc modo: ὅταν οὐ μόνον ὁ ἐγκαταλιπὼν — ἀναςρέφηται, ἀλλὰ καὶ κτλ." Hactenus Blumius. Equidem ab animo non potui impetrare ut praecedens οὐ μόνον non referrem ad sequens ἀλλὰ καί, quum praesertim Melanchthoniana editio teneret futurum γενήσεται, quo recepto omnia plana sunt.

§. 146. *Βούλομαι — καταβῆναι.* Cf. Isae. de Apollodor. her. §. 43. βούλομαι διὰ βραχέων ὑμᾶς ὑπομνήσας οὕτω καταβαίνειν. Demosth. de Cherson. §. 76. ἐν κεφαλαίῳ δ' ἃ λέγω φράσας καταβῆναι βούλομαι. in Mid. §. 184. ταῦτ' εἰπὼν ἔτι καὶ βραχέα περὶ τούτων διαλεχθεὶς καταβήσομαι. Aeschin. de fals. leg. §. 183. μικρὰ δ' εἰπὼν ἤδη καταβαίνω. Similia collegerunt Wolf. ad Leptin. p. 373. in Schaefer. appar. ad Dem. III. p. 279. Schoemann. ad Isae. p. 374. *Καταβαίνειν descendere de suggestu* i. q. finem dicendi facere. Hinc fluxisse videntur dictiones Lucianeae Necyom. c. 2. καταβὰς ἀπὸ τῶν ἰαμβείων. Toxar. c. 35. καταβὰς ἀπὸ τοῦ λόγου.

ψήφισμα — παρασχόμενοι. Cf. annot. ad §. 102. p. 254. Nihil aliunde de hac lege compertum habemus.

Καί μοι λέγε αὐτὸ τὸ ψήφισμα. Cum Coraë atque Blumio pro vitioso τὸ αὐτὸ edidi αὐτὸ τὸ ψήφ. In praegressis enim orator dicit se allegaturum esse decretum illud quod de *pietate* sanxerint Athenienses: jam missis ambagibus scribam *ipsum decretum* jubet recitare. Cf. Dem. in Mid. §. 46. ἀνάγνωθι δ' αὐτόν μοι λαβὼν τὸν τῆς ὕβρεως νόμον· οὐδὲν γὰρ οἷον ἀκούειν αὐτοῦ τοῦ νόμου. ib. §. 52. ἀνάγνωθι δέ μοι λα-

βὼν αὐτὰς τὰς μαντείας. de cor. §. 53. καί μοι λέγε τὴν γραφὴν αὐτὴν λαβών. ib. §. 73. φέρε δ' αὐτὰ τὰ ψηφίσματα. ib. §. 76. λέγε δ' αὐτὴν τὴν ἐπιςολήν. ib. §. 120. λέγε δ' αὐτόν μοι τὸν νόμον λαβών. de fals. leg. §. 38. λέγε δ' αὐτοῖς αὐτὴν τὴν ἐπιςολήν. Din. in Dem. §. 98. ἀκούσατε δὲ αὐτῆς τῆς μαντείας. Non uno loco in ejusmodi formulis librarii aegre tulerunt pronomen αὐτός. Vide Schaefer. app. ad Dem. II. p. 89. 455.

Ἐγὼ τοίνυν μηνύω — πρὸς ὑμᾶς. Ὑμῖν quod post τοίνυν inserunt libri, propter verba sequentia πρὸς ὑμᾶς ferri nequit. Quamquam A. G. Beckerus monuit non deesse in oratoribus loca hujus generis ubi pronomina repetantur. Qui vir doctus vellem exempla ejus usus attulisset. De loquutione μηνύω πρὸς ὑμᾶς vide commentar. nostr. p. 191. Μηνύω autem pro εἰσαγγέλλω dictum (cf. Schoemann. de comitt. p. 181. n. 31. et p. 221. n. 11.) de re perfecta h. l. adhibetur. — Ante τοίνυν particulam μὲν propter sequentia ὑμέτερον δέ ἐστι Reiskio suadente reposuit Bekkerus: cujus voculae omissio ut durior sit hoc loco, tamen ferenda esse videtur. Cf. Schoemann. ad Isac. p. 202. et 343. et quos laudat. Adde Hartung. de gr. l. partt. I. p. 163 sq.

τοὺς κυρίους ὄντας κολάσαι. Cf. §. 57. κύριοι γενόμενοι τῆς ψήφου.

τὰ γὰρ ἀδικήματα — παρὰ τοῖς πράξασίν ἐστιν ἐπειδὰν δὲ — παρὰ τοῖς μὴ δικαίως ἐπεξελθοῦσιν. Cf. Dem. de Cor. §. 277. εἰ δ' οὖν ἐστὶ καὶ παρ' ἐμοί τις ἐμπειρία τοιαύτη. ib. §. 233. παρ' ἐμοὶ τἀδίκημ' ἂν ἐδείκνυεν ὄν. Terent. Hecyr. 4, 1, 20. *penes* te culpa est. — Verba ἐπεξέρχεσθαι, ἐπεξιέναι apud oratores plerumque ad eum referuntur qui actionem intendit: Antiphon. I. §. 1. εἰ ἐπισκήψαντος τοῦ πατρὸς ἐπεξελθεῖν τοῖς αὐτοῦ φονεῦσι μὴ ἐπέξειμι κτλ. Lys. in Theomnest. §. 2. ἐπεξῆλθον αὐτῷ. Dem. in Mid. §. 216. ὅπως ἐπέξει τῷ μιαρῷ. ib. §. 107. ἐπεξῄμεν τοῦ φόνου τὸν Ἀρίςαρχον. de quorum structura adi Schaefer. appar. ad Dem. III. p. 404. et 489. Eodem pertinet verbum μετέρχεσθαι, de quo vide §. 116. Hoc loco ἐπεξέρχεσθαι de judibicus ponitur. Neque enim eadem sententia inest Lycurgi verbis quae deprehenditur apud Antiphontem 2, α. §. 3. τῆς δ' ὑμετέρας ἁμαρτίας ἡ ποινὴ εἰς ἡμᾶς τοὺς μὴ δικαίως διώκοντας ἀναχωρεῖ. Cui explicationi adversantur praegressa ὑμέτερον δέ ἐστι καὶ ὑπὲρ ὑμῶν — τιμωρήσασθαι Λεωκράτην.

κρύβδην ψηφιζόμενος ἕκαςος ὑμῶν φανερὰν ποιήσει τὴν αὑτοῦ διάνοιαν τοῖς θεοῖς. Ad sententiam compares Dem. de fals. leg. §. 239. οὐ γὰρ εἰ κρύβδην ἐστὶν ἡ ψῆφος, λήσει τοὺς θεούς — —, οἱ θεοὶ δὲ εἴσονται καὶ τὸ δαιμόνιον τὸν μὴ τὰ δίκαια ψηφισάμενον. in Neaer. §. 126. ὑμᾶς

δὲ χρὴ νομίσαντας μὴ λαθεῖν τοὺς θεοὺς — ὅτι ἂν ἕκαστος ὑμῶν ψηφίσηται ψηφίσασθαι —. Vid. commentar. nostr. p. 216. Baiterus et Sauppius contulerunt Lysiae verba in Eratosth. §. 91. μηδ' οἴεσθε κρύβδην τὴν ψῆφον εἶναι· φανερὰν γὰρ τῇ πόλει τὴν ὑμετέραν γνώμην ποιήσετε. — Non viva voce in judiciis ferebant suffragia sed tabellis s. calculis duobus utebantur, absolutorio altero, altero damnatorio, quos clam omnibus conjiciebant in sitellas appositas: (καδίσκοι hi sunt ἀμφορεὺς κύριος s. πρότερος et ἀμφορεὺς ἄκυρος s. ὕστερος, de quibus Phrynichus Musis ap. Harpocrat. v. καδίσκος

ἰδού, δέχου τὴν ψῆφον, ὁ καδίσκος δέ σοι
ὁ μὲν ἀπολύων οὗτος, ὁ δ' ἀπολλὺς ὁδί)

Vid. Meier. et Schoem. de Ord. Jud. p. 720 sq. Heffter. Athen. Gerichtsvf. p. 326 sq. Bremi ad Lys. in Agorat. §. 37. Tres tabellas Romani in judiciis solebant adhibere. Vid. Heineccii Antiqu. ed. Haubold. p. 38. 39. not. 4.

§. 147. προδοσίας μέν, — δήμου δὲ καταλύσεως. Vid. §. 126.

ἀσεβείας. De ἀσεβείας crimine exposuerunt Meier. et Schoemann. de Ord. Jud. p. 301. Heffter. Ath. Ger. p. 147 sq.

τοῦ τὰ τεμένη τέμνεσθαι — γέγονεν αἴτιος. Cf. Schol. in Thucyd. II. 73. τὴν γῆν οὐκ ἔτεμνεν. σημείωσαι, ὅτι τὸ τεμεῖν ἀδιαφόρως καὶ ἐπὶ τῆς γῆς, ὥσπερ τὸ δηῶσαι, τέθεικεν. — τὰ τεμένη cf. §. 1. 143. Articulus autem (τοῦ) omitti poterat: simplex enim infinitivus saepenumero voci αἴτιος adjicitur. Exempla dabunt Sehaeferus Melett. p. 23. Matthiae. gr. gr. p. 1064. n. β. Krüger. ad. Dionys. Historiogr. p. 135. Stallbaum. ad Platon. Hipp. Maj. p. 299. E.

τοκέων δὲ κακώσεως. Vid. Meier. et Schoem. de Ord. Jud. p. 287 sq. et quos citat Hermann. gr. Staatsalterth. §. 133. n. 11.

ὅτι τὰ μνημεῖα αὐτῶν ἀφανίζων. Ὅτι cum recentioribus inclusi uncinis: verum haud scio an defendi possit particula. Duas enim loquendi formas nonnumquam in unam esse conflatas ineptirem si docere vellem viros doctissimos qui Lycurgo operam navarunt. Verum quid impedit quominus hoc loco utramque structuram ὅτι τὰ μνημεῖα αὐτῶν ἀφανίζει et τὰ μνημεῖα αὐτῶν ἀφανίζοντα (accusativum enim requirere videntur praegressa ἔνοχον ὄντα Δεωκράτην) mistam esse putemus? Quae constructionis utriusque confusio haud durior esse videtur iis, quas offendimus apud Thucyd. IV. 37. γνοὺς δὲ ὁ Κλέων καὶ ὁ Δημοσθένης, ὅτι, — διαφθαρησομένους αὐτοὺς ὑπὸ τῆς σφετέρας στρατιᾶς. Platon. Apolog. Socrat. p. 37. B. ἢ μὴ πάθω τοῦτο — ὃ φημι οὐκ εἰδέναι οὔτ' εἰ ἀγαθὸν οὔτ' εἰ κακόν ἐστιν; ἀντὶ τούτου δὴ ἕλωμαι ὧν εὖ οἶδ' ὅτι κακῶν

ὄντων, τούτου τιμησάμενος; Gorg. p. 481. D. αἰσθάνομαι οὖν σου ἑκάςοτε καίπερ ὄντος δεινοῦ, ὅτι, ὁπόσ' ἂν φῇ σου τὰ παιδικὰ καὶ ὅπως ἂν φῇ ἔχειν, οὐ δυναμένου ἀντιλέγειν, ἀλλ' ἄνω καὶ κάτω μεταβαλλομένου. Lucian. Jup. Tragoed. c. 34. δῆλος γοῦν ἐςὶν ὅτι οὐδ' ἀντάρασθαι τῷ Δάμιδι δυνησόμενος. Vide Heindorf. ad Plat. Gorg. p. 115. Bornemann. ad Xenoph. Anab. II. 6, 24. Jacobitz. ad Lucian. Jov. Tragoed. p. 151.

ἀφανίζων — ἀποςερῶν. Praesens tempus praeteriti vim habet. Cf. commentar. nostr. p. 70.

λειποταξίου δὲ καὶ ἀςρατείας. De his criminibus vide Meier. et Schoem. de Ord. Jud. p. 364 sq. Heffter. p. 156. — Terminatio ιον in vocabulis judicialibus saepenumero locum habet: cf. λειποςράτιον, λειποναύτιον, λειπομαρτύριον, ἀναυμάχιον, ἀγράφιον, ἀδίκιον, κακηγόριον, ἀγάμιον, ἀνδρολήψιον. Lobeck. ad Phrynich. p. 519. Meier. et Schoem. de Ord. Jud. p. 484. Schaefer. appar. ad Dem. III. p. 393. Vid. Grammat. Bekker. p. 436. ἀποστάσιον καὶ λειποςράτιον καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα οὐδετέρως σχηματίζουσι. Thomas Mag. p. 224. ed. Ritsch. οὐ μόνον λειποτάξιον καὶ λειποταξία φαμέν, ἀλλὰ καὶ λειποςρατεία καὶ λειποςράτιον. Duplex enim plerumque terminatio ία et ιον in similibus obtinuit. Vid. Sluiter. Lectt. Andocc. p. 85. ed. Schill. Cf. ἀναυμάχιον et ἀναυμαχία, λωποδύσιον et λωποδυσία, κακηγόριον et κακηγορία, ἀδίκιον et ἀδικία πρὸς τὸν δῆμον. Μονόπτωτα haec neutra esse Schaeferus monuit in appar. III. p. 393. (λειποταξίου, κακηγορίου etc.): tu cave ne temere assentiaris. Thucydides certe I, 99. haec habet αἰτίαι δὲ ἄλλαι τε ἦσαν τῶν ἀποςάσεων, καὶ μέγιςαι αἱ τῶν φόρων καὶ νεῶν ἔκδειαι καὶ λειποςράτιον. — Ipsa vocabuli λειποτάξιον forma in dubium potest vocari: etenim scripturae λιποτάξιον, λιπομαρτύριον cett. favent Photius c. 165. et Bekkeri Anecdd. p. 191, 2. 276, 31. 1395, b., atque apud Demosthenem, codicibus suffragantibus, Bekkerus reposuit λιποταξίου in Mid. §. 103. bis. ib. §. 105. §. 110. adv. Boeot. de nom. §. 17. λιποταξίαν in Mid. §. 166. λιπομαρτυρίου adv. Timoth. §. 19. λιπόνεως adv. Polyclem. §. 65. ubi Codd. Σ'r λειπόνεως. Quam scripturam Schaeferus in appar. ad Dem. III. p. 400. probans, „nec causa obsura est, inquit, cur diphthongus in his verbis locum non habeat: significant enim rem, non quae *desertur* sed quae *deserta est*." Cf. ejusd. appar. V. p. 272. Neque tamen ubique libri MSS reprobant diphthongum: vide Thucyd. I, 99. λειποςράτιον Lys. in Alcibiad. §. 5. λειποταξίου. Aeschines de fals. leg. §. 148. ἐνεγράφης λειποταξίου. Lucian. Catapl. c. 3. λειπόνεως. Vid. Bekker. Anecdd. p. 436. Thom. Mag. p. 224. ed. Ritsch. Schol. in Dem. in Mid. §. 105.

ap. Meier. p. 140. Quo accedit quod ὁ λείπων τὴν τάξιν eodem sensu potest adhiberi quo ὁ λιπὼν τὴν τάξιν: cf. annot. nostr. p. 70. Quamobrem in vulgata acquiesco.

§. 148. Ἔπειτα τούτου τις ἀποψηφιεῖται —; Τις pro τίς cum Bekkero dedi: Aldina τὶς exhibuit. Cf. Platon. de rep. p. 502. A. τοῦδε δὲ πέρι τις ἀμφισβητήσει —; Vid. Hermann. ad Viger. p. 730. n. 151.

τῶν κατὰ προαίρεσιν ἀδικημάτων, i. q. apud Antiphont. I. §. 27. τοῖς ἑκουσίοις καὶ ἐκ προνοίας ἀδικήμασι —.

καὶ τοσοῦτόν ἐςιν ἀνόητος ὥςε — προαιρήσεται —; Displicuit viris doctis praesens ἐςιν quod cum futuro ἔςαι commutarunt: quo recepto verbum προαιρήσεται parum aptum debuit videri. Sed jure praesens defendunt Blumius, Baiterus et Sauppius atque infinitivos προέσθαι, ἀπολέσθαι, εἶναι e verbo προαιρήσεται aptos esse volunt. Conf. Isocrat. Panath. §. 66. τίς ἐστιν οὕτως ἀφυής, ὅςις οὐχ εὑρήσει —; Neque alio pertinet Eurip. frgm. Erechth. 44. οὐκ ἔς' ἑκούσης τῆς ἐμῆς ψυχῆς ἄτερ — ὅςις ἐκβαλεῖ —. Praesens enim tempus in ejusmodi enuntiatis suum ac proprium significatum haud deponit, futurum ad conjunctivi Latinorum potestatem accedit. Cf. comment. nostr. p. 139.

ἀνελέητος. Bekkerus ἀνηλέητος proposuit: cf. Aeschin. de fals. leg. §. 163. ἔπειτα ἐγὼ μὲν διὰ ταῦτα ἀνηλέητός τίς εἰμι ἄνθρωπος —; Quamquam pro certo equidem haud affirmaverim ἀνελέητος ab Atticis scriptoribus abjudicandum esse. Etiam scripturam ἀνελεὴς reprobant viri docti, Boeckhius ad Platon. Min. p. 188. Schaeferus atque Bastius ad Gregor. Cor. p. 163. 880. Lobeck. ad Phrynich. p. 710. De qua, collato Schaefer. schol. Par. Ap. Rhod. 4, 1047., aliter statuit Passovius lex. h. v. Neque abhorret ab Atticorum usu duplex forma ἀνελεήμων et ἀνηλεήμων.

ὑπὸ τῶν πολεμίων ἀπολέσθαι. Conf. commentar. nostr. p. 237.

τῷ προδότῃ — χάριν θέμενος. Χάριν τίθεσθαί τινι *gratiam ab aliquo inire*, i. q. χαρίζεσθαι: conf. Dem. de cor. trierarch. §. 17. καὶ χαρίσασθαι κελεύουσιν ὑμᾶς, ὥσπερ περὶ δωρεᾶς ἀλλ' οὐ περὶ νικητηρίων τῶν λόγων ὄντων, ἢ καὶ χάριν τιθεμένων διὰ τῶν τοιούτων τοῖς ἀμελοῦσιν ὑμῶν, ἀλλ' οὐ διὰ τῶν βελτιόνων τοῖς ὑπηρετοῦσιν ἃ δεῖ χαρίζεσθαι προσῆκον. Vid. Schaef. in Stephan. thesaur. c. 10382. Indd. Dem. v. χάρις.

§. 149. Ἐγὼ μὲν οὖν καὶ τῇ πατρίδι βοηθῶν — ἀποδέδωκα τὸν ἀγῶνα ὀρθῶς καὶ δικαίως. Conf. Dinarch. in Dem. §. 113. ἐγὼ μὲν οὖν, ὅσον εἰς τὸ μέρος τοὐμὸν τῆς κατηγορίας ἥκει βεβοήθηκα, τἄλλα πάντα παριδὼν πλὴν τοῦ δικαίου καὶ τοῦ συμφέροντος ὑμῖν. Aeschin. in Ctes. §. 260. ἐγὼ

μὲν οὖν — βεβοήθηκα καὶ εἴρηκα. Lys. in Alcib. II. §. 12. ἐγὼ μὲν οὖν καὶ φίλῳ ὄντι Ἀρχεςρατίδῃ βοηθῶν — δέομαι τὰ δίκαια ψηφίσασθαι. Vide similia apud Wurm. ad Dinarch. p. 166. — ἀποδέδωκα τὸν ἀγῶνα, vid. comment. nostr. p. 117 sq., exhibui certamen i. e. accusationem, munus susceptum praestiti. Cf. Dem. de cor. §. 110. τοὺς περὶ αὐτοῦ τοῦ παρανόμου λόγους ἀποδοῦναι. et similiter Aeschin. in Tim. §. 196. τὰ μὲν οὖν παρ' ἐμοῦ δίκαια πάντα ἀπειλήφατε. οὔτε τὸν ἄλλον τούτου βίον διαβαλὼν οὔτ' ἔξω τοῦ πράγματος κτλ. Cf. §. 11. 13. Eodem modo Aeschines in Ctes. §. 203. ἐγὼ δὲ πῶς κατηγόρηκα; — οὔτε τὸν ἴδιον βίον τὸν Δημοσθένους πρότερον διεξῆλθον κτλ. Verbis τὸν ἄλλον τούτου βίον, sein übriges Leben, et vivendi rationem et vitae tempus, quae ab hac causa aliena sint, designat orator. Cf. Dem. in Mid. §. 21. ἐξελέγξω δὲ πρῶτον μὲν ὅσα αὐτὸς ὑβρίσθην — μετὰ ταῦτα δὲ καὶ τὸν ἄλλον — βίον αὐτοῦ πάντα ἐξετάσω. ib. §. 128. τὸν ἄλλον ἑαυτοῦ βίον — μέτριον δεικνύων καὶ φιλάνθρωπον.

ἀνδραποδισμὸν καταψηφίζεσθαι. Ἀνδραποδισμὸν ingeniose Bekkerus pro vitiosa codicum scriptura ἀνδραπόδων et vett. editionum lectione ἀνδρῶν καὶ παίδων oratori restituit. Cf. Dem. de fals. leg. §. 65. τὴν ἐναντίαν ποτὲ Θηβαίοις ψῆφον ἔθεντο ὑπὲρ ἀνδραποδισμοῦ προτεθεῖσαν. — Pro καταψηφίζεσθαι in veteribus editionibus erat καταψηφίσεσθαι quod MSS adstipulantibus cum praesenti tempore commutarunt recentiores. Neque injuria: nam saepenumero simplex praesentis temporis infinitivus subjicitur verbis putandi, sperandi pollicendi, aliis, — vid. Lobeck. ad Phrynich. p. 749 sq. Krüger. ad Dionys. Historiogr. p. 101. et quos citat, Bremi excurs. VIII. ad Lys. oratt. p. 445 sq. Stallbaum. ad Platon. Phaedon. p. 67. E. Neque vero eadem ubique ratio est praesentis illati. Namque ponitur aut de *re durante*, aut de eo quod eventurum esse *confidimus atque certo speramus*, aut de eo quod *jamjam eventurum* est, quod quis *facere ingreditur*: id quod in nostrum locum cadit. Etenim τὸ ἀποψηφιζόμενον — καταψηφίζεσθαι, — εἶναι, τὰς ψήφους φέρεσθαι ad ipsum hoc judicium (ἐν τῇ τήμερον ἡμέρᾳ, αὐτίκα) pertinet. — Futurum ἀποψηφισόμενον quod praesentis ἀποψηφιζόμενον loco Morus rescribendum censuit, etiamsi servaretur futurum καταψηφίσεσθαι, tamen abjudicarem ab hoc loco. Vid. commentar. nostr. p. 177.

δυοῖν καδίσκοιν κειμένοιν. De re vide quos laudavi ad §. 146. et Wachsmuth. Hell. Alterth. II, 1, p. 344 sq. Hermann. gr. Staatsalterth. §. 143. — Formam καδίσκοιν pro librorum scriptura καδδίσκοιν reponendam esse Osannus poë-

tarum exemplis docuit in annot. ad h. l. Quamquam κάδδος, καδδίσκος tuetur inter lexicographos Thom. Mag. p. 206. ed. Ritsch. κάδδος τὸ ἀντλητήριον· καδδίσκος δὲ ἀγγεῖόν τι ἐν ᾧ τὰς ψήφους ἔβαλλον, alii. Vide Ritsch. annot. ad Th. Mag. Similiter Comment. ined. in Dionys. Thrac. ap. Schaefer. ad Greg. Cor. p. 28. κάδδος, κάδδιον. Sed diphthongum reprobant etiam Harpocrat. v. καδίσκος, Bekker. Anecdd. p. 275, 28. vid. Meier. et Schoem. de Ord. Jud. p. 722. n. 61. atque oratores Lys. in Agorat. §. 37. ubi unus Laurentian. C. praebet καδδίσκους. Isae. de Hagn. her. §. 21. Dem. in Mid. §. 133. adv. Macart. §. 10. adv. Eubulid. §. 13. Doriensibus formas κάδδος, κάδδιχος etc. assignaveris.

τὸν μὲν προδοσίας, τὸν δὲ σωτηρίας εἶναι καὶ κτλ. In veteribus editionibus pro εἶναι καὶ legitur ἕνεκα, in libris exstat εἵνεκα. Quae scriptura quum nihili esset, pro τὸν μὲν — τὸν δὲ viri docti posuerunt τοῦ μὲν — τοῦ δέ. Quamquam alteram scripturam Osannus atque Pinzgerus ferendam esse crediderunt: quam ille revocans explicare supersedit, hic ita interpretatus est: und dafs von den beiden dastehenden Urnen die eine des Verrathes, die andere der Rettung wegen Stimmtäfelchen enthält. Qui quum misere torqueat verba (τὰς ψήφους φέρεσθαι Stimmtäfelchen enthalten!) minime audiendus est. Alii cum Scaligero secluserunt praepositionem, secundo casu τοῦ μὲν — τοῦ δὲ posito: ut sententia haec evaderet: vestrum autem unumquemque oportet duabis urnis propositis, condemnationis una, altera salutis, suffragia ferre etc. — Equidem spero fore aliquando ut Emperii conjectura εἶναι καί, quam Baiterus et Sauppius in verborum ordinem non dubitarunt recipere, codicum suffragiis firmetur.

